




CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

OPERA

EIUSDEM NIEBUHRII, IMM. BEKKERI, L. SCHOPENI,
G. DINDORFII ALIORUMQUE PHILOLOGORUM
PARATA.

PARS XX.

CANTACUZENUS.

VOLUMEN I.


BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI.
MDCCCXXVIII.

IOANNIS
CANTACUZENI
EXIMPERATORIS
HISTORIARUM
LIBRI IV.

GRAECE ET LATINE.

CURA

LUDOVICI SCHOPENI.



VOLUMEN I.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI
MDCCCXXVIII.

PRAEMONITUM.

Hanc novam Ioannis Cantacuzeni editionem, cuius nunc primum volumen prodit, reliqua duo sequentur proxime, descriptam exhibemus ad exemplum editionis Parisinae, quae anno 1645. voll. 3. fol. typis regiis impressa est. Graeca primum ea editio vulgavit, eaque ex uno codice Parisino, uti haec verba, in titulo posita, testantur: *Graeca nunc primum prodeunt ex codice MS. Bibliothecae Viri Illustrissimi Petri Seguierii Franciae Cancellarii.* E regione textus graeci, sectis paginis, versionem latinam habet, quam Iacobus Pontanus, codice Bavarico usus, dudum ante edidit Ingolstadii anno 1603., annotationibus cum suis tum I. Gretseri auctam. Quis editionem Parisinam curaverit, neque titulus neque praefatio tradit; at hominem eum fuisse eruditum graeceque doctissimum, annotationes margini adscriptae probant, quibus tum locos non ita faciles intellectu ex interiore rerum cognitione explanat, tum codicis sui corruptelis felicissimam plerumque medici-

nam adhibet, ita ut maximam partem emendationum earum in textu reponere non dubitarim. Quo magis dolendum est, uberiores eius annotationes, ad quas lectorem p. 177. C. remittit, nunquam in lucem prodisse, neque omnino ab eo tantam in posterioribus Cantacuzeni libris curam positam esse, quanta in castigandis prioribus elaborasse censendus est. Quamquam vel in his ipsis plura inveni, quae cum manifesto depravata essent et corrigi poscerent, ille non animadvertit, aut animadversa ita tentavit, ut veritatem scriptorisque manum nondum assecutus videretur. Itaque ipse emendandi subinde periculum feci, et siquando meliora ac satis certa suppeterent, ea breviter indicavi. Codice usus sum nullo: eiusmodi praesidii loco versionem Pontani habui; inspexi etiam interdum, nec id sine operae fructu, editionem Venetam a. 1729. fol., quam ex Parisino exemplo transcriptam esse constat. Ea enim aliquot menda iam correcta exhibet, aliorum tamen passim obsita est turba foediore. Denique nonnullis in locis emendationibus, quas Vir Illustris, B. G. Niebuhrius, et, cuius nunc Bonna distracti iucundissimam memoriam hic recolere iuvat, Henr. Grauertus, margini editionis, qua utor, adscripserant, egregie adiutum me esse gratus profiteor.

Restat, ut iis, quae in praefatione Pontani de Cantacuzeno ipso eiusque in enarrandis rebus fide ac studio veri satis magnifice praedicantur, iudicium addam Ed. Gibboni, in primis intelligentis harum rerum existimatoris, quod adeo verum

reique consentaneum est, nihil ut praeclarius et ad usum huius scriptoris recte instituendum salubrius dici posse videatur. Verba autem eius, quae Hist. of the D. and F. of the R. E. c. LXIII. leguntur, haec sunt:

»The name and situation of the emperor John Cantacuzene might inspire the most lively curiosity. His memorials of forty years extend from the revolt of the younger Andronicus to his own abdication of the empire; and it is observed, that, like Moses and Caesar, he was the principal actor in the scenes which he describes. But in this eloquent work, we should vainly seek the sincerity of an hero or a penitent. Retired in a cloyster from the vices and passions of the world he presents not a confession, but an apology, of the life of an ambitious statesman. Instead of unfolding the true counsels and characters of men, he displays the smooth and specious surface of events, highly varnished with his own praises and those of his friends. Their motives are always pure; their ends always legitimate: they conspire and rebel without any views of interest; and the violence which they inflict or suffer is celebrated as the spontaneous effect of reason and virtue.«

Scr. Bonnae mens. Sept. a. 1828.

EDITIONIS PARISINAE PRAEFATIO.

LECTORI

CANDIDO.

Secundus et quadragesimus annus hic agitur, postquam Iacobus Pontanus Societatis Jesu Ioannem Cantacuzenum Orientis Imperatorem e palliato togatum fecit: de Graeco, inquam, in Latinum eleganter convertit: togaeque eius notas pereruditas veluti purpuram intexuit, ne scilicet terrae Graeciae princeps in publicum sine purpura prodiret. Itaque longe optimum historicum et veteribus rerum scriptoribus sine dubio comparandum, qua docti, qua indocti manibus versabant. Hi propter rerum gestarum memoriam auctorem laudabant, et probabant: illi rerum divinarum atque humanarum scientiam in principe suspiciebant: civilem animum, prudentiam domi militiaeque, fortitudinem in rebus hostilibus: animi magnitudinem in perferendis iniuriis, quas intulerant modestiae nescii et pudoris ignari homines, quosque ex paene servis liberos fecerat, et ex infimis hominum, summos. Denique in imperatore clementiam erga hostes, dignos profecto qui hostilia paterentur, funditusque tollerentur; postremo abdicationem imperii, despectionemque summae rei demirabantur, cuius causa plerique iura divina humanaque violant, et secessum in monasterium, quo solitarius separatusque ex hominum frequentia puriorem et sanctiorem vitam viveret. Hi, inquam, id est, Graecae linguae nescii, non aliter quam Latine loquentem vellent: illi, id est, callentes utriusque linguae diutius ferre non poterant, ut Graecus auctor aliter, quam Graece loqueretur. Quod cum intelligeret Illustrissimus Vir

D. de Noyers regi ab intimis consiliis et secretis, cuius curae aedificia regia, artes, ipsaque typographia regia permissa sunt, pro singulari humanitate sua, proque innato non vulgari erga litteras affectu, quarum propagationem ad summam rempublicam pertinere probe scit, statim optimum factum videri sibi significavit, ut δίγλωττος ederetur auctor luce dignissimus, quo utrosque voti compotes faceret: utque ipse Cantacuzenus cum tineis et blattis pugnare desineret, qui tot pugnas pugnasset, totque hominum strages, priusquam e vivorum numero eximeretur, edidisset: quo facto egregio nemo sane sapiens ibit inficias, illustrissimum virum optime de litteris esse promeritum, eoque nomine unicas ei gratias agendas. Quin imo, si quid manes sentiunt, id ipsi Cantacuzeno acceptissimum fore credibile est, quod Latinae linguae et Graecae quodam consortio quasi quodammodo inter veterem novamque Romam bene convenire videatur, quod ille vivus percupierat. Hoc igitur fruere, Lector, et beneficium agnosce viri, quo nemo ad bonas artes promovendas, et eximios ab arte viros iuvandos propensior existit, si non ingratus atque ab omni humanitate alienus es. Quod si te hic aequum praebueris, primo quoque tempore omnes historiae Byzantinae scriptores tam editos, quam manu exaratos typis regiis edendos eiusdem illustrissimi viri ductu et Regis Christianissimi auspiciis prolaturi sumus: de cuius rei utilitate plerique omnes consentiunt. Vos qui litteras amatis, favete, et consilio iuvate. Fama, virtus, et recti amor eum deseruere, qui litteras non amat, aut eas incultas deserit: et penitus inglorius, vel iudicio suo nec memoria, neque litteris dignum quidquam gessit, sed quod aeterno silentio magis obruendum sit, quam litterarum monumentis mandandum. Vale.

IACOBI PONTANI PRAEFATIO.

Qui de Graecis in Latinum convertere aggrediuntur, et bonos scriptores veluti mortales peregrinos, atque ab exteris regionibus ad se ventitantes, hospitio humaniter ac benigne accipiunt, eosque patriae suae linguam, mores, et instituta docere conantur, quo (contra quam olim civili Romanorum iure permittebatur, per quod duarum civitatum civis esse nemo poterat) in posterum non minus inter Latinos, quam inter Graecos profiteri queant, nae illi munus sane pulcrum, utilitatis, iucunditatisque plenum: addo etiam, nisi in eo exercitationem iam ceperint, impeditum ac laboriosum aggrediuntur. Quid enim, amabo, cum universo genere litterarum, tum duabus hisce linguis, Graeca scilicet ac Latina, quibus divinae, humanaeque artes, et scientiae omnes continentur, praeclarius? quid elegantius? quarum in utraque versantur, qui de altera in alteram bona scripta transferre, et de doctrinarum candidatis, perque illos de hominum genere quam optime mereri (quod ipsum est inprimis laudabile) annituntur. Et cum etiamnum haud pauca in Graecis codicibus, per illustriores praepotentium ac principum virorum, et rerumpublicarum bibliothecas abdita et inclusa lateant, quibus in apertum proditis crescere, ac propagari possit in omnem partem nostra eruditio, eorum studia, qui id praestant, fructum ferre permagnum quis inficiabitur? Sed quanquam labor is adhuc tironibus, paucorumque stipendiorum militibus operosior accidit: propterea quod permulta vitia et peccata occurrunt, quae vitare difficile est (cuius rei non leve argumentum, quod cum interpretes paene innumerabiles,

excellentes tamen atque perfectos admodum raros nominare possumus) nihilo minus in ista quantacunque interpretandi defatigatione ac molestia, suavitate quadam perfunditur, expleturque animus, cum sibi in sinu quodammodo nasci thesaurum videt, unde bonarum litterarum ditior evadat: quaeque hactenus tot hominum, etiam eruditorum, millia ignorarunt, multoque diutius, ac perpetuo forsitan ignorassent, ea princeps cognoscit, et sollicitudines, operam atque conatus suos spe et fiducia gratae posteritatis consolatur.

Ceterum cum in hoc quoque tam praestanti munere elaborandi, et aliquod operae pretium faciendi voluntas non mediocris iam pridem mihi haud defuerit, nihilominus eius difficultates cogitatione complectentem, non quidem pudor subrusticus, sed metus quidam, ut arbitror, ingenuus semper absterruit. Et nescio quomodo haeret in medullis, nec oblivisci queo, quod apud scriptorem persapientem legere memini: praestare timere, quam audere in litteris. Accessit ad me retardandum, quod qui primorum primi, signiferique, atque adeo, qui interpretum familiam ducere existimantur, vel in uno libro convertendo creberrime hallucinati, atque a lineis, quod dicitur, excidisse, diligentiorum animadversione deprehensi sunt. Quaenam ergo mihi semidocto fama speranda fuit? Verum enimvero, cunctantem ac trepidantem sapientium virorum auctoritas commovit, ipsaque ratio confirmavit, ut aliquando in isthanc palaestram descenderem: siquidem, iuxta vulgatum, nemo nascitur artifex: et ars nulla est, in qua non peccando discatur: quodque nobis pueris quondam praeceptores in ludo ingerebant, qui nunquam male, nunquam bene. Factum igitur, ut cum Serenissimus Boiorum princeps Maximilianus Societatis nostrae domesticis potestatem liberaliter atque ultro concessisset, e voluminibus Graecis calamo exaratis (quorum habet in bibliotheca sua nobilissima lectissimam copiam) depromendi, et ad communem usum emolumentumque, cuius incenso tenetur desiderio, interpretandi quae placuisset, ego in hunc non Christodulum utique, sed in ipsissimum Ioannem Cantacuzenum inciderim: quo ad gustum sententiamque meam nihil accommodatius, nihil ad prima militiae huius tentanda peri-

cula, propter facilitatem quandam eius in scribendo opportunius nancisci potuissem.

Sic omnino est, ut dixi, in Ioannem Cantacuzenum incidi: qui quidem quo commodius huius libri sui occasionem, caussasque afferret, et personam suam celaret (quod tamen haud satis caute fecit, ut mox docebo) fingit a quodam Nilo familiari se ad scriptionem per litteras sollicitari: ac sibi vocabulum Christoduli imponit. Idoneum profecto, nempe a statu et conditione vitae, quam haec scribens agebat: agebat autem monasticam: et Christo serviens, merito eius servum se appellavit. Occultare porro, et tegere personam suam ideo voluit, idque prudenter, quod de rebus cum alienis, tum suis historiam compositurus erat, et narraturus plurima, quibus audiendis aures quibusdam dolerent, ut antea videndis oculi doluerant. Est vero tam infrequens Graecis hoc nomen, Christodulus, ut vel hinc isto loco fictitium ac supposititium appareat. Cumque per id tempus in monasterio pro Ioanne etiam Ioasaphus mutato nomine diceretur, sicut non antiquum et proprium, ita nec novum istuc et assumptitium, Ioasaphus inquam, ad libri auctorem indicandum usurpare decuit: ne monachus inanem aucupari gloriam, et qui Deo militatum venerat, iterum se negotiis implicare saecularibus videretur. Atque ita codex Graecus ἀνεπίγραφος est, sine titulo prorsus. Deinde ex ipsa Nili epistola Cantacuzenum huius historiae parentem, et conditorem esse perspicuum fit. Illa enim verba, καὶ ὅτε γὰρ τὰ κοινὰ διετέλεις πράττων, σωτηρία τοῖς πράγμασιν ἦσθα· καὶ νῦν σαυτοῦ γεγονὼς, ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης παράδειγμα τὸν βίον κατέστησας τὸν σαυτοῦ. *Tu enim et quamdiu gessisti rempublicam, salus imperii fuisti: et hodie, postquam defunctus honore, tui ipsius esse instituisti, vitam moresque tuos veritatis, ac iustitiae exemplar effecisti.* hae, inquam, voces non ad Iudicem, Consulem, Praefectum aliquem, sed ad magnum domesticum Ioannem Cantacuzenum, cuius post Andronicum minorem, quamdiu is vixit, suprema fuit potestas, et imperatoriae proxima in omnibus, et apud omnes auctoritas: imo vero ad ipsum munus imperatorium, quod idem citra nomen diu, postmodum et re et nomine multis annis administravit,

planissime pertinent: qui quo pacto *σωτηρία τῶν πραγμάτων* fuerit, legendo disces: et nihil verius dici potuisse constitues. Illa similiter in quem alium, quaeso, nisi in eumdem quadrant, quibus eum Nilus ab exemplis nostratium, exterorumque scriptorum incitat, uti acta sua memoriae ipsemet prodat? *ἔστι δὲ καὶ εἰς παράδειγμα τὴν ἡμετέραν ἱκετείαν ἀνενεγκεῖν. ἄν τε γὰρ τοὺς ἔξωθεν, ἄν τε τοὺς ἡμετέρους ἡγεμόνας ἐνθυμηθῇς, οὐδαμῶς ἀτιμάσῃς τὴν ἱστορίαν. καὶ οὗτοι γάρ, κἀκεῖνοι ἐπὶ τὸ συγγράφειν καθῆκαν ἑαυτούς, οὐ μικρὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἐκ τοιούτων ὀνήσειν οἰόμενοι. Nec vero caret exemplo, quod abs te petimus. Etenim sive ad externos, sive ad nostrates belli duces respicias, non poteris hoc genus scriptionis contemnere. Quippe tum hi, tum illi huc pariter se demiserunt, non parum inde humano generi consultum iri arbitrantes.* Quid quod de sua cum Andronico coniunctissima, fidelissimaque amicitia (de qua equidem cogitans, simul de Davidis, et Ionathae devinctissima familiaritate cogito: de quibus scriptum legimus, *Anima Ionathae conglutinata est animae Davidis: et dilexit eum quasi animam suam*; rursum: *Doleo super te, frater mi Ionatha, decore nimis, et amabilis super amorem mulierum*) non nisi ipsemet ita *συμπαθῶς* et *ἐναργῶς* scribere potuit? quod quidem saepenumero facit. Sic solemus, frequenter, inquam, magnoque cum sensu de iis loqui, ac scribere, quae aut absentia valde in desideriis, aut praesentia vehementer nobis in amoribus sunt. Nec alius tam diserte de recusato toties imperio, de libertate apud Andronicum sua, deque amplitudine potestatis quam obtinuisset, praeter ipsummet narrare voluisset, etiamsi potuisset. Scripturae sanctae toties productae, et monastica disciplina non semel tam eximie praedicata, atque etiam per totam historiam sparsae tot pietatis notae, non alium quam monachum olent, qualis ille tum erat, cum haec chartis mandaret. Dicendi genus, quod in libris contra Mahometanos, et Iudaeos in defensione fidei Christianae adhibuit, ideo dissimile est, quia illis disputatio quaedam perpetua et dialectica potius; hic narratio diffusa et continuata suscipitur. Proinde ut alia ibi, alia hic sit facies, necesse est. Illa demum lib. 4. cap. 24. et 25. adversus

Nicephorum Gregoram multa cum acrimonia, et fusius posita (ne amplius verborum in re parum ambigua consumamus) manifeste nobis astipulantur. Ubi prae indignatione dissimulatae personae immemor, caussam suam accuratius agit, quam alius pro eo egisset: tametsi id postmodum animadvertens, in viam redeat, rursumque qui sit, dissimulare studeat.

Sequitur ut de oeconomia breviter te moneamus. His quatuor libris res sub utroque Andronico, avo, et nepote, et sub Cantacuzeno filiorum nepotis tutore, atque imperatore gestae explanantur: sic, ut primus discordiam et bella inter Andronicos: alter imperium minoris: tertius bellum Cantacuzeni cum obtrectatoribus et inimicis: postremus eiusdem victoris ac triumphatoris tempora persequatur: in quo etiam subtexuntur, quae inter Ioannem Palaeologum legitimum heredem, et patris sui Andronici successorem, socerumque Cantacuzenum, et eiusdem filium Matthaeum (cum quibus ambobus dissidium ei intercessit) contigerunt. Tametsi et in duobus prioribus tam multa de Cantacuzeno commemorata sunt, ut quod in epistola Nilus ait, eum αὐτουργὸν, hoc est, rebus ipsismet coram, ut actorem, affuisse, aeque de illis, ut de posterioribus intelligendum videatur.

Gesta sunt autem omnia ab anno post Christum natum millesimo trecentesimo vigesimo primo, ad annum plus minus quinquagesimum nonum, annis nimirum triginta novem, aut circiter. Sic enim rationem subducimus. Michael Palaeologus collega patris sui Andronici mortuus est millesimo trecentesimo vigesimo primo. Eodem ipso anno (si a Septembri ducas anni initium, ut Graeci ducunt) bellum inter avum, et nepotem exarsit, duravitque sexennium et mensem unum, ut in calce libri primi relatum est. Victo avo, nepos solus praefuit imperio annis viginti, si verum scribit Gregoras. Quo e vivis sublato, pupillorum tutelam gessit Cantacuzenus, vix annum, ut colligere est: adversus quem deinde ut tyrannum nomine viduae imperatricis, et liberum eius bellum administratum est annis quinque. Eo finito Cantacuzenus, data Ioanni Palaeologo in matrimonium filia, decem annos ab eo paciscitur, quibus penes se imperii gubernatio cum nomine maneat: penes illum nomen dumtaxat et dignitas imperatoria, donec aetas

maturescat (agebat enim Ioannes annum non plus decimum quintum) postea se collegam patiatur. Huius spatii vix dimidium videtur explevisse, rerum huius mundi et adversae sortis renovatae quodam taedio. Quae ipso iam monacho inter Palaeologum et Matthaeum secuta sunt, forsitan unius, aut duorum annorum fuerunt: nam in his quod pro certo affirmem, non habeo. Hac ratione colliguntur anni historiae huius circiter triginta novem. Ex his patet, tempora Andronici iunioris, Cantacuzeni, et Ioannis Palaeologi non satis probe digessisse Onuphrium, et alios. Errarunt item cum Gregora, dum Andronicum iuniorem anno aetatis quadragesimo quinto extinctum tradiderunt. Nam si natus erat annos viginti septem antequam secundam uxorem duceret, ut noster libro primo narrat, et ea ducta adhuc aliquot annis cum avo bellum gessit: si eo victo annis viginti solus imperavit; sequitur quinquagenarium, aut eo maiorem obiisse.

Ostendemus nunc, quo loco inter Byzantinas historias haec nostra collocanda sit. Cantacuzenus Nicephoro Gregorae proxime succedit, eiusque narrationes continuat: quamquam non praecise ac simpliciter. Nam cum Gregoras in obitu Andronici iunioris desinat, noster inde non orditur: quin imo secundum historiae suae librum ad eiusdem Andronici mortem perducit. Verum quia Gregoras iste avo, in cuius aulam desertis studiis liberalibus se contulit, amicior, nepoti autem iniquior fuit: illumque plurimum, et saepe commendavit: hunc aperte, nec modice, et non raro insimulavit ac vituperavit: ad haec, quae inter illos acciderunt, partem maximam minime comperta habuit; quae autem comperit, ea confuse, imperfecte, quaedam quoque aliter aliquanto, quid aliquanto? multo aliter, quam evenerunt, et cum mendaciis exposuit: in ipsius quoque Cantacuzeni bello rebusque commemorandis (quae scripta vel interierunt; vel adhuc in aliqua bibliotheca latent) parum bona fide, malevoleque versatus est. Cantacuzenus haec vitia non ferens, longe sincerius, longeque copiosius, distinctius, integrius, certius omnia explicavit: quippe qui omnibus paene non interfuit solum, verum etiam praefuit: et quae ipse non vidit, aut egit (qui enim potuit omnia?) ea a testibus gravissimis accepit: quemadmodum in fine libri quarti testatur.

Sed iuvat ipsius Cantacuzeni verba proferre in medium, ex libri quarti capite vigesimo quarto, unde, quomodo se gesserit in historia scribenda Gregoras, liquido perspiciatur. *Imperatorem vero Cantacuzenum, postquam ipsum per se deprimere atque evertere non potuit, Palaeologorum imperatorum bellum mutuum pro argumento sumens: et partim ignorantia rerum gestarum, partim gratia corrupta veritate, ac totis viribus velut in fabula comminiscenda mentiens, deinde ordine ad bellum, quod nostra memoria contra Cantacuzenum excitatum est, progressus, tum alia complura crimini dat, servitutes, caedes, trucidationes, populationes, et quaecunque Romanis per id bellum luctuosa inciderunt, illi adscribens: tum ob amorem dominandi imperialisque fastigii cupidinem malorum illorum nullam duxisse rationem affirmat. Illud autem Cantacuzenum potissimum vellicat et cor eius urit, quod mentitur, eum, adhuc vivente Andronico, imperii Romani longe appetentissimum, cum id assequi non posset, ad monachos in monte Atho, qui viri sancti et a Deo afflati, futurorum praesensionem habere iudicabantur, profectum esse, de futuris, et an ad se Romanum imperium perventurum esset, percunctaturum* etc. Attamen fieri potest, ut Gregoras de moribus Andronici quaedam non prorsus falsa scribat, et ea noster aut tanti non aestimet 'eiusque iuventuti condonanda putet: aut dissimulet, et id amicitiae singulari fortasse tribuat, de quo in Notis suo loco videbimus.

Iam de excellentia, fructu, elegantia et ornamentis historiae huius quid ego satis dignum commemorem? Inter recentiores quidem rerum Graecarum, seu Byzantinarum scriptores, ut sunt Zonaras, Nicetas, Cedrenus, et alii, meo quidem et quorumdam bene litteratorum iudicio hic primas tenet: videturque solus didicisse, quo pacto ad laudem accommodate contexenda sit historia.. Mira, nova, inaudita, inusitata, occultorum Dei iudiciorum plena, grandia, illustria multa hic recensentur. Et, si historia debet esse prudens, atque ornata rerum explicatio, neutra virtus in hac desideratur: quae mihi semper a viro nobilissimo, et ingenio excellentissimo suavissimoque visa est profluxisse. Prudentia militaris atque civilis tam eximia hic elucet, ut civitatum,

provinciarumque rectoribus ac belli ducibus maiorem in modum commodaturam putem. Cum autem virum politicum ad bene regendum aliis quoque virtutibus nihilo minus instructum esse oporteat, ne earum quidem exempla documentaque hic frustra requiras. In quibus qualis fuerit Cantacuzenus, infra ostendemus: in praesens aliquid de Andronico dicemus, quem, qui a Clemente V. pontifice maximo in extravag. communibus, ut haereticorum et schismatis antiqui fautorem excommunicatione percussum existimat, is tempora male componit, et ἀνιστορησίᾳ manifeste laborat. Qui enim tunc imperabat, et ultra adhuc annis quindecim post Clementis e vita discessum imperavit Andronicus senior, sacro illo fulmine tactus est. Ergo in Andronico iuniore Christiani imperatoris expressum, ac vivum quodammodo simulacrum hic proponitur. Est enim, ut paucis et summatim agamus, excelsi, nec minus modesti animi, beneficus, fortis et generosus, adversus bene merentes gratus, humanus, iniuriarum, laborumque tolerans, in ignoscendo mitis, misericors, pacis cupidus, in consultando cum amicis diligens (quod contra mentitur Gregoras, dum consilia nulla admisisse, et imperium neglexisse autumat) ab odio in quemquam suscipiendo alienus, pecuniae liberalis, aedificandi studiosus, erga Deum, caelites, sacerdotes, avum mire pius. Insunt in his libris insuper alia in aliis praeclarorum facinorum, et (quod dissimulandum non est) etiam insignium vitiorum exempla: quorum ut illa imitanda, sic ista evitanda nobis sunt. Notum est namque illud Romanae historiae principis. *Hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre ac frugiferum, omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri, unde tibi, tuaeque reipublicae quod imitere capias: unde foedum inceptu, foedum exitu quod vites.* Habet hic dux, habet miles, habet privatus civis, habet magistratus, habent sacri, habent profani, habent summi, habent infimi, habent viri, habent mulieres, quod vel fugiant vel sequantur. Insunt orationes creberrimae: quas cum hic auctor directas valde amet (sunt enim speciosiores et graviores) nos interdum brevitatis gratia, et ad vitandam ex similitudine satietatem, ad obliquas, more Caesariano redegimus. Nec possum de istis orationibus quidquam melius ac verius

dicere, quam si eas prudentes, copiosas, nervorumque ac sanguinis plenas, et omnino *ῥητορικωτέρας* dixero. Praeterea hic invenire est locos communes tractatos egregie, scite dicta, paroemias non vulgares, celebrium scriptorum (ut de sacris taceam), sententias, fabellas aliquot lepidas et ad rem demonstrandam appositas: quas, ut scis, Philosophorum illi antistites, Plato et Aristoteles, neutiquam contemnendas censuerunt. Capient te item, quas strictim attingit, Romanae historiae: capient varii ritus: capient quos miscet animorum motus, tum lenes ac sedati, quos *ἤθη* Graeci, tum graves illi et concitati, quos iidem *πάθη* vocant: capient descriptiones aliquot insignes: capient alia demum plurima. Quodsi rerum varietas delectat, de quo nemo dubitat, ea sane hic mirifica cernitur, ut singulorum librorum periochae, seu epitomae indicabunt. Episcopis debitus honos, et reverentia hic tribuitur. Catholica instituta, ceremoniaeque ita sunt per hosce libros luculenta, ut non optes magis. In primis vero Dei Mater summa in veneratione est: cui etiam urbs tota Constantinopolis a Constantino Magno commissa, ac dedicata legitur. Vita monastica est illi *πρᾶγμα καλὸν καὶ θεοφιλὲς, ἀπράγμων καὶ μεστὸς γαλήνης βίος, ἀκρότατος βίος, καὶ τελεωτάτη πολιτεία, θεῖόν τι χρῆμα καὶ ἱερὸν, φιλοσοφία, καὶ περὶ οὐρανίων πραγμάτων γνῶσις, ἔργον ὑψηλὸν καὶ τὴν ἀνθρωπίνην ὑπερβαῖνον δύναμιν, ἱερὰ ἡσυχία.* Id est, *res honesta, et Deo amabilis, vita negotiis vacua, et tranquillitatis plena, supremum ac perfectissimum vitae institutum, res sancta et divina, philosophia, et cognitio rerum coelestium, opus sublime, et humanis viribus maius, quies sancta.* Montem porro Atho, ad quem complura aedificata monasteria, in quibus ingens monachorum multitudo, *πόλιν οὐράνιον*, *coelestem civitatem* nominat. Fucos illos scholasticos, *καὶ τὰς ληκύθους*, et pigmenta Isocratea non habet haec historia: sed ornatum quemdam matronalem, virilemque ac robustam elegantiam. Schemata quaedam oratoria, et Atticismi non penitus absunt. Lingua purior est, quam pro illa aetate, non cum lacte nutricis hausta; sed ex libris percepta videlicet. Nam illo saeculo (sub Andronicis nimirum et antea) non mediocriter infuscatam, et mutationes

haud leves perpessam, eruditi non nesciunt. Addamus hoc pro corollario. Genuenses et Veneti multa hic ab aliis historicis suis praetermissa, aut nunquam cognita de maioribus suis, eorumque virtute et factis legere, et quaedam falso de iisdem hactenus scripta deprehendere poterunt.

Restat, ut quae nos vel praestitimus, vel praestare contendimus, indicemus. In interpretando eam speciem pro captu nostro consectati sumus, quam ex eorum lectione, qui de optimo genere interpretandi praeceperunt, bonorumque interpretum observatione mente conceptam atque informatam tenebamus: quae cuiusmodi sit, ii potissimum intelligunt, quorum industria in eodem curriculo se aliquando explicavit. Codicem perquam mendosum, maleque interpunctum accepimus: ut divinare et coniicere frequenter oportuerit. Nomina locorum, quae nec diligentissimus Ortelius omnia collegit, et personarum, quae vel Graecia iam occidens et βεβαρβαρωμένη, vel librariorum oscitantia depravarat, alicubi de coniectura emendavimus, (nam qui omnium verum et germanam scripturam coniectando possit assequi, ego quidem futurum opinor neminem,) omissa quaedam supplevimus: in singulos libros periochas seu epitomas conscripsimus, quas et lecturo ad προπαρασκευὴν, et ei qui iam legit, ad ἀνακεφαλαίωσιν utiles fore confidimus: relictis sectionibus (quas in plerisque codicibus sive scribas sive lectores; non ipsos auctores excogitasse et adhibuisse reor) quod modo nimis crebrae, modo nimis rarae, saepius argumentum vix ex triente comprehenderent, in capita, more Latinorum, totum corpus divisimus, ut quantum maxime possemus, lectori lumen praepanderemus. Locos aliquot parum sanos, praetextis in ipso contextu animadversionibus, perstrinximus; quas quidem rogatu nostro Iacobus Gretserus, Societatis nostrae Theologus, et in Academia Ingolstadiana professor ordinarius, conscripsit. Et haec fecimus, magis ut candorem nostrum bonis viris probaremus, quam quod illa, qualiacunque sunt, hoc quidem saeculo, et in his terris ad quemquam inficiendum depravandumque valitura formidaremus. Quis enim nescit, etiam qui litteras non didicit, non tum primum, propendente scilicet iam ad occasum imperio, sed multis ante annorum centuriis, paene post octingentesimum statim

ab ortu Christi, orientalem ecclesiam a Romana secessisse? Feruntur item historici non pauci, hoc nostro partim antiquiores, partim recentiores, quos cum ad unum vel in haereticis, vel in schismaticis iure numeremus, nullo tamen eorum sine aliquo, omnibus simul sine maximo detrimento ecclesia Romana carere non potest. Vin' tu audire qui sint? Sozomenus et Socrates Novati perfidiam sectati sunt. Quorum hic non oblata solum, sed interdum etiam quaesita occasione Novatianos libenter laudat, ipsis miracula tribuit, Romanorum pontificum potentiam exagitat: quae omnia Iacobus Billius eruditus Theologus observationum sacrarum libro primo capite vigesimo sexto luculenter demonstrat. De Nicephoro Callisto liquet ex Gennadii apologia pro Concilio Florentino, ubi eius non tam scripta, quam convicia contra Latinos refelluntur: ut de iis, quae sparsim in historiam suam sinistra inseruit, nihil dicam. Zonaram fuisse schismaticum, testari possunt eius poemata aculeatissima de processione sancti Spiritus, et alia adversus Latinos composita, quae Genebrardus dum converteret, se criminationes illas omisisse narrat. De Pachymerio idem constare potest ex adiunctis ad Gregoram Latinum. Ea sunt capita, seu loci rerum memoria dignarum, e codice Augustano, carie confecto, et mutilo, per singulos libros excerpti: cuius animus in Romanam ecclesiam qualis fuerit, ex quinto, sexto, et octavo potissimum libris deprehenditur. Nicephorum Gregoram quoque, et Nicetam Choniatam eorum monumenta produnt. Adde huc Cedrenum, Glycam, Constantinum Manassem, Ioannem et Georgium Curopalatas et alios, si quaeramus. Nam per illa tempora tam non facile monachum, aut scriptorem a Romana ecclesia non alienissimum erat invenire in Graecia, quam hodie difficile est praeconem verbi Dei, aut professorem Catholicum invenire in Saxonia. Et qui tandem fieri potest, ut qui Patriarchas Constantinopolitanos schismaticos appellant sanctissimos, oecumenicos, et principes ecclesiae, ipsi eiusdem farinae non fuerint? Si ego quempiam Superintendentem sanctissimi vocabulo afficerem, credo, aliqui, imo plurimi, nec iniuria, me Lutheranum aut Calvinianum esse colligerent. Atque ut ab historicis abeamus, et ad alios scriptores

veniamus, Origenes et Tertullianus quales tandem fuerunt? Nonne eorum haereses extant? Feruntur demonstrationes evangelicae Eusebii Pamphili, in quibus aperte, et saepius ἀρειανίζει, quod doctissimus Billius observationum lib. 1. cap. 27. plane ac diserte ostendit. Quid demonstrationes evangelicae? Statim in ipso principio ecclesiasticae eius historiae (quo monumento nihil habemus in republica Christiana illustrius) Arianismos aliquot observat tomo tertio Annalium Zonaras. Sunt in manibus monumenta Photii, sunt Theodori Balsamonis, qui Latinos, ut pestilentissimus schismaticus, conviciis passim lacerat. Eosdem ob processionem sancti Spiritus exagitat etiam nobilis inter theologos patres Theophylactus Bulgariae episcopus, et, cuius similiter magnum inter sacros scriptores nomen est, Euthymius. Possum adhuc nominare homilias, et alia scripta huiuscemodi hominum, quae in Latinum translata leguntur, et ab eruditis proferuntur. Si ergo nec superiorum historiae, nec istorum commentarii hactenus ecclesiae incommodarunt: quin potius (quod res clamat) mirum in modum vehementerque commodarunt, ne a Cantacuzeno quidem magis damnum ullum metuendum, quam fructus, isque non mediocris, ut ex antecedentibus patuit, exspectandus est. Rerum gestarum ac vetustiorum temporum utilem, necessariamque cognitionem persequimur et inquirimus: si quid interdum in iis minus commendabile aspergitur, id tota mente aversamur atque reiicimus: et calamo etiam, cum est occasio, notamus atque confodimus. Nec vero ab hoc auctore nostro ecclesiae Romanae, aut Romano pontifici contumeliae dicuntur, quem patrem, sanctissimum dominum, tua sanctitas, tua beatitudo vocat: et ut apud eum opinione mala ne sit, elaborat (propter barbaros, Turcas videlicet, in auxilium accersitos, vastatamque bello civili provinciam,) cum eo arma adversus infideles pro gloria crucis Christi coniungere cupit: eius laudatiouem sibi amplissimo honori ducit: legatos ipsius benigne excipit: cum eodem, Clemente nimirum VI., de synodo habenda, redintegrandaque ecclesiarum concordia sollicite ac reverenter agit. Non, inquam, hic probra et maledicta iaciuntur: sed dissensio ac dissidium illud a nobis Latinis, iam lippis et tonsoribus

etiam notum, aliquoties se exerit atque a maiorum exemplo defensionem, quamquam iniustam, petit. Nam si maiores

magnopere a vero longeque errasse videntur,

ut ait Lucretius, non ideo minoribus pedes in illorum vestigiis ponendi sunt: nisi ipsi quoque cum iisdem in idem se barathrum praecipitare studeant.

IACOBI PONTANI
VITA IOANNIS CANTACUZENI,
EX EIUSDEM HISTORIA.

Ioannis, Manuelis et aliorum Cantacuzenorum, ut virorum illustrium et bellicosorum, meminit Nicētas. Quos hic noster Cantacuzenus in maioribus suis habet. Idem, Ioannem Manuelis imperatoris neptem, alium Ioannem Cantacuzenum Isaaci Angeli sororem in matrimonio habuisse. Natus est Byzantii. Patrem a natalibus modeste praedicat lib. 3. cum dicit, *οὐ γὰρ τῶν πολλῶν εἷς*, *non erat unus e multis, seu vulgaris:* et alicubi matrem suam Syrgiannis appellat *θείαν*, *materteram, seu amitam, seu demum cognatam suam* (liberius enim hac voce utitur, ut docebimus); quam quidem feminam ex libro primo, haud longe ab initio, scire licet ad imperatores genus retulisse. Puer adhuc patrem amisit: qui anno aetatis primo supra vicesimum, praefecturae suae Peloponnesiacae octavo, in eadem peninsula decessit. Mater dicta est Theodora: cuius avunculus magnus, id est, aviae maternae frater, Michael primus Palaeologus imperator. Itaque eadem Michaelis soror, et Cantacuzeni proavia. Fuit Theodora mulier prudentiae maioris, quam pro captu sexus, et tractationi rerum gravium atque magnarum idonea, quam Gregoras recte his verbis celebravit lib. 11. *Quam assestricem coniugi imperator reliquerat, senatoria matrona, et gravitate morum conspicua, et singulari prudentia ornata, ac in rebus dubiis praesenti consilio instructa.* Eius indignissima vexatio propter filium, et mors lacrymabilis lib. 3. cap. 22. 26. 36. exponitur. Nicephori Cantacuzeni, et Manuelis Tarchaniotae, illius patruelis, huius consobrini, aut ex sorore nepotis lib. 2. cap. 8. meminit. Ioannem Angelum *ἐξάδελφον*, et *ἀνεψιὸν* similiter appellat, et ex eadem radice prodiisse scribit. Mentio autem sororis est lib. 3. cap. 26.

Coniugem habuit Irenen, Andronici Asanis viri illustrissimi, magni ducis, et cum Andronico seniore cognatione coniuncti filiam. Fuit enim Asanes e sorore Andronici natus. Ex ea sustulit liberos sex, mares tres, feminas totidem. Illis nomina fuerunt, Matthaeus, Manuel, Andronicus. Atque hic postremus vix duodecimum attingens annum, cum avia paterna in custodiam datus, postmodum pestifera lue per id tempus grassante interiit: reliquorum opera domi bellique multum usus est pater. Uterque ornatur laudibus lib. 3. cap. 28. Matthaeus Demetrii despotae, filii Andronici maioris natam Irenen uxorem duxit: quae filios ei peperit duos, Ioannem et Demetrium: filias ternas, quarum primogenitae inditum nomen Theodorae. Matthaeum pater imperatorem renunciavit, deditque id precibus praesertim exercitus: quem tamen Ioannes Palaeologus heres legitimus imperio abire coegit. Manueli filiam Syrgis (fuit hic Cypriorum rege procreatus) despondit. Sed id connubium Syrges ante nuptias rescidit. Post Liberus, Triballorum dynastarum potentissimus, filiam suam eidem Manueli desponderi cupit, et despondetur, ut est libro 3. cap. 48. Hactenus de maribus. Puellarum trium nomina sunt Maria, Theodora, Helena. Primam Nicephoro Ducae, Ioannis Despotae filio, Acarnaniae principi, nondum septennium egresso pactus est. Alteram Orchani Persae, seu Turcae potius, Bithyniae domino tradidit: cuius opibus rem suam saepenumero sustentavit atque constabilivit. Postremam cum Ioanne Palaeologo imperatore, annorum quindecim adolescente, coniunxit, quem laudat lib. 4. cap. 1. Ex eo matrimonio Andronicus, Manuel, Ioannes, Demetrius filii, et Irene filia propagati sunt. Suam cuique trium filiarum peculiarem laudationem impertit, Theodorae lib. 3. cap. 95., Helenae eodem libro cap. 34., Mariae, quae adversis casibus propter nequam maritum iactata, tandem eo occiso cum matre monacham Byzantii egit, lib. 4. cap. 43.

Principio Andronici avi cubiculi sacri praepositus fuit: deinde Andronici nepotis (cuius videtur coaevus) magnus domesticus. Thraciam praefectus seu praetor gubernavit. Fuit item princeps militiae imperatoriae, sive copiarum dux summus. Auctoritas eius, potestas et existimatio incredibilis: ita,

ut eo inconsulto aut refragante nihil gereretur, ipseque administraret omnia: et esset non quidem vocabulo (nam id una cum habitu, licet non semel ab Andronico invitatus et enixe rogatus, constanter fugit) sed opere ipso imperator. Lege cap. 9. lib. 2. Quo defuncto, procerum ac militum votis Didymotichi obsecutus, itemque aliis de caussis (quas profert, dum affectatae tyrannidis suspicionem a se depellit: depellit autem saepissime ac disertissime, et tam verisimiliter, ut nihil desideres) purpuram et tiaram induit. Adrianopoli a Lazaro Hierosolymorum, rursum Byzantii ab Isidoro patriarchis coronam imperialem solenni ritu accepit. Quam beate vixerit, in quantis cuiusque modi opibus, in quanta hominum admiratione et gloria, ipse clarissimis verbis lib. 3. cap. 53. et 78. edocuit.

In militari disciplina, socio Syrgianne, magistro Angelo usum se narrat: in qua deinde per exercitationem lectionemque longe admodum processit, talisque prorsus extitit imperator, qualem M. Tullius in Pompeiana depinxit: siquidem in eo quoque illa quatuor, quae in summo imperatore inesse debent, enituerant, scientia, virtus, felicitas, auctoritas. Talis item, qualem in Strategico gravissimus praeceptor militaris Onosander describit cap. 1., castus, temperans, sobrius, frugi, laboriosus, intelligens, minime avarus, nec iunior, nec senior, filiorum pater, dicendi peritus, gloria illustris. Qualem praeterea de bellico apparatu cap. 2. Leo imperator. Linguam Latinam calluisse inde coniecturam capio. Etenim res Romanorum imperatorum (ut nos Romanos imperatores appellamus, hoc est eorum, qui in Italia et Romae vixerunt) aliquoties in medium adducit, quas forsitan apud historiae Augustae scriptores legit. Et Arego monacho Sabaudo quaedam Graece scripta non intelligenti, interpretatur lib. 3. cap. 84. Si quis auditione tantum Romanorum facta accepisse, et Graeca illa Italice monacho interpretatum esse credere malit, cum eo non contendam: et ita nomine Latinae linguae, cuius se scientem quodam loco affirmat, quaque praesidiarios Italos alloquitur Constantinopoli lib. 4. cap. 54., Italica intelligenda erit: sicut per Latinos Itali et alii non Graeci. Persice quoque, sive Turcice nosse se lib. 4. cap. 10. affirmat. Artem didicisse oratoriam, eloquentia ipsius omni praedicatione digna, et in

tam praeclaris orationibus totaque scriptione se exerens, demonstrat. Sane quod M. Tullius de Pompeio, idem ego verissime de hoc viro, paucis immutatis, usurpavero. *Quantum consilio, quantum dicendi gravitate, et copia valeat, in quo ipso inest quaedam dignitas imperatoria, vos ex hisce libris saepe cognoscetis.* Oppida complura, quae armis resistebant, oris sui facundia subegit: ut quod Cyneas legatus Pyrrho Epirotarum regi, hoc idem paene Andronico imperatori Cantacuzenus fuerit. Et cum oratoris sit historiam scribere, si qua alia, haec sine controversia oratorie, hoc est prudenter, disposite, diserte, nec invenuste scripta est. Poetas diligenter legisse, Homerum praecipue et Euripidem, crebrius ex iis prolati versus docent. Sacrarum litterarum scientia non parum imbutum, tot loci apposite inducti argumento sunt. Sed id ex libris aliis sole clarius est, quos nempe contra Mahometanos et Iudaeos edidit. Fertur insuper in quinque priores ethicorum Aristotelis Paraphrasin conscripsisse. Haec de studiis et litteris eius.

Quod ad mores et virtutes attinet, veritatem amavit, ut qui maxime, idque toties testatur ac profitetur. Eius prudentia e dictis, maximeque e consiliis egregia semper et memoranda perspicitur: digna profecto, cui vel maius committeretur imperium. Fortitudinis, magnanimitatis, ac patientiae est, quod nusquam ferme abest ab exercitu, manuque sua in hostem pugnat viriliter: nec voluptatibus indulget, et adversis casibus non frangitur: iniuriis (potissimum ab Apocaucho, cui tantopere benefecerat, illatis) non succumbit: et invidiam aequa mente sustinet. In bene de se merentes unus omnium gratissimus: quam virtutem in aliis etiam amat, et ideo nulla propemodum pagina gratiarum actionibus vacat. Ad moderationem, continentiamque pertinet, quod imperii communionem sibi ab Andronico etiam quartum delatam, recusat. In amicitia colenda constantissimus, Andronicum minorem praecipue, et Amurium Persam Ioniae Satrapam sive principem dilexit, fuitque vicissim ambobus supra quam dici potest charus et iucundus. Dilexit eum etiam vehementer e proceribus Triballorum opulentissimus quidam Liberus, ut est lib. 3. cap. 42. Beneficentiam ac liberalitatem coluit mirabiliter, et in exerci-

tum de suo sumptum, imperatore vivo mortuoque, saepius fecit: castella et oppida sua pecunia refecit et instauravit, eidemque imperatori funus amplissimum sua impensa curavit. Aurum quod habere gratis poterat contempsit. Pacis et concordiae quis illo cupidior? Quis barbaris et idololatris inimicior? Non potest pro dignitate collaudari huius praestantissimi principis admiranda lenitas, et ad deponendam offensionem veniamque tribuendam suspicienda facilitas, beneficiorum altissima recordatio, et in gratiis agendis commemoranda sedulitas. Omnia his libris gratiarum actionibus referta sunt. Summa praeterea in negotiis procurandis diligentia, et vigilantia, animique religio. Monachismum quantis praeconiis, Deus bone, et quidem toties, cohonestat? ac tandem ipse in Manganense monasterium prope Constantinopolim se ultro ac libens includit, cum imperium retinere potuisset, ut videbis lib. 4. Tantum abest, ut eo ipsum Ioannes Palaeologus victor compulerit, quod quidam huius nostrae historiae funditus ignari nugantur. Coniux porro Irene in monasterio, a Martha Michaelis primi Palaeologi sorore constructo, monacham induit. *Ῥωμαίων* tu quidem, *ἀλλ' οὐ Ῥωμαϊκὸν βασιλέα*, laudas, inquis. Ego vero etiam Agesilaos, Alexandros, Iulios, et Pompeios, ethnicos et idololatras, saepe laudavi: et virtutem vel in hoste amabilem, eiusque exempla a quocunque, et qualicunque sumenda nobis esse confirmo. Est enim eadem semper, nec eius splendor immortalis cuiusquam sordibus potest obsolescere.

Incredibile memoratu est, quantae eius copiae, facultates, quanti pecuniae thesauri fuerint, de quibus variis locis ipse confitetur, et ego virum gravem vanitatique infensissimum, ad haec etiam religiosum, mentiri non puto. Insulas, oppida, castella in opibus suis recenset. Pecuniam sane, quam Byzantii, et in aliis urbibus per Thraciam apud amicos depositum habebat, nec ipsi, qui eandem diripuerunt, inimici, quam magna esset, pro certo novisse potuerunt. Tritici, hordei, frugum, fructuumque infinita illi copia, innumerabiles acervi. Boum pascualium numerat quinque millia, aratorum iuga mille, equas pascuales mille quingentas, camelos ducentos, mulos trecentos, asinos quingentos, porcorum quinquaginta,

ovium septuaginta millia. Ut iam non sit, cur greges et armenta illius Iob miremur. Verum ista apud urbes Thraciae non unam, sed plures possedit. Vide lib. 3. cap. 24. ubi ait, sibi toto imperio Romano sparsas, easque immensas copias atque opes. Et 31. et 36. E supellectili aurea et argentea supra ducenta vasa mutuo dat palatio, capite vigesimo quarto.

ELOGIA.

Lib. 1. cap. 58. Andronicus senior eius prudentiam in dando consilio admiratur, seque in illo avi materni imaginem intueri asseverat, qui tam celeriter arripuisse, tam apte explicasset, et promtissime transegisset, quae res postulasset, ut statuerit, si absque successore ex se nato moreretur, suadere proceribus, illum ante alios imperatorem eligendum. Animadvertis igitur, Cantacuzenum imperio dignum iudicatum, si avum eius iudicavit, cuius in ipso expressum se intueri simulacrum confessus est.

Gregoras libro nono de eodem. *Ceteri illa mutatione velut multo mero ebrii insolenter fortuna sunt abusi. Ille contra naturali prudentia et magno ingenio ornatus, se ad veterum praestantiorum virorum mores conformabat et magnificentia morum et animi liberalitate. Et cum tunc res ei feliciter successissent, fortunam non lacessivit, neque immodice supercilium arrexit: sed retenta animi gravitate, intra modestiae limites immotus mansit.*

Rursum lib. 10. *Hac oratione confirmati, omnes strenue ac fortiter hostes invaserunt. Inprimis vero magnus domesticus Cantacuzenus, qui multis ensibus, multis telis hostium petitus atque impulsus, ipse quidem plurimos hostes prostravit: sed neque clypeo, neque gladio amisso, incolumis e praelio evasit, velut agglutinatus atque infixus equo.*

Et libro undecimo. *Adeo magnorum operum ingeniosa effectrix magni domestici taciturnitas extitit. Nam aliorum quidem verba umbrae tantum sunt operum, simul atque e lingua prodierint, morientes: viri autem huius etiam silen-*

tium magnas res gerit. Nam ingenii magnitudine et solertia vir ille excellit, revera profundo mentis sulco fruens. Haec Gregoras de Cantacuzeno sive amicus adhuc, sive ab ipsamet veritate coactus: nam postea evasit inimicus, ut ex libro quarto constabit, et nos supra in praefatione ipsis Cantacuzeni verbis id docuimus.

Lib. 3. cap. 52. a Cabatze Triballo, viro principe, oculus Romanorum vocatur. Eundem magnifico praeconio extollit in epistolis ad papam Romanum, et Delfinum Viennensem Bartholomaeus legatus, libro quarto capite secundo.

IACOBI PONTANI
dignitatum ac functionum palatii et ecclesiae Constantinopolitanae, quarum historicus noster meminit, ex Curopalata et eius scholiaste potissimum explanatio.

Δεσπότης, *Dominus*. Haec appellatio imperator, filiis eius, fratribus et generis tribuebatur generatim. Proprie ab imperatoria maiestate secundus sic dicebatur, quem recentiores etiam *σεβαστὸν* vocarunt. Hoc enim semel notare convenit, imperatores illos Orientis multos titulos honorarios ad suos sibi devinciendos excogitasse. In Galliis olim proximus a rege maior domus nominabatur. Graecorum imperatorum exemplo se quoque despotas vicini principes dici voluerunt, praesertim Bulgari et Servii. Qui interdum in Graecorum historiis regio quoque titulo censentur, cum pro despotis Crales et uxores pro despoenis Cralenae appellantur; hoc quippe sonat nomen barbarum. Sic a Cantacuzeno Acarnaniae et Aetoliae principes despotae dicuntur. Verum noster historicus Constantinum Andronici filium despotam vocatum scribit, qui post Michaelem fratrem genitus, per cuncta secundas obtineret. Infantem vocant Hispani. Observanda igitur alia notio. Monebimus in Annotat.

Παρακοιμώμενος, subaudi *τοῦ κοιτῶνος*, cubiculi, *Accubitor cubiculi* ad verbum, id est sacri cubiculi seu excubiarum sacri cubiculi praefectus, principi seu imperatori a cubiculis, aut praefectus excubitorum et custodum sacri cubiculi. Caput est puerorum, qui in coetone sunt, et cubiculariorum, habens etiam sibi subditum procubitorem sacri cubiculi. Ita Curopalata. Magnum cubicularium aliqui vocant. Leunclavius Pandecte historiae Turcicae seu ad Annales Turcicos: *παρακοιμώμενοι* sunt intimi cubicularii, qui augustalibus in cubiculis et ipsi propter imperatores dormiebant. Tale nunc officium est apud Turcarum Sultanum eius cubicularii, qui Thiodar aut Trohadar appellatur. Is enim et intra Sultani cubiculum noctu excubias agit et pluviam Sultani vestem gestat, ut *παρακείμενος*, quae scaramangium vocatur. Ac norunt omnes, qui Portam viderunt Osmanicam, non Sultanum modo comitari cubicularium, qui sereno quoque caelo scaramangium eius gestat; sed omnes etiam quotidie Bassas et Begos, quotiescumque per urbem ad portam equi-

tant, habere pedisequum unum, qui vestem huiusmodi portat, ceteris superiniiciendam vestimentis, si aëre mutato forte pluat.

Μέγας δομέστικος, *Magnus domesticus*. Varia eius officia apud Curopalatam vide variis locis. Nomen domestici ad plures dignitates pertinebat, quae adiuncto discernebantur, ut cognosces, e quibus magni domestici praecipuum extitisse, nomen ipsum *magnus* significat.

Πρωτοστράτωρ, *Protostrator*. Absente magno domestico fert imperatoris spatham. Cum itaque imperator est conscensurus equum, comite equorum imperatoris adducente et tenente equum, postquam ascendit imperator, protostrator prehendens freno deducit equum ad quartam aut quintam usque partem aulae palatii. Deinde recipiens eum magnus chartularius, deducit freno ad portam usque aulae. Similiter etiam facit, cum imperator pedibus iturus est, agens videlicet a porta equum ad eum usque locum, quem ante diximus: ex quo iterum recipit eum protostrator, agens ad eum usque locum, ubi imperator pedes esse solet. Quod si forte protostratorem abesse contigerit, hoc facit a principio usque ad finem magnus chartularius. Paulo post: Protostrator etiam est defensor cursorum. Cursores hoc loco sunt, quicumque nulli agmini aut signo militari adscripti sunt, sed ipsi castra prosequuntur ultro, exspectantes dum accensi fiant. His enim neque ordinem retinentibus, neque flammeolum (signum militare est, Latina origine, a colore dictum) suum, sed inordinate quodammodo dissolutis, protostrator ipse subsequens, defendit ipsos, si forte bello opprimantur. Propterea enim protostrator etiam appellatur, quod toti ipsi *στρατῷ*, id est exercitui praeeat et consistat primus. A cursoribus autem omnes res varias, quae futilia nominantur, moris est protostratorem accipere. Nomine *φουτιλίων*, futilium, (est enim Latinum vocabulum,) significantur quaecumque res, quae per se nihili sunt aut nihil ad rem militarem faciunt, denique impedimenta belli certissima, nisi avertantur. Nam haec cursores commodius comportant quam milites, quia non haerent signis: et audacius colligunt, quia se legibus non teneri putant. Quamobrem protostratori potestas data est futilia ista auferendi.

Μέγας κοντοσταῦλος, qui Gallice *Conestable*, Italice *Contestabile*, Latine *Comes stabuli*. Ubi si stabulum pro equili accipias, erit Comes stabuli, vel qui praeest omnibus copiis equestribus: vel qui praeest equitatui imperatoris aulico. Apud recentiores Graecos est dux copiarum auxiliarium, quae ex Gallia, Sicilia, Italia, facturae stipendia orientem petebant.

Μέγας λογοθέτης, *Magnus Logotheta*. Cancellarium Latinis vocari *λογοθέτην*, ait Nicetas lib. 7. Munus magni logothetae his verbis Curopalata describit. Disponit mandata et bullas aureas, quae ab imperatore mittuntur ad reges, Sultanos et To-

parchas. Atque hoc quidem proprium est magni logothetae ministerium. Quod autem ad rem domesticam, ipsius est efficere, quod imperator mandaverit. Addunt alii esse etiam libellorum magistrum, archivi praefectum, aut tale quippiam. *Λογοθέτης* exponitur a quibusdam magister rationum, qui expensas et reditus computat, oeconomus sive procurator, quod magnum erat officium et politicum.

Λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ, Logotheta castrensis, Zahlmaister, Pfennigmaister, Gallice *Thresorier du camp.*

Καβαλλάριος, Caballarius. Καβαλλάριον equestrem imperatoris comitatum nominat Curopalata. Ex Italico ducta vox, quae ipsa a Latina voce manavit. Huius ergo comitatus praefectus Caballarius dici videtur.

Μέγας παππίας, Magnus Pappias, id est, magnus paterculus, summus ille iudex, ad quem commentarienses de personis reorum et numero, de qualitate delictorum, de clausorum ordinibus referre debent. In hanc sententiam accipio nomen Papiae apud Zonaram, ubi de eo agitur, qui Michaeli Balbo adiutor fuit, ut Leonem Armenum e medio tolleret imperioque potiretur.

Μέγας στρατοπεδάρχης, Magnus castrorum praefectus. Est curator earum rerum, quae exercitui sunt opus, videlicet alimentorum, instrumentorum et necessariorum omnium, *Proviandmaister.* Exponitur etiam, princeps exercitus, ut sit idem quod *στρατιάρχης*: nam *στρατόπεδον* aliquando pro *στρατὸς* ponitur.

Πρωταλογάτωρ, Summus equitum praefectus. Voce enim *ἄλογον* Graeci recentiores equum aut iumentum significant, facta ex *ἀλόκου*, a verbo *halac*, quod orientalibus erat, *ire:* quia maximus et praecipuus iumentorum usus ad commoditatem itinerum. Turcae etiam hodie nuntium seu viatorem appellant *hulac.* Ex *ἀλόκου* igitur *ἄλογον*, id est, brutum, *κατ᾽ ἐξοχὴν* iumentum aut equus, ut Itali dicunt, *la bestia mia,* pro equus meus. Ex *ἀλόγου* fit *ἀλόγιον*, equitatus seu equorum equitumve numerus. Praefectus *ἀλογάτωρ*: summus praefectus *πρωταλογάτωρ.*

Σεβαστοκράτωρ, Augustimperator. Tertia dignitas ab imperatore, Caesariana praestantior. Dum imperator *βασιλεὺς, σεβαστὸς, Καῖσαρ* dictus est, uno eodemque omnes hos titulos obtinente, dignitates officiis ac non titulis aestimatae sunt. Postea vero imperatores luserunt titulis, et honoraria dignitatum nomina sine officiis impertiti sunt arbitratu suo, ut Curopalata his verbis declarat: Despota, Sebastocrator, Caesar ad nullum ministerium tenentur, nisi ad summum aliquem principatum instituantur, puta aut regendo imperio, aut gerendo bello: cuius rei exempla sunt apud Nicephorum Gregoram quam plurima.

Ac primum quidem Caesar fuit secundus ab imperatore (ut hodie rex Romanorum est in occidenti imperio) et obtinuit hoc ad Alexium Comnenum usque: postea Sebastocrator secundus est habitus, et Caesar tertius esse coepit, cum Alexius Comnenus Isaacium fratrem Sebastocratora diceret; auctor Zonaras. Postremo despotes sive dominus ab imperatore secundus est factus, nempe Alexius Palaeologus, cum idem Comnenus filiis maribus carens, Irenem filiam suam primogenitam Alexio huic despondit eumque titulo despotae, id est, domini, ornavit, futurum nempe heredem imperii, nisi morte sublatus esset, teste Gregora lib. 3.

Πρωτοψάλτης, Princeps seu primus psallentium. Ecclesiasticum nomen est, de clero palatii. Forsitan magister chori aut simile quiddam.

Δομέστικοι, Domestici. In iure appellantur domestici omnes adiutores sive administri legitime instituti a iustis functionum principibus in palatio, aut in foro, aut in ecclesia. In palatio, ut magnus domesticus, domesticus mensae, domesticus scholarum, domesticus murorum, domesticus regionum etc. In foro, ut domestici iudicum,administri. In ecclesia, ut domesticus chori, domesticus ianuarnm etc., quorum omnium functio *δομεστίκειον* sive *δομεστίκιον*, id est, domesticatus, dicta est.

Ῥαιφερενδάριος, Referendarius. Ecclesiasticae dignitatis nomen, Latine Relator, qui allegatur ad imperatorem et sacerdotem maximum.

Παννπερσέβαστος, Augustissimus omnium. Ab Alexio Comneno titulus inventus, ut Michaeli Taronitae gratificaretur, quod scribit Zonaras tomo 3. sub finem. Superior erat omnibus, etiam ipso protovestiario, magno duce, magno domestico etc.

Πρωτοβεστιάριος, Protovestiarius. Huius officium sic describitur. Ascendente igitur imperatore, ut declaratum est, ad oratorium, Protovestiarius, qui pilaticia, quae imperatoris prospectum obtegunt, aut sceptra iudicialia tenet, ut in altum subvecta sunt, dextra manu sua educens ea, e prothyro ostendit populo, demonstrans hoc signo, ascendisse imperatorem in oratorium. Hic autem in oratorio, si imperator aut suum ipsius stemma aut aliquod aliud gestamen suum gestaturus est, Protovestiarius, inquam, sumit illud a ministris rucharii et imperatori tradit: neque id solum in tempore eiusmodi festorum dierum, verum etiam semper ita facit. Id vero etiam proprium et singulare habet, quod si quid alienum viderit, aut lutum, aut quid aliud ad imperatoris vestem, deponens ille umbellam aut tegmen capitis sui, extenta manu tollit, aut purgat illud non rogatus. Ex omnibus vero aliis principibus nemo auctoritatem habet faciendi istuc, sed ille solus. *Pilaticia* est opus e margaritis cum fimbria, in longitudinem minus spithama, in latitudinem autem palmo, quae rex Medorum gestabat similiterque

iudices, quemadmodum olim duces exercitus gestabant torques, honorem ipsorum demonstrantes. τὸ ῥοῦχον suprema vestis, species vestis e Germania apportata, unde Germanicum nomen retinuit, *Rock.* Hinc ῥουχαρεῖον vestiarium speciali nomine a Curopalata appellatur, quia latius patet nomen vestiarii apud recentiores Graecos. *Protovestiarius*, ut agamus dilucidius, regio vestitui praeerat, quod hodie cubiculariorum videtur munus. Saepe rebus maximi momenti adhibebantur, et res per eos non vulgares gerebantur, ut in Lecapeno et Leone Basilii F. Credeni videre est. In Constantino Romano F. protovestiarii dignitas proxima a domestico scholarum et accubitore, biglae drungario, superior ostenditur. Inveni, qui scriberet, Protovestiarium fuisse thesaurarium seu thesauro praefectum, quia βεστιάριον aerarium vocetur seu thesauri repositorium, ταμιεῖον. Quod ego quidem in aliquo vel auctore vel glossario nondum legi.

Δικαιοφύλαξ, ad verbum, *Custos legum et iuris*, de quo magistratu nihil habet Curopalata.

Λογαριάστης, *Logariastes.* A Curopalata additur, τῆς αὐλῆς, aulae seu palatii. Rationes init omnium stipendiatorum, qui in aula sunt, si quid deest ulli de stipendio eius, aut ad servitium eius, cuius caussa stipendia facit. Apud Nicetam et φροντιστὴς καὶ λογιστής. Valere putant idem, quod quaestor aut receptor generalis, aut quod Germanis est *Kammermaister.* Inde clarum quis μεγαλογαριάστης.

Ἀποκρισιάριος, *Apocrisiarius.* Sic iurisconsulti Graeci eum nominant, qui legationibus audiendis referendisque ad imperatorem et responsis ab eo dandis constitutus est.

Χαρτοφύλαξ, *Praefectus Chartis.* Qui tabulas habet chartaceas, ad iura ecclesiae pertinentes, chartarum custos, qui privilegia et similia asservat, praefectus scriniorum, iudex idem causarum ecclesiasticarum et quaestionum matrimonialium, defensor in clericorum caussis, veluti manus summi sacerdotis dextra. Hinc μέγας χαρτοφύλαξ.

Δομέστικος τῆς τραπέζης, *Dapifer*, aut simile habens officium, ut suspicor.

Δρουγγάριος, *Drungarius.* *Δρουγγὰς* seu δρουγγὸς orientale nomen, coetum hominum una commeantium significans, et coetus illius princeps vocatur Dargon vel Dorgon, ex quo Drungarius, facta epenthesi τοῦ ν pro γ geminato. Quidam vocant tribunum militum. Drungus globum significat, ait Turnebus libro vigesimo quarto capite vigesimo quinto. Vopiscus in Probo: Triumphavit de Germanis et Blemiis, omnium gentium drungos, usque ad quingenarios homines ante triumphum duxit. Vegetius libro tertio capite decimo sexto: Scire debet dux hostium, contra quos drungos (male scriptum drunos) hoc

est, globos hostium quos equites oporteat ponere. Hinc Drungarius biglae, Drungarius classis, qui praesunt globis vigilum et classiariorum. De hac voce Leunclavius in Pandecte ad annales Turcicos: Dico, Turcis Agelarios esse sua lingua, qui Graecis erant vel Drungarii, vel Druncarii potius. Eos Leo Sapiens Augustus in Libro suo de apparatibus bellicis capite 3. num. 42. 43. 45. olim dictos fuisse tradit Chiliarchos, quod militibus mille praeessent: et druncum chiliarchiam. Latini Chiliarchos vocabant tribunos, qui nunc colonelli sunt. Druncum (sic enim pronuntiabat Zygomalas, et Druncarium, non Drungum, vel Drungarium, quod vulgo fieri solet) sic appellatum arbitror a trunco sive baculo sive sceptro: quemadmodum hodieque regimentum vocamus tam ipsius tribuni baculum (vitem dixere, puto, Romani) quem ceu magistratus insigne gestat, quam illum signorum militumque numerum, qui ad constituendum regimentum requiritur. Ideoque truncus est regimentum militum, cuius caput est Druncarius, olim Tribunus, nunc Colonellus aut regimenti praefectus.

Μέγας ἑταιριάρχης, Magnus sodalitatis princeps. Antequam e cella sua imperator exeat, protovestiarites adest in triclinio cum magno hetaeriarcha et primicerio aulae. Postquam vero egressus est et constitit imperator, egrediens protovestiarites accersit honoratissimos principes ad circumstationem. Lege cetera. Et infra: Hic vero excipit etiam perfugas advenientes ex omni parte, ac propterea etiam hetaeriarches nominatur, velut ἑταίρους sive amicos excipiens.

Βάραγγοι, Barangi. In festo occursus (purificationis) discedit imperator in Blachernarum templum, Barangis quoque sequentibus. Atque hi quidem ubique imperatorem equitantem prosequuntur, ferentes humeris secures suas. Erant ergo custodes, satellites aut stipatores imperatoris bipenniferi: eorum praefectus ante illos imperatorem sequebatur et ideo ἀκόλουθος dicebatur.

Πιγκέρνης, Pincerna, a poculis. Quod si imperatorem oportet bibere, pincerna ministrat illud: ac non diebus festis solum, verum etiam semper imperatore cibum sumente miscet, si praesens est. Ac vetere quidem more hic extra civitatem imperatorem sequens ferebat poculum castrense, catena vinctum: ut si eum opus esset bibere, ex fonte aut fluvio daret ac biberet. Hoc autem in praesentia non fit.

Ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης, Mensae praefectus. Serviebat etiam imperatori ad mensam. Praebebat missum magnus domesticus primus proxime imperatorem: post eum domesticus mensae; tunc praefectus mensae, et quae apud Curopalatam sequuntur.

Δομέστικος θεμάτων ἑσπερίων, Domesticus thematum occidentalium. Quae florente adhuc imperio Romano τάγματα

sive legiones dictae, postmodum imminuta Heraclii temporibus Romana potentia et truncato imperio, *θεμάτων* nomen acceperunt, carentes iam veteri amplitudine sua. Vide libellum Constantini Porphyrogennetae de thematibus sive de agminibus militaribus per imperium orientale distributis. Hic praefectus huiuscemodi agminum per occidentis urbes distributorum intelligendus est.

Μέγας Διοικητής, Magnus administrator sive procurator. Nihil de hoc Curopalata.

Μέγας Δοὺξ, Magnus Dux. Quemadmodum magnus domesticus princeps et caput est ad universum fossatum, (quid sit *fossatum,* suo loco explicabitur,) sic etiam hic ad universum mare. Ac ceteri quidem principes aliis rebus instituti ut capita, praeferunt consuetum imperatoris flammeum, aut exercitus flammeum cum ignitis telis. Magnus dux contum praefert imperatoris insidentis equo. Habet autem subiectos sibi magnum Drungarium classis, Ameralium etc. Vide Curopalatam et scholiasten.

Πρωτοσέβαστος, Primaugustus. Nullum ministerium habet, quia non functio est palatio militans, sed dignitas honoraria, quam non ministerii aut ordinis necessitas facit, sed imperatoris *εὐδοκία.*

Μέγας Χαρτουλάριος, Magnus chartularius. Equum imperatoris a protostratore susceptum, etc. Vide quae supra in protostratore dicta sunt. *Stallmaister* Germanis dici putat scholiasta. Zonaras in Leone Isauro, tomo tertio Annalium, posterioribus temporibus *τὸν τῶν βασιλικῶν ἱπποκόμων ἐπιστατοῦντα* appellatum tradit.


Πριμικήριος αὐλῆς, Aulae primicerius. Habet quidem in circumstatione administrationem, qualem ante diximus, ordine vero collocat etiam omnes, qui in aula sunt. Ut enim princeps quisque suum et constitutum locum ad circumstandum habet: sic etiam ordines, qui in aula sunt, singuli proprium suum locum obtinent.

Πρωτοκυνηγὸς, Venatorum princeps, Jägermaister. Imperatore conscendente equum, nemo alius praeter hunc stapiam tenet, cum praesens est. Praeest vero iis venatoribus, qui curatores canum appellantur. Quod si quando imperatoris, cum in venatione est, vestem aliquam sanguine aspergi contigerit, eam hic venator accipit ex beneficio.

Πραίτωρ δήμου, Praetor populi. Nullam administrationem habet in aula palatina, sed in urbe, et urbanam solum.

ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΑ Δ.



ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΚΑΝΤΑΚΟΥΖΗΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

IOANNIS CANTACUZENI

HISTORIARUM LIBER I.

PERIOCHA.

Michael senioris Andronici filius, iunioris pater, filiabus in matrimonio collocatis et filiis parenti ad educandum commissis, ex oriente Byzantium rediens, Adrianopolin, deinde Thessalonicam ab eodem transmittitur: ubi de morte filii Manuelis certior factus, prae luctu acerbissimo in morbum labitur, quo etiam hac vita decedit. Senex pater Andronicum adolescentem nepotem, Constantino despota filio suo, Michaelis germano fratre, in imperio surrogato, idque non tam ipsius Constantini, quam Michaelis pueri eidem Constantino ex pellice suscepti, causa abdicare constituit (Cap. 1). *Post obitum Michaelis imperatoris provinciarum praesides et magistratus sacramentum novum postulantur, et iuvenis Andronici nomen in conceptione iuramenti praeteritur: solus Cantacuzenus, cubiculi sacri praefectus, ne se scelere contaminet, iurare detrectat: veteri formula iurare sinitur. Tacitus fert iniuriam nepos, quem Syrgiannes vir nobilissimus serio monet, ut sibi consulat; et in eam rem operam fidelem spondet. Ille rem cum Cantacuzeno, qui tum in Thracia praetor versabatur, ut cum amico omnium sincerissimo, prius communicandam censet* (2). *Dolet is ea necessitate, quam Syrgianni internuntio diserte explanat, calamitatemque in posterum praesentit, et iuvenem in tuto collocandum; aliud nihil, nisi cogantur, incipiendum suadet* (3). *Christopolis fugae, nepote approbante, deligitur. Cantacuzenus e Thracia Constantinopolin veniens, quid sibi cum Syrgianne convenerit, renuntiat: Apocauchum hominem obscuri generis, sed prudentem inprimis, a quo postmodum diu vehementerque divexatus est, ut patebit lib. 3., Syrgianni gratificans, Andronico commendat* (4). *Causae dissidii inter avum et nepotem aliae antiquiores afferuntur, prolatisque exemplis, avus nimiae austeritatis et importunitatis insimulatur* (5), *quam illi per patriarcham Iosephum nepos exprobrat. Avus se excusat. Placatur nepos Verum haec Michaele adhuc vivente. Quo fatis absumto, cum quoddam dictum redigeret ei in memoriam, quo honestius eum hereditaria successione multaret* (6), *ostendit nepos qua mente dixerit: veniam delictis suis petit; cui Cantacuzenus, ut iustam causam habenti, semet et omnia sua offert. Iterum perfugio*

Christopolis destinatur (7). *Callinicus ad Cralem Triballorum principem de societate legatur. Spondet. Denuo de loco, ad quem salutis tuendae confugiant, deliberatur, et Adrianopolis praefertur. Iniuriae avi in nepotem memorantur. Syrgiannes e Thracia revocatur. Adhuc de loco fugae. Adrianopolis iterum eligitur. Quaerunt, quomodo Constantinopoli impune exeant* (8). *Protostrator senem in custodiam tradendum, Syrgiannes omnino iugulandum decernit: utrique repugnans Cantacuzenus, in prima sententia, de simplici discessu, permanendum pronuntiat, Syrgianni contra nitenti sapienter occurrit, simulque protostratorem refellit* (9). *Nepos ab omni crudelitate in avum abhorrens, Cantacuzeno subscribit. Idem Syrgiannes et protostrator faciunt* (10), *imperatricem Cantacuzenus, qui et magnus domesticus, iunioris imperatoris coniugem Constantinopoli relinquendam sentit. Magnus contostaulus et magnus logotheta Metochites causam nepotis apud avum agunt* (11). *Ad iudicium arcessitur: protostrator eum comitatur: domesticus supervenit postea: in palatio de servando iuvene sermocinantur. Ternae triremes a Genuensibus amicis instruuntur* (12). *Nepos magnum domesticum offendens, se desertum conqueritur: quae maxime vult, audit. Citatur de integro ab avo ad iudicium: amicos ad fidelitatem sibi in periculo praestandam hortatur. Cantacuzenus et protostrator omnia pollicentur: ad palatium deducunt* (13). *Ibi coram episcopis ut superbus et rebellis a sene accusatur. Negat se talem: si facinorum istorum compertus fuerit, vel capitalem poenam libenter excepturum, et avum ut contumeliosum redarguit* (14). *Amici duo foris clamorem audientes, succurrere parant. Senex quiescit, et nepoti conditiones fert quatuor: ad singulas respondet* (15), *pedem eius pronus osculatur. Fingit ille se reconciliatum: inani gaudio exultatur. Iubetur in Peloponnesum praefectus abire magnus domesticus; quae iussio quoniam fraudem olebat, quid agat cum sociis consultat. Coniicitur mens senis haec, ut ipsis specie praefecturarum distractis, nocere liberius ac facilius possit: non esse salutem negligendam* (16). *A iuniore ad senem pro impunitate sociorum legatio decernitur, quam Metochites certis de causis obire detrectat. Sequitur frivola domestici excusatio, cur a Peloponneso abhorreat. Obiurgatus ab imperatore, in Thessaliam iubetur proficisci; quam conditionem similiter subterfugere studens dissimulat, et extra urbem milites pecuniamque exspectat. Protostratori Prillapi praefectura mandatur* (17). *Scriptura ad lectulum inventa, nepos Byzantio decimo tertio Kalendas Maias, comitatus protostratore paucisque famulis, cum canibus et avibus venatoriis, ad fugam tegendam scilicet, egreditur. Adrianopoli comiter accipitur. Hoc intellecto, imperator Tagarim magistrum militiae ad fugitivum reducendum mittere vult: a quo docetur, laborem inanem fore* (18). *Interdicitur omnibus, ne nepotem nomine imperatoris afficiant, declaraturque hostis, et cum factione sua a piorum communione secluditur. Ab eo deinde pacem senex petit. Legati in discrimen veniunt: et ibi alterius praesens atque inconcussus animus. Benigno cum responso dimittuntur* (19). *Postridie in concilio pax recusatur, ni senior imperio cedat: datur tamen opera, ut is imminens periculum declinare possit. Exercitus mire avet Byzantium petere, nec ei persuaderi potest, ut libens in occidentem tendat* (20). *A Sphentisthlabo Moesorum rege insidiae. Lente Constantinopolin pergit iunior, morbum praetexens; senem praemonet, ut sibi caveat. Magnus domesticus ab oppugnatione urbis dehortatur* (21). *Palaeo-*

loga monachus super induciis rogatum accedit (22). *Nepos respondens, se in avum officiosissimum demonstrat. Avus iusiurandum dat, et anathematismum rescindit: irascitur, hominem de infima plebe ad se iuramenti exigendi missum. Factum excusatur* (23). *Adrianopolin se recipit nepos, eo uxorem evocat. Syrgiannes ad senem deficit: obiectum perfidiae crimen negat* (24). *Itur infestis signis Byzantium: optimates et duces exercitus ad avum de pace scribunt* (25). *Xena mater Andronici minoris Thessalonicae a templo avulsa, pro captiva adducitur Constantinopolin* (26). *Pax petitur. Morbus iunioris, a quo stratopedarcha desciscit* (27). *Beneficentiae magni domestici, eiusque matris Theodorae magnanimitas* (28). *Oppida Apri* (29), *Garella, Rhaedestum, Sergentzium occupantur. Sacci exuruntur. Stratopedarchae perfidia, Syrmpani pastoris fidelitas in dominum et caritas in inimicum admirabilis* (30). *Nepotis in hostem lenitas. Constantinus despota captivus in vincula coniicitur. Qui Xenae imperatrici manus violentas attulerant, puniuntur. Lemniorum ad nepotem defectio: quem formidantes Persae, deserto avo, cui auxilio veniebant, in orientem turpiter refugiunt* (31). *Poscitur pacem, quam dare cogitat, ita ut ipse, exercitus, urbes, tota imperii administratio penes seniorem sint de cetero. Conciones imperatoris, et Cantacuzeni ad principes et duces exercitus* (32). *Responsum nepotis ad avum de pacis conditionibus* (33). *Actum gratias et pacem confirmatum Xena ad filium mittitur. Conditiones senex accipit, ad quem salutandum nepos Byzantium concedit: ille obviam se fert. Ibi consuetudo quaedam imperatoria declaratur. Una in urbem ingrediuntur. Die sequenti Deiparae de confecta pace nepos gratias agit. In palatio cum avo degit aliquamdiu: ad eum spectandum frequentes undique concursus fiunt. Didymotichum redit* (34). *Sphentisthlabus morbo interit, Tertere filio successore, a quo Philippopolis capitur. Nepos Moesiam incursans, praedas ingentes agit, et Byzantii Syrgiannem in senem coniurationis reum in carcere invenit: in quem, facta licet potestate, sententiam ferre abnuit* (35). *Moritur Terteres. Complura Moesiae oppida Andronico minori se dedunt: reliqua Boesilas, defuncti regis patruus, sibi asserit. Avi commissu nepos Philippopolin, sed frustra, oppugnat. Machina, cuiusdam Germani opus, depingitur. De Boesilae socii et amici morte falsus rumor* (36). *Philippopolis fortuito recuperatur* (37). *Bellum in barbaros decernitur, incassum dissentientibus senioris consiliariis, a quo magnus domesticus commendatur* (38). *Pax et foedus inter imperatores, et Moesum, quicum iunioris nupta erat soror. Mos Romanorum imperatorum, quo sibi per matrimonia Scytharum satrapas devinciebant. De Scytharum binis in Thraciam irruptionibus, quorum partem Romani trucidant. Cum Scytharum quodam duce nepotis ex altera ripa colloquium* (39). *Irene coniux diem obit, Anna Sabaudiae comitis filia iuniori ad connubium petitur* (40); *ipse a patriarcha Isaia solenni ceremonia, quam auctor accurate explicat, coronatur* (40). *Annae e Sabaudia illustris adventus, quae, Byzantii splendide peractis nuptiis, ipsa quoque corona induitur. Nobiles Sabaudi complures quasi per successionem manent Constantinopoli, et imperatorem iuvenem ludicris artibus instituunt. Persae praedones caeduntur. Imperator pedem sagitta vulneratur. Magni domestici in pugna virtus. Michael Moesorum rex Zernae cum nepote dies aliquot hilares agit. Didymotichum reversus, de avo ab se sine causa alienato nuntium accipit* (42). *Panhypersebastus re-*

gnum affectat, cui magni logothetae filii student: quorum litterae intercipiuntur, et eorum pater officii sui admonetur. Protovestarius logothetae extrema minitans, a nepote compescitur, et apud avum excusatur. Ambo ingratissimi inveniuntur, eorumque instigatione bellum recrudescit (43). *Nititur senex memoriam iunioris e sacris tollere, cuius patrocinium patriarcha suscipit* (44). *Avum placare Andronicus conatur, et a bello dehortans, se ad causam dicendam offert. Orat idem per litteras magnus domesticus et in extremis terret, si monita contempserit* (45). *Responso avi moestus iuvenis, patriarchae, et episcoporum fidem appellat, qui eum in avi gratiam conantur restituere. Mittuntur Rhegium ex tribus delecti ordinibus, qui crimina exponant, eius defensionem audiant, et iudicent* (46). *Ille avum in odium rapit, sibi benevolentiam iudicum colligit, et sigillatim obiectis respondet. Sequitur oratiuncula, qua suam innocentiam adversus criminationem de periurio in foedere violando tuetur* (47). *Avi et Cocalae litteras contra se profert, quibus ab ipsis foedus violatum convincere contendit* (48). *Cocalae impudentia. Episcopi damnare accusatum verentur. Respondens avo, de se, ut in eum officioso, praedicat, illum, ut sycophantis credulum, perstringit, pacem pro re publica orat, se subiicit, et ni bene monenti obsecundet, minatur* (49). *Cocalas acta Rhegii renuntiat seni omnia: reliqui non audiuntur. Eum patriarcha castigans, a iuniore se staturum profitetur. Cum episcopis idcirco habetur sub custodiis. Magnus domesticus et protostrator ad procedendum Constantinopolin nepotem incitant: cui spem reliquam pacis domesticus eripit* (50). *Rhegio Byzantium iter intendunt. Imperat ei avus, uti se ab urbe amoliatur. Marci Caballarii convitium. Memorat, quo officio in avum fuerit, cuius pertinaciam accusat. Selybriae rem publicam ordinat. Rursum nepos Didymotichum rediit. Andronicus Tornices, et Manuel Lascaris pactionis cum satrapis Scytharum suspecti et Thracia exacti* (51); *quae protostratori cum parte copiarum committitur. In Macedoniam iunior contra hostes abit, Pheris eos provocat. Iis se excusantibus, quo minus postulata praestent, removetur inde exercitus* (52). *Thessalonicam vocatur: urbe dedita, arx oppugnatur, cui Pherenses eventu infelici subsidium mittunt. Miraculum sancti Demetrii martyris in imperatore. Arx traditur* (53). *Deliberatur, quo eundum. Probatur consilium magni domestici. Edessa et Berrhoea se dedunt. Ingens occidentis defectio. Duces senioris ad Triballum fugientes, a Pheraeis militibus capti ad nepotem adducuntur. Cum uxoribus eorum benigne agitur* (54). *Deditio Castoriae et Achridis. Protovestiarius cum sociis Triballum ad arma in imperatorem iuniorem sollicitat. Uxoris eiusdem protovestiarii mendacium. Domestici in contemptu auri argentique apud protovestiarium reperti excelsus animus. Imperatoris beneficentia. Voluntaria agrestium Albanorum deditio. Triballorum procerum in dissuadendo bello aequitas. Viae ad fugitivos iuvandos complures* (55). *Casus eorumdem. Strombitza et Melenicus nolunt se dedere. Protostrator ad fluvium Nigrum seniorem vincit: nec laetatur victoriae nuntio iunior. Foedus cum Moeso senex facit; ad urbem iunior accedit, pacem iterum iterumque petit. Duo plebeii Constantinopolin produnt* (56). *Pulcrum exemplum Christianae mansuetudinis Andronicus minor. Proditoribus praemium condignum promittitur. Moesus ad confinia copias adducit. Nepos abire Logos decernit. Quaeritur cur tria millia equitum a Moesis Byzantium missa. Avus monitionem de periculo vilipendit* (57). *Interrogatur*

Moesus, quid sibi velit cum exercitu. Post conterritus minis, iurat se foedus non rumpere, nec contra imperatorem venire: fidei pignus sacram crucem mittit. Ibanem, seu Ioannem, ducem cum equitibus ex urbe revocat. Scalae et alia ad eam capiendam parantur. Die pentecostes Logis progrediuntur: a domestico et imperatore agmen oppugnationi disponitur (58). *Extremo capite, quomodo urbs capta sit, et humanitas nepotis erga avum, et patriarchae e monasterio liberatio describuntur* (59). *In hoc libro praecipua animadversione digna et tamquam potissima capita haec observanda: varii naturae motus in avo et nepote, ac memorabile exemplum illius in hunc odii, huius in illum observantiae; deliberationes et legationes multae, in quibus multa prudenter dicta; pacis mentio et desiderium frequens et incredibile; assentatorum et sycophantarum studium; ritus coronationis imperatorum; singularis eventus in capienda Constantinopoli; mira commutatio imperatoris senioris in privatum, contra iunioris, privati propemodum et exulis, in monarcham.*

Nilus et Christodulus ficta nomina sunt; qualia apud veteres in dialogis et epistolis plurima. Christodulus mihi Cantacuzenus est, utpote qui curis illustribus defunctus, decursisque vitae palatinae malefidis honoribus, Christo sibique in posterum vacare statuens, nobilem illam servitutem amplexus est, quae mera viri sapientis libertas haberi debet. Nilus, a quo se ad scribendum impelli fingit, monachi nomen, ut cuivis obvium est.

ΝΕΙΛΟΣ ΧΡΙΣΤΟΔΟΥΛΩι. Ed. Par. 1

Ἐπειδή σε βούλεσθαι οἶδα μηδὲν τῶν ἡμετέρων ἀγνοεῖν, εἰ Ed. Ven. 1
καὶ μηδέν τι γενναῖον ἔχοιμεν λέγειν, ἅ γε ἔνεστι, σιωπᾶν οὐ θέμις. οἶσθα τοὺς περιπάτους οὓς ἑκάστοτε μετὰ τῶν φίλων ποιούμεθα, ἐν οἷς πολλὰ, τὰ μὲν σπουδῇ, τὰ δὲ παιδιᾷ προσήκοντα λέγεται. ἐν τούτοις τινῶν τὸν τῶν βασιλέων διεξιόντων B
πόλεμον, ὅπως τε τὴν ἀρχὴν συνέστη καὶ ἤκμασεν εἰς τοσοῦτον, καὶ τί τὸ πεῖσαν τοὺς γενναίους ἀγνοῆσαι τὴν φύσιν, καὶ πότερος αὐτῶν μάχης ἤρξατο, καὶ τίς πρὸς διαλλαγὰς ὀξύτε-

NILUS CHRISTODULO S.

Quoniam probe scio te res nostras omnes velle cognoscere, etsi egregii nihil sit, quod dicamus: ea quae habemus, nefas est tacere. Scis quotidie una cum familiaribus ambulationes a nobis institui: in quibus multi nobis sermones, partim serii, partim hilares ac iocosi incidere solent. Ibi cum nonnulli de bello imperatorum dissererent, quonam modo primitus conflatum ac tantis postea incrementis auctum, et quid tandem generosas illas animas ad naturam exuendam impulisset, ab utro praeterea belli inferendi initium, et hic, an ille

ρος· οἱ μὲν τὸν πάππον, οἱ δὲ τὸν νεώτερον αἰτίαις ἐνέχεσθαι
ἠξίουν. ἐγὼ δὲ ἀκούων ἐπλήγην τοῖς λόγοις, ῥαθυμίαν κατε-
C γνωκὼς τῶν ἀνδρῶν, οἳ παρηκολουθηκότες τοῖς πράγμασιν ἐξ
ἀρχῆς, οὐ κατέλιπον τῷ βίῳ τὴν τῶν πεπραγμένων διήγησιν.
ἀλλ' ἔστι καὶ περὶ ἐκείνων διπλᾶ λογίζεσθαι, καθάπερ καὶ περὶ
P. 2 τῶν Εὐκλείδου φασίν. ἀλλὰ σὺ δίκαιος ἂν εἴης ἀπαλλάττειν
πραγμάτων ἡμᾶς, τά τε ἐπὶ τῶν βασιλέων τά τε ἐφ' ἡμῶν γε-
γονότα διδάξας· τὸ δ' ἂν γένοιτο, ἐπιτομωτάτῃ χρησάμενος
ὁδῷ τινι συγγραφῆς, δι' ἧς μόνης ἔξεστι τἀληθὲς εὑρεῖν. καὶ
ὅτε γὰρ τὰ κοινὰ διετέλεις πράττων, σωτηρία τοῖς πράγμασιν
ἦσθα· καὶ νῦν σαυτοῦ γεγονώς, ἀληθείας καὶ δικαιοσύνης παρά-
B δειγμα τὸν βίον κατέστησας τὸν σαυτοῦ. ὡς μὲν οὖν τῶν γε-
γονότων καὶ νομιζόμενος καὶ ὢν αὐτουργός, οὐκ ἀγνοήσεις δή-
που τὰ σά· ὡς δὲ μηδὲν τῆς ἀληθείας διὰ βίου πρότερον ἡγη-
σάμενος, τἀληθὲς ἐρεῖς· ὡς δὲ ῥαθυμίαν ἐξορίσας παντάπασι
τῆς ψυχῆς, οὐ λογιῇ τὸν ἐπὶ τῷ πράγματι πόνον. ἔστι δὲ καὶ
C εἰς παράδειγμα τὴν ἡμετέραν ἱκετείαν ἀνενεγκεῖν. ἄν τε γὰρ
τοὺς ἔξωθεν, ἄν τε τοὺς ἡμετέρους ἡγεμόνας ἐνθυμηθῇς, οὐδα-
μῶς ἀτιμάσεις τὴν ἱστορίαν. καὶ οὗτοι γὰρ κἀκεῖνοι ἐπὶ τὸ
συγγράφειν καθῆκαν ἑαυτούς, οὐ μικρὰ τὸν ἀνθρώπινον βίον ἐκ
τοιούτων ὀνήσειν οἰόμενοι. καὶ ἁπλῶς δὲ εἰπεῖν, οἱ μὲν ἠθικοὶ
τῶν λόγων, ὅσοι ἢ ἀρετὴν ἐπῄνεσαν ἢ κακίαν διέβαλον, καλοί

6. Interpres corrigit ἀπαλλάττειν, sed nil mutandum. *ED. P.* Immo mutandum erat, quod antea legebatur, ἀπαλλάττων.

ad reconciliationem concordiae propensior fuisset, avum hi, nepotem illi in reprehensionem vocarunt. Qua ego disputatione commotus, eos desidiae condemnavi, qui inde a primordio singula percepta cum haberent, nullam eorum memoriam posteritati reliquissent. Sed possunt etiam ea in utramque partem disputari, quod idem de placitis Euclidis aiunt. Tu vero idoneus sane es, qui nos hac molestia expedias, quaeque sub imperatoribus illis, quaeque nostro aevo contigerunt, exponens, et quidem summa usus brevitate scribendi, qua sola verum investigari potest. Tu enim et quamdiu publico functus es munere, salus imperii fuisti: et hodie posteaquam decursis honoribus tui ipsius esse coepisti, vitam et mores tuos veritatis ac iustitiae exemplar effecisti. Quando igitur rerum gestarum actor et iudicaris fuisse et vero fuisti, quae tibi acciderunt, ea profecto nescire non potes. Dein, quia in omni vita nihil duxisti veritate antiquius, nihil ab ea alienum memorabis. Ad extremum, quia omnem de mente socordiam fugasti, quid laboris sit ista litteris amplecti, non reputabis. Nec vero primus, nulloque exemplo facturus es, quod abs te contendimus. Etenim sive extraneos sive nostrates belli duces respicis, genus hoc scriptionis minime contemnes. Nam et hi, et illi non parum inde humanae societati consultum iri arbitrantes, huc pariter se demiserunt. Atque ut simpliciter dicam

τέ εἰσι καὶ θαυμάζεσθαι δίκαιοι· εἰ δὲ καὶ δυνατὸν κατὰ τού- D
τους τοὺς ἀνθρώπους βιῶναι, ἐνταῦθα δὴ πολὺς ὁ λόγος, τινῶν
ἀξιούντων μὴ δύνασθαι τὰ πράγματα διὰ τέλους συμβαίνειν V. 2
τοῖς λόγοις. οἷς δὲ ἐμέλησε πράξεις ἀνδρῶν ἀναγράφειν, ἐξ ὧν
ἀρετὴν καὶ κακίαν, τὴν μὲν ἔστιν ἑλέσθαι, τὴν δὲ φυγεῖν, τοῖς
τοιούτοις ἀντιλέγειν οὐ πάνυ τοι ῥᾴδιον, ὅτι μὴ λογισμοῖς, ἀλλὰ P. 3
πράγμασι πείθουσιν, οἷς ἐρίζειν μανία σαφής. ὡς οὖν τὰ μέ-
γιστα ὀνήσων τὸν ἀνθρώπινον βίον, ἂν μὴ κατ' ἐλπίδας τὰ
παρόντα ἐκβῇ, ἐξ ὧν ἔστι τούς τε ἄλλους εὖ ποιεῖν καὶ τὸ
σαυτοῦ διασώζειν ἦθος, ἑλοῦ.

ΧΡΙΣΤΟΔΟΥΛΟΣ ΝΕΙΛΩι. V. 3

Ἐπῄνεσα σοῦ τὸν τρόπον, ὦ φίλε Νεῖλε, τὴν σὴν ἐπι- B
στολὴν ἀναγνούς. τὸ γὰρ μαθεῖν ἐθέλειν ἃ τοῖς βασιλεῦσι Ῥω-
μαίων συνέβησαν ἐφ' ἡμῶν, τἀληθές ἐστιν εἰδέναι ποθοῦντος.
παράδοξα γάρ τινα καὶ ἀλλόκοτα συνέβησαν ἐπ' αὐτῶν καὶ
οὐδαμῶς προσόμοια τοῖς ἐπὶ τῶν προτέρων βασιλέων, ἀλλὰ
πολύν τινα τὸν παράλογόν ἐστιν εὑρεῖν ἐν αὐτοῖς, ἔν τε ταῖς C
ἀγχιστρόφοις τῶν πραγμάτων μεταβολαῖς καὶ ἐν τοῖς τῶν ἀν-
θρώπων ἤθεσι καὶ βίοις, τῶν μὲν εἰς τὸ πάντη εὐσταθὲς καὶ
ἀκίνητον καὶ μηδαμῶς εἶχον ταῖς μεταβολαῖς τῶν πραγμάτων
ἑαυτοὺς κάλλιστα ἁρμοσάντων, τῶν δὲ τοὐναντίον ἅπαν Εὐρί-

quod sentio, morales commentarii, quotquot aut virtutem efferunt, aut vitiositatem insectantur, egregii sane sunt et admiratione digni: verum, possintne homines ad illorum praecepta vitam exigere, de eo magna quaestio est; censentibus nonnullis, quae sub actionem cadant, philosophorum decretis usque ad ultimum non posse exaequari. At quibus cordi fuit res gestas et facta litteris persequi, unde quae honesta sunt ad imitandum eligas, quae turpia, vites, contra illos dicere difficile est; quod non ratiocinationibus, sed rebus ipsis persuadent; quas impugnare, aperta insania est. Quare ut plurimum vitae humanae commodaturus, si praesentia spem fefellerint, tu ea tibi sumito, per quae et aliis benefacias, et animi ingenium conserves.

CHRISTODULUS NILO S.

Cum legissem litteras tuas, mi Nile, praeclaram indolem tuam amplexatus sum. Nam velle discere quae nostra aetate Romanorum imperatoribus acciderint, optantis est veri notitiam adipisci. Admirabilia siquidem et inaudita prorsus, superiorumque imperatorum casibus dissimillima eis evenerunt: in quibus praeter opinionem, cum in subitis rerum conversionibus, tum in hominum moribus plurima cernas, quando hi sese ad penitus inconcussam et immobilem ac nullis mutationibus expugnabilem constantiam pulcerrimo composuerunt;

που δίκην μεταφερομένων ἀεὶ καὶ ἀστατούντων. οὐ μὴν ἀλλὰ
D καὶ τῶν τοῦ θεοῦ κριμάτων τὸ βάθος φανεῖται τῷ βουλομένῳ
τοῖς πράγμασι προσέχειν ἐπιμελῶς. τούτου δὴ χάριν ὤκνουν
ἐπιπολὺ τῶν λόγων ἅψασθαι τουτωνὶ, τῆς διηγήσεως ἀναλο-
γιζόμενος τὸ πολυειδὲς καὶ ποικίλον· ἐπεὶ δὲ φιλίας οὐδὲν
ἰσχυρότερον οὐδὲ πιθανώτερον καὶ τοῖς ὑπὲρ δύναμιν ἐγχειρεῖν,
P. 4 ταύτῃ βιασθεὶς κἀγὼ ἤδη ἄρχομαι λόγου. ὁ δὲ τῆς ἀληθείας
θεὸς μὴ περιέλοι λόγον ἀληθείας ἐκ στόματός μου· οὐ γὰρ
ἀπεχθείᾳ τινὶ ἢ φιλίᾳ, ἐξ ὧν τὸ ψεῦδος ἐπιπολὺ τίκτεται, πρὸς
τούτους ὑπήχθην τοὺς λόγους, ἀλλ' ἀληθείας ἕνεκα καὶ πρὸς
ἀληθείας ἐραστὴν τούτους ποιοῦμαι. ἔτι δὲ οὐδ' ἀκοῇ ταῦτα
πρὸς τῶν παλαιοτέρων παρειληφὼς ἢ φήμαις προσέχων καὶ
B μύθοις ὑγιὲς οὐδὲν ἔχουσιν, ἐξ ὧν συμβέβηκε τοῖς πολλοῖς τῶν
συγγραφέων ἀποπλανηθῆναι τῆς ἀληθείας, ἀλλ' αὐτὸς ἐφ' ἅπασι
παρὼν καὶ ὡς ἔνεστι μάλιστα τἀληθῆ περὶ πάντων εἴπερ τις
εἰδὼς, οὕτω δὴ ποιήσομαι τὴν περὶ αὐτῶν διήγησιν, τὴν ἀλή-
θειαν προστησάμενος καὶ πάσης ἄλλης αἰτίας αὐτὴν προτιμή-
σας. εἰ δὴ σὺ μὲν ἀληθείας ἐραστὴς, ἐμέ τε οὐδέν ἐστι τὸ
C πεῖσον ταύτης ἀποστῆναι διὰ πάσης τῆς διηγήσεως, ἔχεις ὅπερ
ἐπόθεις. ἄξιον δὲ μικρὸν ἄνωθεν ἀναλαβεῖν τὴν σειρὰν τοῦ γέ-
νους τῶν βασιλέων, ὡς ἂν εἰδείημεν, τίς ἐκ τίνος ἔφυ, τίνας τε
αὐτὸς τετοκὼς τίνα προέστησε βασιλεύειν, τοὺς ἄλλους κατα-
στήσας τελεῖν ὑπ' αὐτόν.

8. μὴ περιέλοι. Psalm. 118. *ED. P.*

alii plane secus continenter huc illuc Euripi instar fluitarunt. Quin etiam si quis diligenter his rebus attendere animum voluerit, divinorum quoque iudiciorum profunda deprehendet. Quare cum propositae narrationis multiplicem varietatem ob oculos ponerem, ecquid me ad scribendum darem, diu in incerto habui. Tamen quia nihil amicitia potentius, nec ad suscipienda vel maiora viribus onera quidquam efficacius, ideo ego quoque ad scribendum accedo, Deum veritatis antea comprecatus, ne verbum veritatis auferat de ore meo. Non enim odio aut gratia, mendaciorum plerumque parentibus, adductus: sed veritatis studio et veritatis amantibus scribere me profiteor. Ad hoc non ista a maioribus natu didici, aut famae auscultans fabulisve ineptis, quibus decepti plerique scriptores a recto itinere aberrarunt: sed ipse ego praesens omnibus interfui, singulaque, si quisquam alius, perspectissima habens, ut potero, ea commemorabo: veritatemque, tamquam scopum intuens, quacunque alia causa potiorem ducam. Quamobrem si tu, Nile, veri pernoscendi es cupidus: nihil autem erit quod me per totam narrationem ab eo avocet: fiet profecto quod concupisti. Verum paulo supra genealogiam domus imperatoriae iuvat repetere, ut intelligamus, quis a quo procreatus, et quorum ex se ipso natorum quem imperio admoverit, reliquis filiis huic parere iussis.

Ὁ βασιλεὺς τοίνυν Ἀλέξιος, ὁ τὴν ἐπωνυμίαν Ἄγγελος, τῷ
Θεοδώρῳ Λάσκαρι τὴν θυγατέρα κατεγγυήσας, τὴν βασίλειον D
ἀρχὴν παρέπεμψε πρὸς αὐτόν. οὗτος δὲ αὖ πάλιν ἄῤῥενος παι-
δὸς ἀπορῶν, Ἰωάννῃ τῷ Βατάτζῃ ἐξ ἀρχοντικῆς τάξεως ὄντι
Εἰρήνην τὴν θυγατέρα συνέζευξεν, ἀποδείξας καὶ βασιλέα τὸν
κηδεστήν. αὐτῷ δὲ Θεόδωρος γεγέννηται παῖς, Ῥωμαίων καὶ αὐ-
τὸς βασιλεύσας. ἐξ αὐτοῦ δὲ γεγέννηται Ἰωάννης, ἐφ᾽ οὗ δὴ τῆς P. 5
βασιλικῆς τοῦ γένους διατμηθείσης σειρᾶς, ἐπὶ Μιχαὴλ τὸν Πα-
λαιολόγον ἡ βασιλεία μετέβη· ὃς δὴ παῖδας ἐγέννησεν ἄῤῥενας
τρεῖς, Ἀνδρόνικον, ὃς καὶ τῶν βασιλικῶν ἐπελάβετο σκήπτρων, καὶ
Κωνσταντῖνον τὸν ἐν τῇ πορφύρᾳ τεχθέντα, καὶ τρίτον Θεόδωρον·
ἀλλὰ καὶ θηλείας τοσαύτας, Εἰρήνην καὶ Εὐδοκίαν καὶ Ἄνναν. V. 4
οὗτος δὴ ὁ βασιλεὺς Ἀνδρόνικος ὁ τοῦ Μιχαὴλ βασιλέως παῖς, B
δυσὶ γάμοις προσομιλήσας, ἐκ μὲν Ἄννης τῆς θυγατρὸς τοῦ τῆς
Οὐγκρίας ῥηγὸς, παῖδας ἐγέννησεν ἄῤῥενας δύο, Μιχαὴλ τὸν
βασιλεύσαντα σὺν αὐτῷ, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Κωνσταντῖνον
δεσπότην ὀνομασθέντα, ὡς καὶ μετὰ τὸν βασιλέα τεχθέντα καὶ
τὰ δευτερεῖα φερόμενον ἐπὶ πᾶσιν. ἐκ δὲ τῆς πρὸς δεύτερον
γάμον ὁμιλησάσης αὐτῷ Εἰρήνης, τῆς θυγατρὸς μαρκέση Μουμ-
φαρὰ ἄρχοντος Λουμπαρδίας, ἐγέννησεν υἱοὺς τρεῖς, Ἰωάννην, C
Θεόδωρον καὶ Δημήτριον, καὶ θυγατέρα μίαν τὴν Σιμωνίδα.
ὁ δέ γε βασιλεὺς Μιχαὴλ, ὁ τοῦ προῤῥηθέντος Ἀνδρονίκου βα-
σιλέως παῖς, εἰς γάμον ἑαυτῷ συναρμόσας τὴν θυγατέρα τοῦ
τῆς Ἀρμενίας ῥηγὸς, παῖδας ἔσχεν ἐξ αὐτῆς τόν τε βασιλέα

13. παῖς. Ad oram ms. ascriptum erat πατὴρ, frustra. *ED. P.*
15. Zonaras et alii Οὐγγρίαν appellant. *Idem.*

Alexius igitur imperator cognomento Angelus, filia Theodoro Lascari thalamo sociata, summum quoque principatum ad eumdem transmisit. Lascaris sobole virili carens, Ioanni Batatzae, ex ordine procerum, Irenen ex se natam collocavit, generumque imperatorem nominavit. Ioannis satu Theodorus editur, qui et ipse Romanis imperitavit. Is Ioannem creat, in quo intercisa propagatione imperatoria, ad Michaelem Palaeologum regnum transiit. Hic liberos sustulit mares tres, Andronicum, qui etiam in imperium successit: Constantinum porphyrogenitum ac tertium Theodorum: filiasque totidem, Irenen, Eudociam et Annam. Andronico igitur Michaelis imperatoris filio duae deinceps uxores fuerunt, quarum prior Anna, Hungarorum regis filia, duos mares ei peperit, Michaelem, qui cum patre imperium tenuit, et Constantinum despotam cognominatum, ut qui post fratrem imperatorem generatus, per cuncta proinde secundas obtineret. Ex altera, nempe Irene, marchionis Montisferrati Lombardi principis filia, trium filiorum factus est parens, Ioannis, Theodori, Demetrii et unius puellae nomine Simonidis. Iam vero Michael imperator praedicti Andronici filius, ducta regis Armeniorum filia, An-

D Ἀνδρόνικον καὶ Μανουὴλ τὸν δεσπότην, καὶ θυγατέρας, Ἄνναν καὶ Θεοδώραν. Ἃ μὲν οὖν συμβέβηκεν ἐπὶ τῶν ἀναγεγραμμένων βασιλέων, ἀπὸ τῶν τοῦ Λάσκαρι χρόνων ἄχρι Μιχαὴλ βασιλέως τοῦ τῶν Παλαιολόγων δευτέρου, πολλοῖς ἐγένετο συγγράψασθαι σπούδασμα· οὐ μικρόν· ἐξ ὧν αὐτός τε σὺ καὶ εἴ τις ἕτερος βούλοιτο, δυνηθείη ἂν ἀκριβῶς μαθεῖν περὶ τῶν
P. 6 πεπραγμένων· εἴ γε μὴ κἀκεῖνοι, ταῖς προῤῥηθείσαις ἐνσχεθέντες αἰτίαις, τὸ μὲν ἀληθῆ λέγειν εἴασαν χαίρειν, αὐτοὶ δὲ ὅπως ποτὲ ἔτυχον διακείμενοι περὶ ὧν διελέγοντο, οὕτω δὴ καὶ τὴν διήγησιν ἀπέδωκαν τῶν πραγμάτων, ἀρκεῖν αὐτοῖς ἡγούμενοι πρὸς ἀντιμισθίαν τῶν πόνων, ἢ τὸν φιλούμενον ἐπαινέσαι, ἢ τὸν μισούμενον καθυβρίσαι, τῆς δ' ἀληθείας μηδὲν
B φροντίσαντες. ἐξ ὅτου δ' ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ, τῶν Παλαιολόγων ὁ δεύτερος δηλαδὴ, τοῦ παρόντος ἀπέστη βίου, ἢ οὐδεὶς συνεγράψατο τὰ τοῖν βασιλέοιν ἐξειργασμένα ἔν τε τοῖς εἰρήνης καιροῖς καὶ ἐν οἷς περὶ τῆς ἀρχῆς ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους· ἢ εἴγε καὶ συνεγράψατο, οὐκ ἂν οἶμαι καθαρῶς τῆς ἀληθείας αὐτὸν ἐφάπτεσθαι, ἅτε δὴ τῶν πραγμάτων ἀκριβῆ γνῶσιν οὐκ ἐσχηκότα, πολλῶν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ καὶ ποικίλων συνενε-
C χθέντων. διὸ σύ τε καλῶς ἐποίησας παρὰ τοῦ σαφῶς εἰδότος ἐθελήσας μαθεῖν, ἐγώ τε μηδὲν μελλήσας, τὴν διήγησιν ἐκθήσομαι τῶν πραγμάτων, τῆς ἀληθείας προτιμήσας μηδέν.

dronicum imperatorem, et Manuelem despotam, muliebris autem sexus Annam et Theodoram ex ea suscepit. Quae autem temporibus imperatorum, quos supra dixi, a Theodoro Lascari usque ad Michaelem ex Palaeologis secundum acta sunt, in iis describendis complures diligentissime elaborarunt: unde et tu, et quibus libebit, accuratam rerum cognitionem possitis parare, nisi forte etiam illi, praedictorum rei criminum, veritatem valere iusserunt, et prout erga eos erant animati, de quibus exponebant, ita rerum nobis memoriam tradiderunt, satis magnam suis laboribus mercedem statuentes vel immodice commendare quos diligerent, vel despicabilès reddere quos odissent, veritatis rationem habentes nullam. Ab excessu autem Michaelis Palaeologi secundi aut nemo quisquam quae ab utroque imperatore et pacis temporibus et bello, in quo de imperio dimicarunt, gesta sunt, conscripsit: aut si etiam, non eum arbitror incorruptam veritatem attigisse: utpote accurata gestorum cognitione destitutum, quandoquidem haud ita longo intervallo multa et varia contigerunt. Quocirca cum tu prudenter facis, ab eo accipere illa desiderans, qui ea certissime novit: tum ego nihil procrastinans, eadem quam verissime explanare occipiam.

α΄. Ὁ τοίνυν βασιλεὺς οὑτοσὶ Μιχαὴλ, συμβασιλεύων P. 10
Ἀνδρονίκῳ τῷ βασιλεῖ καὶ πατρὶ, καὶ παῖδας ἐσχηκὼς, καθάπερ V. 9
εἰπόντες ἔφθημεν, ἄῤῥενας δύο καὶ θυγατέρας τοσαύτας, τὴν μὲν ἑτέραν τῶν θυγατέρων τὴν Ἄνναν Θωμᾷ τῷ δεσπότῃ, τῷ τοῦ Νικηφόρου τοῦ δεσπότου παιδὶ, ἄρχοντι τῆς Ἀκαρνανίας πρὸς γάμον ἐξέδωκε· τὴν Θεοδώραν δὲ τῷ βασιλεῖ Μυσῶν Σφεντισθλάβῳ· τοὺς υἱοὺς δὲ αὐτοῦ, τὸν βασιλέα Ἀνδρόνικον καὶ Μανουὴλ τὸν δεσπότην, παρὰ τῷ βασιλεῖ καὶ πάππῳ αὐτῶν ἀφεὶς ἀνάγεσθαι βασιλικῶς, αὐτὸς ἐπεραιώθη πρὸς ἕω, τοῖς ὑπηκόοις ἐκεῖσε τῇ βασιλείᾳ Ῥωμαίων τὴν δυνατὴν εἰσοίσων βοήθειαν, πάσχουσι κακῶς ὑπὸ τῶν Περσῶν. ὀλίγον δέ P. 11
τινα χρόνον ἐνδιατρίψας ἐκεῖ, καὶ πρὸς τὴν Κωνσταντίνου πόλιν ἐπανελθὼν, πέμπεται παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῷ καὶ βασιλέως τῇ Ἀδριανοῦ πόλει ἐνδιατρίβειν. καὶ διέτριψεν ἐκεῖ χρόνον τινὰ συχνόν· εἶτα τοῦ πατρὸς πάλιν προστεταχότος, πρὸς Θεσσαλονίκην ἀπῆρεν. ἐν τούτοις ὄντος αὐτοῦ, ἥκουσι κακῶν ἄγγελοι πρὸς αὐτὸν, τὴν τῷ δεσπότῃ συνοικοῦσαν Θωμᾷ θυγατέρα αὐτοῦ λέγοντες τεθνηκέναι· καὶ μετὰ μικρὸν ἕτεροι τῶν προτέρων βαρυτέρας φέροντες ἀγγελίας τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μανουὴλ δεσπότην ἔφασαν τεθνηκέναι. εἴτε δὲ καὶ νόσημά τι τῶν ὀξέων ἔνδον οἰκουροῦν ἔτι ἡ τῆς ἀθυμίας ὑπανῆψε φλὸξ, εἴτε καὶ αὐτὴ καθ' αὐτὴν ἡ ἀμετρία τῆς λύπης ἤρκεσε πρὸς θά- B
νατον αὐτῷ, μετὰ ὀγδόην ἡμέραν τῆς ἀγγελίας τῆς τελευτῆς

13. αὐτῷ. αὐτοῦ et ita saepius infra. *ED. P.* καὶ post αὐτῷ Gr.

1. Michael imperator, senioris Andronici et patris in imperio socius et collega, cum generasset, sicuti antea demonstravimus, filios duos, filias item duas, Annam quidem filiarum alteram Thomae despotae, Nicephori despotae filio, principi Acarnaniae, in coniugium tradidit, Theodoram autem Sphentisthlabo Moesorum regi connubio iunxit: puerosque ambos Andronicum imperatorem et Manuelem despotam avo regali disciplina educandos concredens, ipse in orientem transmisit, ut qui illic in Romanorum ditione erant et a Persis vexabantur, iis pro copia auxilium portaret. Ubi cum non ita diu commoratus esset, Constantinopolin revenit, et a patre Adrianopolin missus, diutius ibidem aetatem habuit. Ab eodem denuo iussus, Thessalonicam proficiscitur, quo illi tristes nuntii afferuntur, Annam filiam, cum Thoma despota coniunctam, lucis usuram reddidisse, parvo intervallo alii prioribus etiam tristiores, Manuelem despotam iuniorem filium vivere desiisse. Sive autem morbum quempiam intestinum et acutum dolor acceptus veluti flamma succensum exaggeravit, sive ipsa per se luctus immensitas tantum valuit: die post acceptum de filii morte

A. C. 1320 τοῦ παιδὸς τελευτᾷ καὶ αὐτὸς ἐν Θεσσαλονίκῃ, τρίτον πρὸς τεσσαράκοντα χρόνον ἄγων τῆς ἡλικίας, ἔτους ἐννάτου πρὸς τοῖς εἴκοσι καὶ ὀκτακοσίοις καὶ ἑξακισχιλίοις, δωδεκάτῃ μηνὸς ὀκτωβρίου, ἡμέρᾳ πρώτῃ τῆς ἑβδομάδος. τούτων οὕτω συνενεχθέντων, ἀγγέλλεται τῷ βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ τῷ τοῦ τετελευτηκότος πατρὶ ἡ τοῦ βασιλέως καὶ υἱοῦ τελευτὴ, καὶ χρόνον μέν τινα συχνὸν ἐπένθησεν ἐπὶ τῷ βασιλεῖ καὶ παιδί· οὐ γὰρ ἄκρας ἔψαυσεν αὐτοῦ καρδίας ἡ τοῦ καλοῦ παιδὸς τελευτή· εἶτα δαίμονός τινος τῶν ἐξητασμένων ἐπὶ φθορᾷ, βαρὺ καὶ ἄγριον
C κατὰ τῆς Ῥωμαίων πνεύσαντος εὐτυχίας, ἢ τἀληθέστερον μᾶλλον εἰπεῖν, αὐτοῦ τοῦ τὰ πάντα οἰκονομοῦντος θεοῦ πρὸς ἔκτισιν τῶν ἐπὶ πλήθει καὶ μεγέθει τὸ μέτρον ὑπερβαινόντων ἡμετέρων σφαλμάτων τὰ τοιαῦτα παραχωροῦντος, ἐπὶ νοῦν ἔρχεται τῷ βασιλεῖ Ἀνδρονίκῳ, τὸν μὲν καθεστῶτα βασιλέα τὸν ἔγγονον αὐτοῦ τὸν νέον Ἀνδρόνικον ἀποστερῆσαι τῆς βασιλείας καὶ εἰς ἰδιώτου μεταστῆσαι σχῆμα, τὸν υἱὸν δὲ αὐτοῦ τὸν Κωνσταντῖνον δεσπότην ὄντα τῷ διαδήματι τῆς βασιλείας κοσμῆσαι. οὐ μᾶλλον αὐτοῦ τούτου γε ἕνεκα διανοηθεὶς τοῦτο τοῦ Κων-
D σταντίνου, ἢ ὥστε τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα καὶ εἰς τὸν ἐκ παλλακῆς αὐτῷ δὴ τῷ Κωνσταντίνῳ προσόντα παῖδα μεταβῆναι τὸν Μιχαὴλ, ὡς πατρόθεν καὶ ἐξ ἁρμονίας αὐτῷ προσῆκον, ὃς δὴ καὶ Καθαρὸς ὠνόμαστο, μητρόθεν λαχὼν τὴν κλῆσιν. οὗτος δὴ ὁ Μιχαὴλ εἷλκε μὲν καὶ τὰς τοῦ γένους πηγὰς ἐκ φαύλης καὶ ἀσήμου μητρὸς, ἦν δὲ καὶ τἄλλα ἄξιος οὐδενός.
V. 10 οὔτε γὰρ φύσεως ἔτυχεν εὐρώστου πρὸς τὸ φρονεῖν, οὔτ' ἐγ-

1. A. C. 1321 in margine ed. P., male. 15. ἔγγονον. Vulgo ἔκγονον.

nuntium octavo ipse similiter apud Thessalonicam naturae concedit, annum agens tertium ultra quadragesimum, ab orbe condito sexies millesimo octingentesimo vicesimo nono, quarto Idus Octobres, primo die hebdomadis. Cum haec ad istunc modum evenissent, Andronicus senior de eius obitu certior factus, in diuturno moerore iacuit; in pectus enim quam altissime tam boni filii occasus descenderat. Exin quopiam malo daemone de iis qui in exitio hominibus machinando sunt exercitati, adversus Romanorum felicia tempora dirum et immane spirante, quinimo, ut verius loquar, ipso universam naturam procurante Deo ad delictorum nostrorum, qua multitudine qua gravitate infinitorum, poenas expetendas permittente, Andronicus decretum iam imperatorem nepotem suum Andronicum iuniorem, imperio spoliatum, in ordinem privati hominis redigere, ac pro eo Constantinum filium despotam imperiali diademate exornare meditatur; neque id tam ipsius Constantini causa, quam ut amplitudo imperatoria etiam ad Michaelem puerum, ipsi Constantino ex Cathara pellice natum, a qua et Catharus cognomen invenit, tamquam debita a patre et per cognationis vinculum veniret. Hic igitur Michael generis sui

κυκλίου πεῖραν ἔσχε παιδείας, οὔτε πρὸς στρατείας ἤσκητο τὸ A.C. 1320
παράπαν, οὔτε πρός τι τῶν ὅσα νέους κοσμεῖ εὐφυῶς εἶχε κἂν
ἐπ' ὀλίγον, ἀλλ' οὕτω παντάπασιν ὄντα παντὸς ἐστερημένον κα-
λοῦ, δεινὸς ἔρως εἰσῆλθε τὸν βασιλέα, τῇ λαμπρᾷ ταύτῃ καὶ P. 12
βαθείας δεομένῃ φρενὸς ἐπιστῆσαι βασιλείᾳ Ῥωμαίων. οὕτω δὴ
διανοηθεὶς καὶ ἔργου ἥπτετο ἤδη, καὶ τὸν Μιχαὴλ ἐκ τῆς παρὰ
μητρὶ διατριβῆς ἀφελὼν, σύνοικον ἀπέδειξεν ἑαυτῷ καὶ συν-
διατρίβοντα, αὐτῷ τε ἀεὶ παρακαθήμενον καὶ παριστάμενον,
καὶ τὰ πρῶτα τῶν γνησίων ἀποφερόμενον, ὅσα γε εἰς τιμήν·
ἔτι τε διὰ σπουδῆς ἐποιεῖτο πάσης, ἔν τε τοῖς πρὸς τοὺς ὁθεν-
δήποθεν πρέσβεις χρηματισμοῖς, κἂν ταῖς πρὸς ἀρχιερέας ἢ
τινας τῶν σοφῶν ὁμιλίαις, ἢ καὶ ἄλλοις τισὶ λόγοις τὸν ἀκροα-
τὴν δοκοῦσι συνετώτερον ποιεῖν ἑαυτοῦ, παρεῖναι καὶ ἀκροᾶ-
σθαι τὸν Μιχαήλ· εἰ δέ ποτε συμβεβήκει τὸν Μιχαὴλ μὴ παρεῖ- B
ναι ταῖς ἀγωνιστικαῖς ὁμιλίαις τοῦ βασιλέως, μετεκαλεῖτο τοῦ-
de pace Lethaeis aquis permittens, quae immodico dolore stimulatus effuderam, ea nunc in medium adducis. Quae ego audiens, dicere me memini: verumtamen non quod imperium ut quippiam turpitudinis plenum repudiarem, illa dixi. Profecto enim nullam partem mentis possiderem, nec esset quidquam me ingratius, si, quae Deus rex regum et tu ipse dominus ac parens meus ultra omnem beneficentiae modum donavistis, ea insipienter ac temere tamquam inutilia reiicerem. Quid igitur? animi dolentis et conturbati confidentisque aegritudine et amaritie refertam nati vocem paterna viscera ad sympathiam emollituram, illa fuit oratio: idque factum ut volui. Nam hucusque patria mihi abs te benevolentia tributa est. Nunc si quis est, qui me capitalia designasse convincet, meritae mortis supplicium non deprecabor. Quod si talia sunt crimina mea, ut paterna dumtaxat castigatione verberibusque expianda videantur, eorum partim mihi gratiam facies, cum ipse quoque a magno imperatore, qui nos aequaliter omnes adoptavit, peccatorum tuorum veniam preceris quotidie. At cetera digna poena vindices licet, modo molestas hasce omnique onere intolerabiliores voces procul a me abstineas. Hac defensione explicata, avus eam nec verbo refellit: silentio vero ipso et gestibus contra nepotem ira aestuare visus est. Ceterum magnus domesticus e Thracia reversus, audi-

A.C. 1320 ἐνδεικνύμενος τῷ ἐγγόνῳ. ὁ μέντοι μέγας δομέστικος ἐκ Θρά-
V. 20 κης ἐλθὼν ἐπεὶ ἐπύθετο τὰ συμβάντα παρὰ βασιλέως τοῦ νέου,
B πολλὰ θαυμάσας τῶν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως κατορχουμένων κακῶν, καὶ τὴν ἀδικίαν καταμεμψάμενος ὡς καὶ κατ' αὐτῆς τῆς φύσεως ὁπλίζουσαν τοὺς ἁλόντας αὐτῇ καθάπαξ· „κράτιστε βασιλεῦ" ἔφη „τὸ μὲν κακὸν κατάδηλον αὐτόθεν, ὡς ἐστι τῶν ἀνηκέστων· τὴν δὲ πρὸς σέ μου πίστιν καὶ δόλου παντὸς ἀμιγῆ φιλίαν, καὶ ὁ παρελθὼν μὲν χρόνος βεβαιώσασθαι ἱκανὸς, ἡλικιῶτιν καὶ τοῖς σώμασιν ἡμῖν συναυξανομένην ἀποδείξας τρόπον τινά· διόπερ οὐδὲ λόγων δεῖν πρὸς ἀλλήλους ἡμᾶς ἡγοῦμαι, ἑαυτῷ τὸν ἕτερον ἑκατέρους οἰκειουμένους· καὶ ὁ μέλλων δὲ οὐκ ἔλαττον δείξει, φίλων πιστοτάτων δεησόμενος ὡς ὁρῶ.
C εἰ μὲν οὖν ἑώρων σε κακοηθείᾳ χρώμενον καὶ αὐθαδείᾳ πρὸς βασιλέα τὸν πάππον, τῆς ἀρχῆς ἐκεῖνον μὲν ἀποστερεῖν, σεαυτῷ δὲ μόνῳ περιποιεῖσθαι βούλεσθαι, εὖ ἴσθι, καίτοι λίαν φιλῶν, οὐκ ἂν οὕτως ἀτόπου πράξεως εἱλόμην σοι κοινωνεῖν. ἐπεὶ δ' ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας τοιαῦθ' ὁρῶ φυόμενα κακὰ κατὰ σοῦ, ὥστ' εἰ μὴ θεὸς ἄνωθεν αὐτὰ διαλύσει, οὐδὲ πάνυ πόῤῥω προσδοκίας εἰς ὕψος ἀρθῆναι βαθὺ, ἑκὼν αὐτὸς ἐπιδίδωμι τοῖς κινδύνοις τοῖς ὑπὲρ σοῦ οὐ χρήματα μόνον καὶ κτῆσιν καὶ οἰκέτας καὶ φίλους, ἀλλ' ἤδη καὶ αὐτὸν ἐμὲ, ὥστε ἔχειν ὅ,τι βουλήσῃ χρῆσθαι." Ἐπὶ τούτοις τοῦ βασιλέως δομεστίκῳ τῷ μεγάλῳ πολλὴν χάριν ὁμολογήσαντος, καὶ προσθέν-
D τος, ὡς „ὁ πάντ' ἀμβλύνων χρόνος καὶ κατὰ μικρὸν ὑποῤ-

tis ex iuniore imperatore quae contigerant, impendio miratus, humanam naturam tot tantisque subiectam miseriis, et de invidia conquestus, quae semel a se occupatos ipsi naturae bellum inferre cogit, Optime imperator, inquit, malum esse atrocissimum hinc satis liquet. Fidem autem erga te meam, et amorem sincerissimum etiam antegressa tempora satis firmarunt et amicitiam, quae inter nos aequales erat, ipsis corporibus quodammodo auctam esse abunde docuerunt. Itaque verbis inter nos opus esse non arbitror, quibus nostrum uterque alterum sibi conciliet. Ventura autem tempora, fidelissimorum amicorum opem imploratura, ut auguror, non minus qui sim erga te declarabunt. Si quidem igitur viderem, te, malignitate et arrogantia corruptum, avo imperium eripere velle et ad te solum transferre, persuadeas tibi velim, quamquam tui sum cupidissimus, nollem tamen in tam infando negotio ad tuas rationes me adiungere. At quia te immerente prorsus huiusmodi adversum te mala emergere cerno, ut, nisi Deus illa desuper discusserit, metuendum sit, ne in altitudinem quoque immensam excrescant, en ego ultro ac libens pro salute tua non pecunias tantum, fortunas, servos, amicos, sed me ipsum praeterea offero, ut quacumque in re et quomodocunque me uti possis. Cui gratias diserte cum egisset imperator, atque hoc insuper addidisset: Cum ipsa die veterascant paulatim-

ῥέειν ποιῶν, τῆς ἡμετέρας ἥττηται πρὸς ἀλλήλους φιλίας, ἐῤ- A.C. 1320 ῥωμενεστέρας ἀεὶ καὶ ἀκμαιοτέρας προϊόντος φαινομένης" καὶ δένδρῳ προσεικάσαντος ἀεὶ βρίθοντι τοῖς καρποῖς καὶ τὸν παρεληλυθότα τῷ ἐνεστῶτι νικῶντι χρόνῳ, ἐτράποντο πρὸς τὸ βουλεύεσθαι περὶ τῶν παρόντων. καὶ πρῶτον ἐδόκει πάντων, ἐκλογὴν ποιήσασθαι τοῦ μέλλοντος αὐτοὺς ὑποδέξεσθαι φεύγοντας φρουρίου, ἐπικαίρως κειμένου καὶ πρὸς τὸ φυλάξαι διαδράντας καὶ πρὸς τὸ τοῖς μαχομένοις ἀντεπιχειρεῖν ῥαστώνην παρέχειν. ἐδόκει μὲν οὖν ἑλέσθαι τὴν ἐν Ὀδρυ- P. 25 σοῖς ἐπώνυμον Ἀδριανῷ πόλιν, πολλῶν ἕνεκα καὶ ἀναγκαιοτάτων αἰτιῶν. δεδιότες δὲ μὴ καταπόδας τῆς φυγῆς ἐπιστρατεύσαντος αὐτοῖς τοῦ βασιλέως, ἅτε καὶ στρατιὰν ἔχοντος ἐξ ἑτοίμου, καὶ τῆς ὁδοῦ δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν ἔλαττον οὔσης, ἁλῶσιν, ἀμύνασθαι μὴ δυνάμενοι τοὺς ἐπιόντας, ἐξεκρούοντο τῶν λογισμῶν, συνετίθεντο δὲ μᾶλλον πρὸς τὴν ἐν Θράκῃ Χριστοῦ πόλιν ἀπελθεῖν. οὕτω περὶ τῶν καθ' ἑαυτοὺς βουλευομένων αὐτῶν, ἀφικνεῖται παρὰ τοῦ Τριβαλῶν ἄρχοντος Κράλη Στεφάνου πρὸς βασιλέα πρεσβεία, ὃς ἦν γεγαμηκὼς τὴν βασιλέως θυγατέρα B τὴν Σιμωνίδα. ἡ δὲ τῆς πρεσβείας πρόφασις ἦν, ὅτι ἐκ τῆς αὐτοῦ στρατιᾶς Κομάνων ὀλίγων δέοντας δισχιλίων λαβὼν, οὐκ ἀπέδωκε τοὺς στρατιώτας, ἀλλὰ πείσας μένειν παρακατεῖχεν. ἐφ' οἷς ὁ Κράλης παροξυνόμενος διεπρεσβεύετο πρὸς τὸν

3. *προσεικάσαντος. προσεοικυίας* coni. ed. P., male. 17. Aliis scriptoribus *Τριβαλλῶν. ED. P.* *Κράλη.* Haec vox regem significat (quod nec doctus interpres ignoravit) sed esse *ἐκ τῶν κυρίων* negat Meursius in voce *κράλης. ED. P.*

que dilabantur omnia, instituta mihi tecum amicitia vetustatem vincit: quippe quae tempore procedente validior semper atque virentior apparet: atque eam cum arbore comparasset perpetua baccarum ubertate incurviscente, ac praesenti auctumno praeteritum superante: iam ad consultandum conversis, primum omnium complacitum est, deligendum esse, qui se fugientes reciperet, locum munitum, situque tum ad tuendos profugos, tum ad arcendos oppugnantes haud incommodum. Eligenda autem videbatur urbs in Odrysis ab Adriano nomen sortita Adrianopolis, idque multis et pernecessariis de causis. Sed cum illud eis timorem faceret, ne e vestigio insecutus senior, qui militum copias in promptu haberet, quemque viae brevitas, biduo aut triduo minor, adiuvaret, fugientes oppimeret, quandoquidem instantes propulsare nequirent, in irritum cadente sententia, Christopolin Thraciae urbem petere constituerunt. Iis hoc modo inter se consiliantibus, a Crale Stephano, Triballorum principe, ad imperatorem avum, cuius filiam Simonidem habebat in matrimonio, advenit legatio hanc ob causam. Imperator de eius exercitu mutuatus circiter duo Comanorum millia, eos non restituerat: sed ad remanendum pellectos retinebat. Quare exacerbatus Crales ad soecerum Callinicum monachum natione Triballum mittit. Qui

A.C. 1320 κηδεστήν. ὁ πρεσβευτὴς δὲ μοναχὸς ἦν, Καλλίνικος κεκλημένος, τὸ γένος μὲν καὶ αὐτὸς Τριβαλὸς, εὖ δὲ εἰδὼς καιροῖς καὶ πράγμασι πολιτικοῖς χρῆσθαι δι' ἐμπειρίαν. ὃς δὴ τὴν μεταξὺ τῶν βασιλέων ἀναφυομένην στάσιν μὴ ἀγνοήσας, καὶ συνιδὼν, ὡς ἡ τοιαύτη διχοστασία καιρὸν ἂν παράσχῃ τῷ ἰδίῳ C δεσπότῃ παρὰ βασιλέως ὧν ἠδίκητο περὶ τὴν στρατιὰν δίκας λαβεῖν, ἐβούλετο κρύφα τῷ νέῳ βασιλεῖ συντυχεῖν.

V. 21 ή. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ βασιλεὺς ὁ νέος σὺν δομεστίκῳ τῷ μεγάλῳ λυσιτελεῖν αὐτοῖς ἡγησάμενοι πρὸς τὸν Κράλην διαπρεσβεύσασθαι περὶ συμμαχίας, τὸν Καλλίνικον μετακαλεσάμε- C νοι καὶ περὶ τῆς τοῦ Κράλη συμμαχίας καὶ φιλίας διαλεχθέντες καὶ πείσαντες ἐκ τοῦ ῥᾴστου διὰ τὸ καὶ αὐτὸν τὴν πρεσβείαν ταύτην τῷ Κράλῃ νομίζειν λυσιτελεῖν, ἄλλως θ' ὅτι καὶ πρὸς Συργιάννην αὐτῷ φιλίας ἐνέχυρα καὶ πρότερον ἦσαν, ἐξαποστέλλουσιν. ὁ δὲ σπουδῇ καὶ προθυμίᾳ πολλῇ τὴν ὁδὸν τάχιστα διανύσας, τῷ Κράλῃ τε συγγενόμενος, καὶ τὴν τοῦ νέου βασιλέως ἀπαγγείλας πρεσβείαν, εὗρε καὶ αὐτὸν ὥσπερ ἕρμαιον ἡγησάμενον τὸν καιρὸν, καὶ παντὶ σθένει συμμα- P. 26 χήσειν ὑπισχνούμενον τῷ νέῳ βασιλεῖ, πρὸς τῷ καὶ χάριν εἰδέναι, εἰ μόνον τοῦ πάππου καὶ βασιλέως ἀποστὰς, πρὸς τοῖς μέρεσι γένοιτο Μακεδονίας· ᾤετο γὰρ τὴν πρὸς αὐτὸν συμμαχίαν κάκωσιν εἶναι τῶν τοῦ κηδεστοῦ καὶ βασιλέως πραγμάτων. λαβὼν τοίνυν ὁ Καλλίνικος τὰς ἐπαγγελίας, ἐπάνεισι πρὸς τὸ Βυζάντιον κατὰ τάχος καὶ χαίρων ὀφθεὶς τῷ βασιλεῖ χαίροντι ἀπήγγελλέ τε τὰ τῆς πρεσβείας, καὶ τὴν συμ-

cum non male didicisset uti occasionibus, et in rebus civilibus tritus esset, exortam praeterea inter imperatores discordiam non ignoraret, atque etiam prospiceret, hanc dissensionem domino suo peropportunam fore ad animadvertendam in socero propter milites iniuriam, cum iuniore imperatore clandestinum voluit inire colloquium.

8. Is et magnus domesticus e re sua futurum statuentes, si legationem de coeunda secum belli societate ad Cralem mitterent, Callinicum arcessentes, et cum eodem de amicitia et foedere cum Crale ineundo disserentes: facileque homini consuadentes, quod et ipse hoc Crali conducturum sentiret, tum etiam quod vetus ei cum Syrgianne necessitudo esset, legatum eum mittunt. Qui, festinatione et alacritate mira celerrime confecto itinere, cum Crale congressus, legationem iunioris imperatoris exponit. Ille similiter de oblata commoditate, tamquam de inexspectato lucro, gaudet, gratias insuper agit atque ad nepotem adiuvandum vires suas omnes spondet, dummodo ab avo remotus, iuxta Macedoniam considcat: sic enim expeditionem suam auxiliariam soceri rebus damnosam fore confidebat. Cum tali pollicitatione Callinicus magnis itineribus Byzantium se recipit, successumque legationis suae laeto imperatori laetus edisserit: certam esse Cralis

μαχίαν αὐτῷ τοῦ Κράλη ἐν βεβαίῳ κεῖσθαι διϊσχυρίζετο, ἣν A.C. 1320 μόνον πρὸς τοῖς μέρεσι γένηται Μακεδονίας. οὕτω μὲν καὶ περὶ τῆς τοῦ Κράλη συμμαχίας ὁ νέος Ἀνδρόνικος κατεπράξατο. τὸν μέντοι βασιλέα καὶ πάππον ὁρῶν τοῖς ἤθεσι καὶ τοῖς λόγοις τῆς προτέρας δυσμενείας οὐχ ὑφιέμενον, τὰ πρὸς τὴν B ἰδίαν φυλακὴν ἐξηρτύετο καὶ αὐτὸς, τοῦτο διανοούμενος, ὡς εἰ μὲν τρόπῳ δή τινι διαλυθείη τὰ δυσχερῆ, ὑπὸ τῷ βασιλεῖ καὶ πάππῳ τελέσων ἄχρις ἂν ἀποστῇ τοῦ ζῆν· εἰ δ' ἐπὶ τὰ πρόσω προΐοι καὶ ἤδη πρὸς τέλος ἐγγίζοι κακὸν, τότ' ἤδη τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων ἀποστὰς, ἑαυτόν τε διασώζοι καὶ τοὺς συνόντας. ἐν τοῖς τοιούτοις δὴ τριβομένου τοῦ χρόνου, καὶ ὁ Συναδηνὸς Θεόδωρος ὁ καὶ πρωτοστράτωρ ἧκεν εἰς Βυζάντιον ἐκ τῆς ἑσπέρας παραλυθεὶς τῆς ἀρχῆς· ἐπετρόπευε δὲ Πριλλάπου καὶ τῶν περὶ αὐτὸν χωρῶν τε καὶ πολιχνίων κατωτέρω Μακεδονίας. ἦν δ' ὁ Συναδηνὸς οὗτος ἐξ εὐπατριδῶν C καὶ τὸ γένος περιφανής· μητρόθεν μὲν γὰρ εἰς βασιλέας ἀνῆγε τὰς τοῦ γένους σειρὰς, ἐξ ἀδελφοῦ τοῦ πρώτου τῶν Παλαιολόγων βασιλεύσαντος Μιχαὴλ τῆς μητρὸς αὐτῷ γεννηθείσης· ὁ δέ γε πατὴρ τοῦ πρὸς ἑσπέραν κατὰ τὴν Δαλματίαν λεγομένου Πολόγου τοπάρχης ἦν· ἣν δὴ τοπαρχίαν σὺν ἑαυτῷ τῷ πρώτῳ τῶν βασιλέων προσαγαγὼν Παλαιολόγῳ τῷ Μιχαὴλ καὶ ὑποχείριον ἀποδείξας αὐτῷ, τιμῶν τε ἠξιώθη μεγάλων παρὰ Ῥωμαίοις καὶ γάμου κοινωνίας ἐπιφανοῦς, τῇ βασιλέως ἀνεψιᾷ συναφθείς· οὗτος τοίνυν ὁ πρωτοστράτωρ ἐκ τῆς ἑσπέρας, ὥσπερ ἔφημεν, εἰς Βυζάντιον ἀφικόμενος, καὶ ὅσα πρὸς βασι- D

societatem asseverat: tantum propter Macedoniam se collocet. De Crale quidem ad suas partes adiungendo Andronicus minor hoc fecit. Animadvertens autem avum de pristina malevolentia nec moribus, nec verbis remittere, securitati suae prospiciebat, proponens apud animum, si quo modo tam turbida tempestas sedaretur, in avi arbitrio manere, quamdiu illi vita suppeditaret: sin ulterius progrederetur furorque ad summum perveniret, imperatricem urbium deserere, et se cum suis conservatum ire. Dum in his tempus ponitur, Theodorus Synadenus protostrator vacatione accepta ab occidente Byzantium venit: Prillapum siquidem, finitimaque loca, et inferiora Macedoniae oppidula procuraverat, vir domo nobilis et amplissimo genere natus. Nam qua de matre, imperatores attingebat, quod ea fratre Michaelis primi imperatoris Palaeologi procreata esset; pater in occidente apud Dalmatas Pologum toparchiam obtinebat. Quam quia una secum Michaeli iam dicto obtulerat, eiusque ditioni subiecerat, eximios apud Romanos honores adeptus et consobrinae imperatoris copulatus, superboque coniugio dignatus fuerat. Hic ut Byzantium intravit, seniorisque ad iuniorem pessumdandum et evertendum dicta facta omnia percepit, cum detestatione tantae iniquitatis incredibilem animo dolorem persensit. Quam

A.C. 1320 λέως εἴρηταί τε καὶ πέπρακται ἐπὶ τῇ καταλύσει τοῦ ἐγγόνου
καὶ βασιλέως ἀκηκοὼς, ἠγανάκτει τε οὐκ ἀνεκτῶς καὶ πολ-
V. 22 λὴν κατεγίνωσκε τοῦ πράγματος ἀγνωμοσύνην. διὸ δὴ καὶ θαῤ-
ῥήσαντες ὁ νέος βασιλεὺς σὺν δομεστίκῳ τῷ μεγάλῳ, ἄλλως
θ' ὅτι καὶ φιλίως πρὸς αὐτοὺς διέκειτο καὶ πρότερον ὁ πρω-
τοστράτωρ, τῷ μεγάλῳ δὲ μάλιστα δομεστίκῳ ἐκ τῆς πρὸς
Ἀδριανοῦ πόλιν παρὰ τῷ βασιλεῖ Μιχαὴλ διατριβῆς, χρόνῳ
πολλῷ τῆς φιλίας αὐτοῖς ἰσχυρᾶς γενομένης, δεῖν ᾠήθησαν
κοινωνὸν καὶ αὐτὸν τῶν πραττομένων παραλαβεῖν· φιλίας τε
τῆς πρὸς αὐτοὺς ἕνεκα καὶ ἀνδρίας καὶ πολεμικῆς ἐμπειρίας καὶ
P. 27 φρονήσεως, ἧς αἱ τοιαῦται μάλιστα τῶν πράξεων δέονται· ἀνα-
καλύπτουσιν αὐτῷ τοιγαροῦν ὅσα τε ὁ βασιλεὺς μηνύσειε τῷ
ἐγγόνῳ, ὁποίων τε τύχοι τῶν ἀποκρίσεων, ἔτι τε ὅσα καὶ αὐτοὶ
περὶ τῶν καθ' ἑαυτοὺς βουλεύσαιντο πραγμάτων. ἃ δὴ πάντα
καλῶς ἔχειν ἐπιψηφισάμενος καὶ αὐτὸς, κοινωνεῖν αὐτοῖς εἵλετο
καὶ τῶν βουλευμάτων καὶ τῶν κινδύνων μέχρι παντός. ἐδέ-
δοκτο δὲ τούτοις ἅμα τῷ βασιλεῖ, πρὸς μηδένα μηδαμῶς ἕτε-
ρον τῶν Ῥωμαίων ἐκφανῆ γενέσθαι τὰ βουλευόμενα, ὅτι μὴ
τουτοισὶ τοῖς τρισὶ, δομεστίκῳ δηλαδὴ τῷ μεγάλῳ καὶ τῷ Συ-
ναδηνῷ πρωτοστράτορι καὶ Συργιάννῃ, καὶ Γεννουΐταις Λατί-
B νοις ἑτέροις τρισὶ, φίλοις μὲν οὖσι δεδοκιμασμένοις τῷ βασιλεῖ,
δυναμένοις δὲ μεγάλα πρὸς τὴν εἰς Χριστοῦ πόλιν ἐκ Βυζαντίου
συγκαταπράξασθαι φυγὴν αὐτοῖς. ἐπηγγείλαντο γὰρ αὐτοὶ, τρεῖς
μὲν τριήρεις οἰκείοις ἀναλώμασι πληρώσειν, ἑπτὰ δ' ἑτέρας ἐκ
βασιλέως λαβόντες χρήματα, ὡς δέκα τὰς συμπάσας γενομέ-
νας, καὶ πρὸς τὴν ἀπόδρασιν, εἰ δεήσει, συνάρασθαι τῷ βα-

obrem iuvenis, et magnus domesticus maiorem in se concipientes audaciam, praesertim quod et antea protostratorem bene sibi cupientem habuissent, plus tamen magnus domesticus, ex eo, quod Adrianopoli cum Michaele imperatore ambo vixerant, temporis longinquitate amicitiam confirmante, faciundum sibi existimarunt, ut cum eo rem communicarent: non solum quod amicus, sed etiam quod vir fortis, belli gerendi peritus et consideratus erat: quae virtutes talibus in negotiis maximopere expetuntur. Igitur quae imperator nepoti denuntiasset, quid responsi redditum esset, quaenam ipsi adhuc deliberassent, illi aperiunt. Ea protostrator omnia comprobans, se perpetua communitate qua consiliorum, qua periculorum cum eis devinxit. Convenit etiam illis cum nepote, nemini Romanorum ullo pacto consilia detegenda, praeterquam tribus hisce, nempe magno domestico, Synadeno protostratori, Syrgianni: adhaec Latinis Genuensibus tribus, quorum erat imperatori perspecta fides, quique illis ad fugam Byzantio Chrystopolin magno possent esse adiumento: ternas quippe triremes suo, septenas imperatoris sumptu armaturos promise-

σιλεῖ, καὶ πρὸς τῇ Χριστοῦ πόλει συμμαχούσας καρτερῆσαι, A.C. 1320 ἄχρις ἂν ὁ βασιλεὺς εὖ διάθοιτο τὰ κατ' αὐτόν· ὀνόματα δ' αὐτοῖς, ἀπὸ μὲν τοῦ τῶν Ὀρίων γένους, Ῥάφων ντε Ὄρια, ἀπὸ δὲ τοῦ Σπινουλῶν, Φρερίγω Σπίνουλα, ἐκ δὲ τῶν Ντεμὰρ, Ῥάφων Ντεμάρ. αὖθις δ' ἅμα τοῖς δυσὶ βουλευομένῳ τῷ βασιλεῖ περὶ τοῦ, ποτέραν χρὴ τῶν πόλεων ἀποδιδράσκοντας ἑλέσθαι, C ὡς ἂν καὶ ὁ πρωτοστράτωρ τὴν δοκοῦσαν αὐτῷ τὸ νικᾶν ἔχειν εἰσενέγκῃ ψῆφον, καὶ τὴν μὲν Χριστοῦ πόλιν τῇ παρὰ τοῦ Κράλη συμμαχίᾳ παραζευγνύοντος, τῇ Ἀδριανοῦ δὲ τὴν πολυανθρωπίαν καὶ τὴν ἐγκαθιδρυμένην ἐκεῖ στρατιὰν, καὶ τὸ πλείστους εἶναι τῶν οἰκούντων ἐκεῖ τὰ τοῦ νέου βασιλέως ᾑρημένους· ὁ πρωτοστράτωρ μὲν τὴν εἰς Ἀδριανοῦ πόλιν ᾑρεῖτο· οὔπω δὲ πέρας τῆς βουλῆς λαβούσης, ἀνέστησαν. εἶτ' αὖθις ἅμα δομεστίκῳ τῷ μεγάλῳ μόνῳ καὶ βασιλεῖ περὶ τῶν αὐτῶν τούτων D βουλευομένων καὶ συνιδόντων, ὡς Συργιάννῃ μὲν καὶ τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ, τῇ Θρᾴκῃ τῶν γαμετῶν ἐνδιατριβουσῶν, ῥᾴδιόν ἐστιν ὅποι βούλονται ταύτας ἀπαγαγεῖν, πρωτοστράτορι δὲ τῆς γαμετῆς ἅμα δυσὶ θυγατριδίοις τῇ Ἀδριανοῦ πόλει ἐγκαθιδρυμένης, πολὺ τὸ δύσκολον μετακινεῖσθαι· εἶτα καὶ τοῦτο προσεπινοουμένων, ὡς καὶ τὸ τοσαύτην ἀνάγκην τῷ πρωτοστράτορι ἐπαγαγεῖν, ἀγνωμοσύνης ἂν εἴη πολλῆς, καὶ τὸ δυσκόλως ἔχοντα πρὸς ταῦτα τῆς κοινωνίας ἀπωθεῖσθαι, καὶ ἀβουλίας ἅμα καὶ ἀδικίας· τοῦτο μὲν, εἰ πρὸς πάντα βέλτιστον

3. ντε Ὄρια scripsi pro vulg. τε Ὄρια. 4. Φρερίγω ex Italo elisum pro Φρεδερίκω. *ED. P.*

rant: ut numerus earum denarius et ad fugam, si fugiendum, ei subserviret; et apud Christopolin simul bellum toleraret, quoad res suas ordinasset. Nomina eorum fuerunt, e gente quidem Oriarum, Raphon de Oria; e Spinularum, Fredericus Spinula; ex Demarensium, Raphon Demar. Denuo cum illis duobus consultante imperatore, utram urbium confugio constituere oporteret, quo et protostrator, quam pro meliore duceret, sententiam proferret, et cum Christopoli quidem auxilia a Crale exspectanda, cum Adrianopoli vero populi frequentiam, ibidemque locatam militarem copiam, ac civium denique multitudinem sibi faventium coniungente, et protostratore Adrianopolin praeoptante, antequam certum quid decernerent, surrexerunt. Post iterum domestico et imperatore solis super eadem quaestione inter se agentibus, nec ignorantibus, Syrgianni et domestico facile factu esse, uxores in Thracia manentes, quo placeret abducere, protostratori contra, Adrianopoli coniugem cum duabus filiolis habenti, sedem mutare perdifficile fore: deinde et hoc secum volventibus, nec tantam necessitatem, nisi admodum iniuste illi imponi posse: et reluctantem a communione repellere, non iniustum modo, verum etiam stolidum videri: illud quidem, quia virum omnimodis optimum adeo levi de causa ex-

A.C. 1320 ἄνδρα μικρᾶς ἀπώσαιντο αἰτίας ἕνεκα· ἀδικίας δ', ὅτι αὐτοὶ προσκαλεσάμενοι καὶ προσεταιρισάμενοι, καὶ σπουδὴν πολλὴν καὶ προ-
P. 28 θυμίαν πρὸς τὸ σὺν αὐτοῖς κινδυνεύειν εἰσενεγκόντα νῦν ἀπωθοῦνται, ἔδοξε θεῷ θαῤῥήσαντας, καὶ ὑποψίαν κινδύνου μικρὰν τοῦ ἑταίρου χάριν ἀναδεξαμένους τὴν εἰς Ἀδριανοῦ πόλιν μᾶλλον ἐπιψηφίσασθαι. οὕτω πέρας ἐπιθέντες τῇ περὶ τούτου
V. 23 βουλῇ, καὶ τῷ πρωτοστράτορι δῆλα καταστήσαντες τὰ τῆς γνώμης, ἀνεπτέρωσάν τε πρὸς τὸ πράττειν, καὶ προθυμότερον ἀπέδειξαν ἑαυτοῦ. Ἀλλὰ τὰ μὲν κατ' αὐτοὺς τοιαῦτα, βασιλεὺς δ' ὁ πρεσβύτερος τῇ πρὸς τὸν ἔγγονον ὀργῇ λίαν παροξυμένος, οὔτε προσιόντα καθημέραν προσηγόρευε τὸν ἔγγονον, οὔτε μὴν πρὸς τὴν οἰκίαν ἀπιόντα πάλιν προσρήσεως ἠξίου τινός· ἀλλ' οὐδὲ βελτίονος ἢ φαύλου λόγου ἐπὶ τέσσαρσιν ὅλοις μησὶ
B μετέδωκε, πλὴν ὅτι τοῦ νέου βασιλέως ἐξεπίτηδες ὁσημέραι τοῖς βασιλείοις καὶ ὑπὲρ τὸ δέον προσκαρτεροῦντος, ὁρῶν ὁ βασιλεὺς τῆς προσεδρείας τὴν ἀκαιρίαν, ὥσπερ ὑπ' ἀνάγκης συνωθούμενος, „ἄπελθε λοιπὸν πρὸς τὴν σὴν οἰκίαν" ἔλεγε τῷ ἐγγόνῳ, μηδέν τι τούτου προστιθεὶς πλέον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μετὰ τῶν τῆς συγκλήτου καὶ τῶν ἐν ἀξιώμασι τοῦ νέου βασιλέως τῷ πάππῳ παρισταμένου, οὐδέποτ' ἐπέτρεψε καθεσθῆναι, πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους τῆς ἐπιτροπῆς γινομένης, ἐξ ἀνάγκης ἐκαθέζετο καὶ αὐτὸς, πάντων πρὸς αὐτὸν ὁρώντων καὶ τοῖς νεύμασι δηλούντων, ὡς οὐδ' ἂν αὐτοὶ καθεσθεῖεν ἑστηκότος αὐτοῦ· ὃ δὴ καὶ μᾶλλον τὸν νέον ἔδακνε βασιλέα, ὡς καὶ πρὸς
C οὓς εἶχε θαῤῥεῖν λέγειν, ὡς βούλοιτο τοῦ κυρίου καὶ βασιλέως

25. Vulg. male inverso ordine λέγειν θαῤῥεῖν.

cluderent: hoc vero, quia eum nunc removerent, quem prius invitassent, et ad numerum suum allegissent, quique ad discrimina communiter adeunda promptam et alacrem animi voluntatem attulisset: haec igitur reputantibus placuit, divina bonitate confisos, cum nonnulla suspicione periculi, ob maius bonum, Adrianopolin potius decernere. Finita deliberatione sensum suum protostratori indicant, qui ad rem aggrediendam mirabiliter excitatus, semetipso evadit erectior. Et horum quidem eiusmodi conditio fuit. Senior autem imperator iracundia percitus in nepotem, neque in dies singulos ad se ventitantem, recedentemve salutatione, neque totis quatuor mensibus ullo vel dextro, vel sinistro sermone dignari: nisi quod eo de industria citra decorum quotidie palatium obeunte, importunam assiduitatem intuens, veluti vi adactus in hanc vocem aliquando erupit, nullo praeterea verbo addito: Mane de cetero domi tuae. Enim vero nec cum senatoribus suis et magistratibus sibi assistentem unquam sedere iussit; sed aliis eius iussu considentibus, ipse quoque necessario considebat, omnibus ad illum respicientibus, quassatoque capite significantibus, se stante

(τοῦτον γὰρ ἀεὶ τὸν τρόπον τὸ τοῦ βασιλέως καὶ πάππου προέ- A.C. 1320 φερεν ὄνομα,) τοῖς ἄλλοις ἐπιτρέποντος τὴν ἀνάκλισιν, αὐτῷ δὲ μὴ, ἑστάναι ἐπιπολύ· ἐπιτρεπομένων δ' αὐτῶν, „ἀλλ' ὑμῖν μὲν" εἰπεῖν „πρὸς τοῦ κυρίου καὶ βασιλέως τὴν καθέδραν ἐπιτετράφθαι, ἐμοὶ δὲ μή· διόπερ ὑμᾶς μὲν καθεσθῆναι προσήκει, τὸ προσταττόμενον ἐκπληροῦντας, ἐμὲ δ' ἑστηκέναι ἄχρις οὗ τὸ ἐπίταγμα φθάσῃ καὶ πρὸς ἐμέ." τοιαῦτ' ἔλεγε πρὸς οὓς ἐθάῤῥει, τὸ τῆς ψυχῆς ἄλγος ἀνακαλύπτων. ἐφ' οἷς αὐτὸν ὁ μέγας δομέστικος παραμυθούμενος, ἄλλα τε κατεπῇδε τῆς D λύπης, καὶ τὸ Σολομώντειον ἔλεγε δεῖν ἐκπληροῦν, ὑπομονὴν ἐνδεικνύμενον καὶ καρτερίαν κατὰ καιρόν. τὸ δ' ἑξῆς ὁ νέος βασιλεὺς καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν διά τινος τῶν οἰκείων μηνύουσι Συργιάννῃ πρὸς τὴν Κωνσταντίνου ταχέως ἐπανελθεῖν, εὐπρόσωπόν τινα πλασάμενον αἰτίαν τῆς ἐπανόδου. τὰ γὰρ κατ' αὐτοὺς πράγματα πῇ μὲν ἐπὶ τὸ βέλτιον, πῇ δ' ἐπὶ τὸ χεῖρον χωρεῖν. ὁ δὲ σὺν σπουδῇ πολλῇ κατὰ τάχος ἐπανελθὼν καὶ συγγενόμενος βασιλεῖ καὶ τοῖς ἑταίροις, καὶ τὸ μὲν ἐπὶ τὸ βέλτιον προκεχωρηκέναι σφίσι τὰ πράγματα, τοῦ πρωτοστράτορος Συναδηνοῦ χάριν εἰρῆσθαι μαθὼν, τὸ δ' εἰς τὸ χεῖρον, διὰ τὸ μᾶλλον ἐκπεπολεμῶσθαι τῷ ἐγγόνῳ τὸν βασιλέα, καὶ τἄλλα ἐκδιδαχθεὶς, ὅσα δὴ συμβεβήκει μετὰ τὸ εἰς Θρᾴ- P. 29 κην αὐτὸν ἀπᾶραι, περὶ τοῦ, τί χρὴ πράττειν, ἐβουλεύοντο κατὰ

3. *ἐπιτρεπομένων.* Interpres corrigit *προτρεπομένων. ED. P.* 10. Locus est non Salomonis, sed Ecclesiastici c. 1. v. 29. Graeci autem, ut in opere Conciliorum saepius observare est, utrumque confundunt. *ED. P.*

ipso non sessuros; quod adolescentem mordebat acrius, ut quibus fidebat, diceret, velle se domino et imperatore (hoc etenim modo avum semper nominabat) ceteris sessionem mandante, sibi autem minime, stare diutius. Hortantibus autem ad sedendum, respondit: Vobis, non mihi, facultas ab imperatore domino data est. Quapropter vos iussa implentes, sedere convenit, me autem stare, donec similiter sedere iubear. His apud eos, quibus audebat fidere, dolorem suum testabatur. Itaque magnus domesticus eum consolans, cum alia tamquam carmina ad leniendam aegrimoniam accinebat, tum illi Salomonis obtemperandum aiebat, praecipientis, patientiam et tolerantiam ostendendam in tempore. Secundum haec iunior imperator et amici per familiarem quemdam Syrgiannem certiorem faciunt, cupere se, ut Constantinopolin, reversionis suae honestam aliquam causam commentus, advolet: res enim hac melius, illac deterius ire. Qui multo cum studio celeriter adest, et cum imperatore, ac sociis collocutus, intelligit, quod dictum fuerat, res melius procedere, ad protostratorem: alterum, res deterius ire, ad imperatorem avum pertinere, qui nepotem odisset implacabilius. Edocetur alia, quae post eius in Thraciam discessum evenerant. Tum quid res tempusque postulet, et quinam

A.C. 1320 σφᾶς, καὶ ὅπως ἂν αὐτοὺς γένοιτο τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων ἀκινδύνως ὑπεξελθεῖν. πρῶτος τοίνυν εἶπεν ὁ πρωτοστράτωρ Συναδηνός.

V.24 Θ'. „Ἐμοὶ πολύν τινα καὶ προφανῆ τὸν κίνδυνον ἐκ τῶν πραB γμάτων ἐστὶ συνορᾶν. εἰ γὰρ ἡμᾶν ὅπως ποτὲ ταυτησὶ τῆς πόλεως ὑπεξελθόντων ἐπιστρατεύσει κατα πόδας ὁ βασιλεὺς, τίς μηχανὴ μὴ οὐχὶ τὸ παραυτίκα πρὸς ἔσχατον ἐλθεῖν κινδύνου; ἔστι δὲ ἀνθρώπων, οἶμαι, σωφρονούντων καὶ βουλομένων σώζεσθαι, μὴ τοὺς προδήλους ἀνθαιρεῖσθαι κινδύνους τῆς ἐν βεβαίῳ κεισομένης σωτηρίας. τοῦ τοίνυν τῆς πόλεως ὑπεξελθεῖν, δυνατώτατον ἀνταγωνιστὴν ὀπίσω καταλιπόντας τὸν βασιλέα, οὕτως ὑποψίαν δεινὴν παρέχοντος, μακρὰν ἀφεστηκέναι παντὸς κακοῦ καὶ πολλὴν τὴν ἀσφάλειαν ἡμῖν παρέχειν τὸ τοῦτον C κατασχόντας, ὃ δυνήσεσθαι δοκῶ ῥᾳδίως, κατακλεῖσαι φρουρᾷ. οὕτω γὰρ οὐδενὸς ἀνταγωνιζομένου, ῥᾷστα κρατήσομεν ἁπάντων." Συργιάννης δὲ μετ' ἐκεῖνον εὐθύς· „καὶ τοῦθ' ὅπερ εἴρηκας" ἔφη, „πολλοὺς ἔχον ἐξετάζοντι φανεῖται τοὺς κινδύνους. πρῶτον μὲν γὰρ οὐ μικρὸν ἔργον τὸ κατασχεῖν, πολλῶν περὶ αὐτὸν εὐνοϊκῶς διακειμένων καὶ τῶν τῆς συγκλήτου καὶ τῶν ἐν τέλει, καὶ μισθοφόρων ἀεὶ πολλῶν διατριβόντων ἐν βασιλείοις· ἔπειθ' ὅτι καὶ τοῦτ' εἰ μετὰ πολλῶν τῶν κινδύνων κατορθωθείη, τότ' ἤδη χαλεπωτέροις περιπεσούμεθα κινδύνοις,

12. Interpres legit οὐ μακρὰν, frustra; quippe aliter vertere debuit. *ED. P.*

ex regina urbium se queant subducere, disquirunt. Primus itaque protostrator in haec verba disserit:

9. Magnum ego, et manifestum periculum huic negotio inesse animadverto. Si enim nos quomodocumque clam hac urbe egressos, imperator senex armis continuo fuerit persecutus, quibus tandem machinis praesentissimo discrimini elabemur? Est autem, uti reor, virorum prudentium, et incolumitatis suae amantium, certa pericula saluti suae non anteponere. Cum igitur ex urbe clam exire, imperatore potentissimo adversario a tergo relicto, gravem suspicionem commoveat, longe ab extrema pernicie abesse iudico et securitatem multam adepturos, si comprehensum, quod facile poterimus, custodiae mandemus: sic enim nemine adversante, nullo plane negotio rerum summa potiemur. Tum Syrgiannes excipiens, et hoc quod dixisti, inquit, si quis cogitatione perlustrarit, multis obnoxium periculis inveniet. Primum enim arduum est illum comprehendere, quando et ex proceribus, et ex magistratibus multi ipsi bene cupiunt, et meritorii milites frequentes in palatio semper visuntur. Deinde ut hoc fauste transigamus (quamvis non sine pluribus periculis) in discrimen saevius incidemus, cum e custodibus plures suspectos habere, et rerum vicissitudinem metuere cogemur. Quoniam igitur utrimque male metuendum

πολλὰς ὑποπτεύοντες ἐκ τῶν φυλάκων καὶ τῶν πραγμάτων τὰς A.C. 1320
μεταβολάς. ὅτε τοίνυν καὶ ἀμφοτέρωθεν ὑποψία δεινὴ, βέλ- D
τιον βραχείᾳ καιροῦ ῥοπῇ τῆς ζωῆς ἀποστερήσαντας βεβαίως
ἄρχειν, αὐτοῦ τε οὐκ ἀμυνουμένου καὶ τῶν ἄλλων οὐδενὸς
διακινδυνεύειν ὑπὲρ αὐτοῦ κειμένου βουλησομένου." Τὴν δὲ
τοιαύτην βουλὴν ἐξήνεγκε μὲν κατὰ βασιλέως ὁ Συργιάννης
ἐξ ἑαυτοῦ μὲν, ἐνῆγε δ' εἰς αὐτὴν μάλιστα καὶ Ἀπόκαυχος,
ἐκσπόνδως πρὸς βασιλέα ἐξ αἰτιῶν διακείμενος παραλόγων,
μὴ δι' αὐτοῦ δὲ δυνάμενος εἰσάγειν τὴν γνώμην, (οὔπω γὰρ P. 30
ᾠκείωτο βασιλεῖ τοσοῦτον ὡς καὶ μετέχειν βουλῆς,) φίλῳ ὄντι
τῷ Συργιάννῃ τὰς βουλὰς ὑπετίθει ὡς αὐτῷ παῤῥησίᾳ βουλευ-
σομένῳ. πρὸς ταῦθ' ὁ μέγας δομέστικος· „ἐμοὶ τὸ πρῶτον" ἔφη
„τῶν βουλευμάτων τῶν ἀπανθρώπων κρίνοντι, τὸ δεύτερον
οὐδ' ὠμότητος καὶ ἀπανθρωπίας ὑπερβολὴν ἐλλείπειν οὐδεμίαν
φαίνεται. διὸ συμφέρειν ἡγοῦμαι τούτων ἀποστάντας ἁπάν-
των, τῶν προτέρων ἔχεσθαι βουλευμάτων, καὶ σκοπεῖν οὐχ
ὅπως βασιλεῖ κακῶν ἀνηκέστων αἴτιοι φανῶμεν, ἀλλ' ὅπως
ἡμᾶς αὐτοὺς ἀπαθεῖς διατηρήσωμεν κακῶν, εἰς τοῦτο γὰρ
καὶ συνεληλύθειμεν, ὅπως τῷ μὲν τῶν βασιλέων ἀδικουμένῳ,
θεοῦ συναιρομένου, καὶ τὴν ζωὴν διατηρήσωμεν καὶ τὴν τιμὴν,
τῷ δὲ, μηδεμιᾶς ἀκολουθούσης ἀνάγκης, μηδ' εἰς τὴν τιμὴν B
παρενοχλῆσαι, μήτοιγε τὴν ζωήν." Τούτων οὕτως ἀλλήλοις
ἐναντία βουλευομένων, ὁ μὲν βασιλεὺς καθῆστο σιγῇ, τῶν
λεγομένων ἐπακροώμενος, ὁ Συργιάννης δὲ τὸν λόγον ἀναλα- V. 25

est, praestat brevi discriminis momento senem occidere, atque ita certum imperium adipisci: quandoquidem nec ipse se ulciscetur, et qui pro mortuo aliquid periculose inceptet, nullus existet. Tale consilium Syrgiannes contra avum ex se quidem dabat; sed in primis Apocaucho sollicitante, qui ob causas quasdam non legitimas, ab imperatore seniore alienior, quia ore suo sententiam dicere non poterat, quod in iunioris familiaritatem necdum adeo penetraverat, ut etiam in consilium adhiberetur, et Syrgiannem diligebat, eidem istud, ut liberrime consulturo, suggesserat. Contra haec sic ingressus est magnus domesticus: Et prima sententia mihi inhumana, et altera saevitiae atque immanitatis modum omnem exsuperare videtur. Quamobrem spectata utilitate, ab hisce consiliis recedendum, ac prioribus adhaerescendum constituo: providendumque, non quonam pacto imperatorem atrocissime multemus, sed qua ratione a nostris ipsorum cervicibus exitium prohibeamus; huius enim ergo convenimus, ut alterius quidem iniuria laesi vitam honoremque, Deo nos bene adiuvante, tueamur: alterius autem, nulla impellente necessitudine, ne honori quidem, quid dicam vitae? incommodemus. Illis isto modo disceptantibus, imperator sedens, tacitus quae dicebantur auscultabat. Tum Syrgiannes magno domestico sic occurrit: Cum ingenii humani imbecillitas perfectam rerum cogni-

A.C. 1320 βῶν, ἐκ τῶν ἐναντίων ἀντιλέγων πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον ἔφη· „τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως τὸ ἐνδεὲς ἐχούσης καὶ τῆς τελείας τῶν ὄντων γνώσεως ἀπολειπομένης, οὐδένα δεῖν οἶμαι τοῖς ἀπ' ἀρχῆς δεδογμένοις ἐμμένειν, ἂν μετὰ ταῦτα βελτίω τἀναντία φαίνηται· ἢ εἰ τοῦτο κρατήσῃ, οὐκ ἂν φθάνοι πάντ' ἄνω καὶ κάτω γενόμενα. ἂν γὰρ μήτ' ἔμπορος, μήθ' ὁ γεωργὸς, μήθ' ὁ κυβερνήτης πρὸς τὰ δοκοῦντα λυσιτελῆ μεθαρμόζηται, C ἀλλ' ἀναγκαίως ἐμμένῃ τοῖς ἀπ' ἀρχῆς δεδογμένοις, ταχέως ὁ μὲν κυβερνήτης ἑαυτῷ συγκαταδύσῃ τὴν ναῦν ἐναντίων κινηθέντων πνευμάτων· ὁ δ' ἔμπορος ἐπανήξει κενὸς χρημάτων, ὁ γεωργὸς δὲ πρὸς τῇ τῶν πόνων ἀποστερήσει καὶ βαθὺν ὀφλήσει γέλωτα. προσθήσομεν δέ τι καὶ τῶν οἰκείων παραδειγμάτων. οὐκ ἂν οὐδὲ στρατηγὸς τοῖς ἀπ' ἀρχῆς ἐμμένων βεβουλευμένοις τρόπαιον ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀναστήσει, ἀλλ' αἰσχρῶς καὶ ἀγεννῶς ἡττηθεὶς, συγκινδυνεύσει τοῖς στρατιώταις· ἂν γὰρ συμβῇ τυχὸν τὴν μὲν ἑαυτοῦ στρατιὰν πολλαπλασίονα τῶν πολεμίων D καὶ πρὸς τὰ πολεμικὰ μᾶλλον ἠσκημένην ἡγεῖσθαι καὶ διὰ τοῦτο δεῖν βουλεύσηται μάχην συνάπτειν, εἶτ' ἐπὶ τῶν πραγμάτων ἐλθὼν, τὴν τῶν ἐναντίων ἴδῃ καὶ τῷ πλήθει καὶ τῇ ἀσκήσει καὶ τοῖς ὅπλοις ὑπερέχουσαν πολλῷ τῷ μέτρῳ· διὰ δὲ τὸ μὴ λῦσαι τὰ δεδογμένα, ἀλογίστως συμπλέκηται καὶ παραβόλως, οὐκ ἂν ἐγγὺς τοῦ μαίνεσθαι φαίημεν τὸν στρατηγὸν ἐκεῖνον; παντί που δῆλον. διό μοι καὶ σὲ νῦν ἔπεισι θαυμάζειν, οὕτως ἀποφηνάμενον ὡς χρὴ τοῖς ἐξ ἀρχῆς δεδογμένοις ἐμμένειν, ἐκ πρώτης ἡλικίας ἐς τόδε χρόνου στρατείαις καὶ τοῖς ἐκ στρατείας

tionem simul assequi nequeat, nemini in his, quae ab initio ei visa sunt, conquiescendum puto, si postmodum contraria meliora apparuerint: alioqui aliud alio ferri, ac perturbari omnia necesse est. Si enim nec mercator, nec agricola, nec gubernator perspectae commoditati se accomodaverit, verum in suscepto semel proposito perseveraverit, hic ventis adversis surgentibus cito navim secum summerget: negotiator crumena vacua redibit: arator praeter laboris frustrationem publica etiam irrisione ludetur. Quinetiam exempla e re nostra adiiciamus. Nullus ductor placitorum priorum tenax, de hostibus trophaeum eriget; immo turpiter et effeminate victus, seque militemque perditum ibit. Nam si copias suas adversariis longe maiores, et bello exercitatiores censens, idcirco proelio dimicandum decreverit, deinde in conspectum hostium veniens, eos et numero, et usu, et armorum apparatu multis partibus superiores viderit, et quia anticipatam opinionem deserere non vult, inconsiderate ac temere signis illatis conflixerit, ecquid talem ducem insano parum interesse negabimus? Certe neutiquam. Itaque et tu mihi in praesens admirationem commoves, homo a pueritia usque ad hoc aetatis in militia et militaribus versatus laboribus, dum affirmas, quae a principio statuerit quispiam, iis

ἐνδιατρίψαντα πόνοις, τοῦτο δὲ ἠγνοηκότα, ὡς μία καιροῦ A.C. 1320 ῥοπὴ πολλῶν ποιήσει πραγμάτων μεταβολάς." Ἐπὶ τούτοις ὁ P. 31 μέγας δομέστικος εἶπε τοιάδε· „οὐδένα νομίζω τῶν καὶ ὁπωσοῦν μετειληχότων φρενῶν, οὕτως ἑαυτὸν οἷς ἐξ ἀρχῆς ἐβουλεύσατο πεπεικέναι βεβαίως ἐμμένειν, ὥστε μὴ μεταβάλλειν, ἑτέρων ἐν ὑστέρῳ φαινομένων βελτιόνων. καὶ σὲ δὲ αὐτὸν, οὐκ ἂν εὐπορήσειν ἐπ' ἐμοὶ λοιδορίας ὑπερβολῆς, ἢ οὕτω περὶ τῶν πραγμάτων λέγειν ἔχειν, ἐν διαφορᾷ καταστάντα. ἐγὼ δὲ τοσούτου δέω ὁποῖον εἶναί φατε, ὥστε κἂν τοῖς δημοσίοις, κἂν τοῖς ἰδίοις, ψῆφον ὡς καλῶς ἔχουσαν καὶ τοῦ λυσιτελοῦντος τὸ δοκεῖν ἐς τὰ μάλιστα ἐφικνουμένην περί τινος πολλάκις ἐξενεγκὼν, ἤδη δὲ καὶ πρὸς τὸ πράττειν χωρῶν, ἔπειτ' B ἢ ἑτέρῳ τὸ ἧσσον ἔχειν ἐπὶ τῷ φρονεῖν δοκοῦντι, ἢ αὐτὸς ἐμαυτῷ τὴν ἐναντίαν πεισθεὶς εἱλόμην. ἐφ' οἷς δὲ νυνὶ σκοποῦμεν, μάλιστα μὲν ὧν ὑμεῖς βουλεύεσθε, ἀποσχέσθαι, ὧν δ' ἐμοὶ δοκεῖ, δεῖν ἔχεσθαι νομίζω πολλῶν ἕνεκεν αἰτιῶν. πρῶτον μὲν γὰρ τὸ χεῖρα κινῆσαι κατὰ βασιλέως καὶ τῷ θεῷ κεχρισμένου, καὶ σωτηρίαν ἀποστερῆσαι ψυχῆς, οὐ μόνον πάσης ἐν ἀνθρώποις ἀπεστέρηται συγγνώμης, ἀλλὰ καὶ παρὰ θεῷ τὰς ἐσχάτας τῶν τοιούτων ἔργων πεπείσμεθα κεῖσθαι τὰς ἀντιδόσεις. ἔπειτα δὲ, οὐδὲ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς ὑπεθέμεθα, ὥστε τὸν μὲν ἀνελεῖν, τὸν δ' ἐγκαθιδρῦσαι τοῖς θρόνοις τῶν βασι- C λέων· ἀλλὰ πολύν τινα τὸν δικαίου ποιούμενοι λόγον, ἀμύνειν

3. ὁπωσοῦν. Lege ὁποσονοῦν.

affixum esse oportere: nec scis vel uno temporis puncto rerum plurimarum commutationes solere fieri. Adhaec magnus domesticus: Ego vero mortalium adhuc nullum, saltem paululum mente valentem, ita perpetuam in prima aliqua voluntate permansionem sibimet indixisse credo, ut eam postea, tametsi meliora se offerrent, immutare detrectaverit. Te quoque ipsum arbitror non potuisse tam immodice mihi convitiari, aut de rebus adeo commode ac vere loqui, nisi pariter mecum sentires. Tantum autem ab illo disto, quem tu me describis, ut tam in publicis, quam privatis deliberationibus, cum sententiam probabilem, et rei propositae utilitatem opinione mea maxime attingentem saepenumero protulissem, deinde ubi ad facta ventum fuerit, aut ab alio, quem minus prudentem iudicarem, aut a memet persuasus, in alia omnia discesserim. In hoc autem negotio, de quo nunc disceptamus, non quae vobis, sed quae mihi videntur, probanda existimo, idque pluribus de causis. Primum enim manus in imperatorem et unctum Domini iniicere, eique animam extinguere, non apud homines solum universos venia caret, sed, uti credimus, etiam a Deo huiusmodi facinora acerbissima mercede pensantur. Deinde non istuc nobis a principio proposuimus, ut alterum imperatorem neci daremus, alterum in solio collocaremus: sed sollicito ad iu-

A.C. 1320 τῷ νέῳ προὐθυμήθημεν βασιλεῖ, ἀδικουμένῳ τε περὶ τὴν ἀρ-
χὴν καὶ δεδοικότι περὶ τὸ ζῆν. ἄτοπον οὖν, τῷ μὲν σὺν τῷ
V. 26 δικαίῳ τὴν ἀρχὴν κατακτᾶσθαι, τὸν δ' ἀδίκως ἀφαιρεῖσθαι
καὶ τὴν ζωήν· καὶ ἃ περὶ τὸν ἕνα πραττόντων ἑτέρων, τῶν
ἀτοπωτάτων ἐδόκει, τούτων χαλεπώτερα περὶ τὸν ἕτερον ἐξειρ-
γασμένους αὐτοὺς ὀφθῆναι, καὶ ὥσπερ ἐν ζυγοῖς τῶν πραγμά-
D των ἐφ' ἑτέρῳ μέρει βαρυνομένων, ἐπὶ τὴν ἴσην ἀμετρίαν πρὸς
τοὐναντίον αὐτοὺς καταπιέσαι, δέον ἐπὶ τὸ ἴσον ἀναγαγεῖν.
οὐ μὴν οὐδὲ τὸ δήσαντας φρουρεῖν, τοῦ ἅπαξ ἡμερώτερον
ἀποκτεῖναι. τοῖς γὰρ ἐν ἔθει τοῦ θεραπεύεσθαι καὶ δορυφορεῖ-
σθαι, φοβερώτερον τοῦ ἀποθανεῖν, τὸ παρ' ἀξίαν κακοπραγεῖν.
διὸ καὶ πολλοὶ τῶν ὑμνουμένων παρὰ Ῥωμαίοις αὐτοκρατόρων,
μᾶλλον εἵλοντο ἀποθανεῖν, ἢ ζῶντες αἰσχρῶς δουλεύειν ἀτυ-
χήσαντες περὶ τὰς μάχας· καὶ χωρὶς δὲ τούτων, τὸ παρὰ τῶν
φυλάκων ὡς δεσμώτῃ προσεχόντων περιυβρίζεσθαι καὶ λοιδο-
P. 32 ρεῖσθαι, παντὸς ἂν εἴη πικρότερον ὕδατος Στυγός. ἔτι δ' οὐδ'
ἀσφάλειαν ἡμῖν παρέχει τὸ δήσαντας φρουρεῖν. ἂν γὰρ ὁτῳ-
δήτινι τρόπῳ δυνηθείη τὰ δεσμὰ διαφυγεῖν, ὅπερ ἡμῖν πρόσ-
εστι νῦν, τὸ δοκοῦντας ἀδικεῖσθαι καρποῦσθαι τὴν ἁπάντων
εὔνοιαν, ἐκείνῳ περιστήσεται, καὶ σφοδρότερον πολεμήσει, συμ-
μάχοις προθύμοις καὶ τοῖς περιοίκοις βαρβάροις καὶ Ῥωμαίοις
χρώμενος. ὅτε τοίνυν τὸ μὲν ἀποκτεῖναι ἀλαστόρων καὶ ἀν-
δροφόνων ἐπιτιμίαν οὐ μόνον ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ παισὶν ἡμετέροις

stitiam respectu, studiosius ad opitulandum ei incubuimus, qui et de imperio et de vita laboraret. Absurdum est igitur, huic iuste imperium vindicare, illi iniuste etiam vitam eripere, et quae, si in alium designarentur ab aliis, crudelissima duceremus, iis multo crudeliora nos ipsos in imperatorem machinatos videri: et velut in trutina, rebus in una lance devergentibus, ad similem inaequalitatem ex contraria parte alteram lancem deprimere, cum ambas potius ad aequilibrium componere debeamus. Nec vero mitius eum habebimus si vinctum in custodiam trudamus, quam si semel iugulaverimus. Qui enim tam officiose coli, satellitioque semper stipari consueverunt, iis dignitate sua orbari atque ad miseriam detrudi, morte ipsa horribilius est. Hinc plures Romanorum imperatores, quorum celebris est apud posteros memoria, praeliis usi adversis, mori, quam vivi indigne servire maluerunt. Praeterea a custodibus, ut ad vinctum attentis, probra et contumelias perpeti, quavis aqua Stygia cruciat amarius. Huc accedit, quod neque securiores erimus, si eum carceri mandaverimus. Quippe si arte aliqua inde elapsus fuerit, quod hodie abunde datur nobis, ut, cum inique nobiscum videatur actum, omnium favore ac benevolentia perfruamur, tunc illi dabitur, et vicinis barbaris Romanisque impigre adiuvantibus, infestiore in nos Marte pugnabit. Quia igitur e medio tollere imperatorem nobis liberisque nostris nefariorum atque

ἔπειτα προσάπτει, τὸ δ᾽ εἴρξαντας φρουρεῖν μετὰ τοῦ αἰ- A.C. 1320 σχροῦ καὶ τοὺς ἐσχάτους ὑποπτεύει κινδύνους, καὶ λυσιτελὲς ἅμα καὶ δίκαιον εἶναι νομίζω, τῶν προτέρων ἐχομένους λογισμῶν, τὸν ἡμέτερον βασιλέα διασώζειν ἀμυνομένους ἄν τις B ἐπίῃ. ἀλλ᾽ ἐρεῖς, Τί οὖν; ἂν ἐπιστρατεύῃ βασιλεὺς ἡμῖν, οὐ μαχούμεθα αὐτῷ, οὐδ᾽ ἀποκτενοῦμεν, ἂν οὕτω συμβαίῃ; Μάλιστα μὲν οὖν ἀμυνούμεθα πάσῃ δυνάμει, ἀλλ᾽ οὐ τὸν αὐτὸν ἔχει τό, τε κατάρχειν καὶ τὸ ἀμύνασθαί τινα, λόγον. τῷ μὲν γὰρ πρὸς τῷ αἰσχρῷ πρόσεστι καὶ τὸ ἀδικεῖν, τὸ δ᾽ ἀμύνασθαι πρὸς τῷ δικαίῳ καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἔργων εὔκλειαν ἔχει. ἂν γὰρ συμβῇ τὸν προκατάρχοντα παθεῖν κακῶς, οὐ τῷ ἀμυνομένῳ τὴν ἀπόβασιν ἀλλὰ τῷ ἐπιόντι λογίζεσθαι τῶν ἔργων δίκαιον. ἡμῖν μὲν οὖν ἐπ᾽ ἀμφότερα γυμνάζουσι τὸν λόγον ἑκατέροις εἴρηται πολλά. βασιλεῖ δὲ πάντων ἀκροωμένῳ ἐξέσται τὸν τῶν ἁλιέων τρόπον τῆς σαγήνης πολλὰ περισχούσης τὰ χρήσιμα ἐκ- C λεξαμένῳ, τῶν ἀχρήστων ἀποσχέσθαι." ἐπὶ τούτοις καὶ τῶν ἄλλων συνθεμένων καὶ τὴν διάκρισιν τῶν λόγων ἀναθεμένων τῷ βασιλεῖ, εἶπε καὶ αὐτὸς τοιαῦτα·

ι. „Τοῖς περὶ μεγάλων πραγμάτων βουλευομένοις ἀναγκαῖον V. 27 εἶναι νομίζω καὶ πολλοῖς εἶναι τὸν ἀριθμόν. διὸ καὶ Ῥωμαῖοι D καὶ Ἕλληνες τὸ παλαιὸν, καὶ δημοκρατούμενοι καὶ τῶν ἀρίστων ἀρχόντων, ἐκ πλειόνων τὰς βουλὰς συνεκρότουν, τοῦ κα-

1. προσάψει. *ED. P.* 15. Matth. 13. *ED. P.*

homicidarum notam inuret; in carcerem autem compingere, praeter facti infamiam etiam summorum malorum suspicionis plenum est, aequum et utile censeo, in pristino consilio permanere, et imperatorem nostrum iuniorem, si qua vis extiterit, tutum praestare. Hic tu obiicies, Quid? si senior arma nobis intulerit, non contra pugnabimus? non eum, si sors ita ferat, trucidabimus? Maxime immo pugnabimus, et quidem nervis omnibus: verum aliud est praeoccupare et aliud resistere. Illud enim praeterquam quod turpe, etiam iniustum; hoc et gloriosum et iustum numeratur. Quod si damnum acceperit qui antevertit, rerum exitum non defensori, sed invasori decebit adscribere. Ab utroque igitur nostrum in utramque partem velut exercitationis causa satis dictum est. Restat ut imperator auditis omnibus, more piscatorum, quasi e sagena multos pisces concludente, utilia deligat, inutilia reiiciat. Hoc ipsum ubi et reliqui duo assensu firmarunt, et diiudicationem controversiae eidem detulerunt, sic profatus est:

10. Qui de rebus gravioribus deliberant, eos etiam numerum conficere oportere autumo. Unde olim Romani et Graeci, quique sub populari quique sub optimatum imperio degebant, consilia e pluribus congregabant, recte sentientes, hoc modo ab honesto, et conducibili haud facile deflexum iri. Quin et de veteribus quidam, et e nostro ovili sapiens, salutem

A.C. 1320 λοῦ καὶ συμφέροντος οὕτως οὐκ ἂν οἰόμενοι ῥᾳδίως ἁμαρτεῖν,
ὀρθῶς φρονοῦντες. καὶ τῶν παλαιῶν δέ τις σοφὸς τῆς ἡμετέρας
P. 33 αὐλῆς ἐν πολλῇ βουλῇ τὴν σωτηρίαν εἴρηκεν εἶναι, καὶ πολέ-
μιον ἑαυτῷ τὸν ἀσύμβουλον ἀπεφήνατο. καὶ ὑμῶν τοίνυν καὶ
πολλῶν καὶ περὶ ταῦτα ἀρίστων ὄντων καὶ λόγοις οὐκ ὀλίγοις
περὶ τοῦ πράγματος χρησαμένων, ἐξέσται κἀμοὶ ὃν εἰρήκατε
τῶν ἁλιέων τρόπον, πολλὰ τῆς σαγήνης καταγαγούσης, τὰ χρή-
σιμα ἐκλεξαμένῳ ἀποῤῥίψαι τὰ μὴ τοιαῦτα. ἐρῶ τοίνυν καὶ αὐ-
τὸς ἅ μοι δοκεῖ βέλτιστα εἶναι, ὑμῖν δ' ἐξέσται ἑκάστῳ ἃ δο-
κεῖ συμφέροντα ἑλέσθαι. οὐ πᾶσιν ἀνθρώποις τὰ αὐτὰ αἱρετὰ
καὶ φευκτὰ, καὶ ἡδέα καὶ μὴ τοιαῦτα δοκεῖ, ἀλλ' ὅπως ποτὲ
ἔχουσι περὶ αὐτὰ, τοιαύτας καὶ περὶ αὐτῶν ἐξάγουσι τὰς κρί-
σεις. ὡς ἔχω τοίνυν καὶ αὐτὸς περὶ τῶν προκειμένων ἐρῶ. το-
B σοῦτον δέω τοῦ τι τῶν ἀνηκέστων καὶ ζωῆς ἕνεκα καὶ τιμῆς
περὶ τὸν ἐμὸν κύριον καὶ βασιλέα γενέσθαι βούλεσθαι, ὥστ' εἰ
συμβέβηκε τὸν αὐτὸν ξίφος ὡς ἀποκτενοῦντά με σπασάμενον
ἐπιέναι, φυγῇ μὲν ἂν ἐπραγματευσάμην τὴν σωτηρίαν· εἰ δὲ
κώλυμά τι μεταξὺ φεύγοντι συμβέβηκε τῆς φυγῆς, τοσοῦτον
ἀπέχω τοῦ συστραφεὶς ἀμύνεσθαι βούλεσθαι, ὥστ' ἐγκαλυψά-
μενος ἐδεχόμην ἂν σιγῇ τὰς πληγὰς, δείσας μὴ πρὸς ἐκεῖνον
ὁρῶν καὶ οἷον τῷ πάθει τῶν φρενῶν ἐκκρουσθεὶς, πρὸς τὸ λα-
βεῖν ἐξ αὐτοῦ κινηθῶ καὶ μακρὰν ἀποῤῥίψαι τὸ ξίφος, ἐπειδὴ
καὶ τοῦτο τῶν ἀνοσίων κρίνω, καθ' ὅντινα τρόπον χεῖρας ἀνα-
C σχεῖν τῷ πατρί. τοιαύτην ἔχειν γνώμην περὶ τῆς εἰς τὸν πάπ-

2. Proverb. 11. *ED. P.*

esse dicit, ubi multa consilia, sibimet autem inimicum pronuntiat hominem inconsultum. Cum itaque vos et plures sitis, et in dando consilio excellatis, deque praesenti negotio multa disserueritis, licitum erit et mihi, quemadmodum piscatoribus, ut dixistis, e plena sagena delectis melioribus, cetera foras mittere. Proferam ergo ipse quoque meo iudicio optima: vestrum unicuique integrum erit, quae probaverit amplecti. De rebus expetendis ac fugiendis, iucundis et iniucundis nequaquam idem est hominum sensus, sed ut quisque iis afficitur, ita de illis iudicat. Fas sit igitur mihi quoque nunc in consultatione ita proloqui, ut affectus sum. Usque eo nihil dirum et immane vel vitae, vel dignitatis meae gratia in dominum meum et imperatorem perpetrari velim, ut si forte districto ense in me iugulabundus irrueret, pedibus salutem meam expedire contenderem. Sin quippiam fugienti obstaret, adeo me non delectaret ad defensionem converti, ut velata facie, cum silentio plagam mallem accipere; metuens ne aspectu illius vehementius turbatus, ac velut de statu mentis dimotus insilirem, ferrumque ei extortum longius proiicerem: cum hoc ipsum sceleste facinoris loco ducam, quoquo modo contra parentem manus tollere. Sic me de avi honore sentire, Deum omnia perspicientem testor.

πον τιμῆς τὸν πάντα ἐφορῶντα μαρτύρομαι ὀφθαλμὸν τοῦ θεοῦ. A. C. 1320
διὸ δὴ καὶ ὑμᾶς βούλομαι οὕτως ἔχειν σαφῶς πεισθέντας, μηδένα περὶ τούτου λόγον κινεῖν, μηδὲ μεταπείθειν ἐπιχειρεῖν· ἔσεσθε γὰρ ἠνυκότες πλέον οὐδέν. εἰ μὲν οὖν ἐθελήσετε τῶν ἐξ ἀρχῆς ἐχόμενοι λογισμῶν, τὴν σωτηρίαν ἑαυτοῖς ποριζομένοις φυγῇ τὸν ὑφορώμενον κίνδυνον διαδιδράσκειν, εὖ ἂν ἔχοι, καὶ τὴν κοινωνίαν αὐτὸς ἀσπάζομαι τὴν ὑμετέραν, καὶ συγκινδυνεύειν ὑμῖν αἱροῦμαι· εἰ δὲ τῆς προτέρας ἀτολμίαν καὶ ἀνανδρίαν καταγνόντες βουλῆς, ἐμμένειν ἀσφαλῶς κεκρίκατε τοῖς D
δευτέροις, μὴ πειθομένου δ' ἐμοῦ, οὐδ' αὐτοὶ λυσιτελεῖν ἑαυτοῖς ἅπερ ἐγὼ βούλομαι ἡγεῖσθε, ἐγὼ μὲν τῶν τοιούτων ἔργων κοινωνεῖν ὑμῖν οὐκ ἂν ἑλοίμην ποτέ, ὑμᾶς δὲ τὸ οἰκεῖον ἀσφαλὲς ἔξεστι περισώζοντας, ἃ συμφέρειν ὑμῖν οἴεσθε ἑλέσθαι. χάριν δὲ πολλὴν ὁμολογῶ τῷ θεῷ, ὅτι τῆς εἰς ἐμὲ εὐνοίας οὐδὲν οὐδέ πω καὶ νῦν ὑμῖν ἀπήντηκε τῶν δυσχερῶν, οὐδὲ περὶ V. 28
ὧν ἐβουλευσάμεθα κατάδηλον οὐδὲν γέγονεν οὐδενὶ πλὴν ὑμῶν. ἐγὼ δὲ ὡς ἂν οἷός τε ὦ, καὶ ὡς ἂν ὁ θεὸς διδῷ, τὸν ὑπὲρ ἐμαυτοῦ κίνδυνον διακυβερνήσω. οἶδα μὲν οὖν ὡς, ἂν συμβῇ μαχόμενόν με πεσεῖν, πολλὰ μὲν ἐπιθρηνήσετε κειμένῳ, πολλὰ P. 34
δὲ πολλάκις ἀνακλαύσεσθε τὸν φίλον, εἰ δή τι καὶ μνήμης ἄξιον ἐνεδειξάμεθα φιλίας εἰς ὑμᾶς. εἰ δ' ἔτι περιόντι πάλιν ἐθελήσετε προσελθεῖν, μηδαμῶς ὑμῖν ἐμπόδιον τὸ νῦν ἡμᾶς χωρίζεσθαι καταστήτω· εὑρήσετε γὰρ ἀεὶ τὸν αὐτὸν ὄντα καὶ φιλικῶς ὥσπερ καὶ νῦν διακείμενον πρὸς ὑμᾶς. μὴ νομίσητε

Eodem animo vos esse desidero, certos plane, ne mutire quidem super hac re amplius, neque conari me in diversum trahere: nec enim hilum proficietis. Si ergo priora consulta vestra sequentes, instantia pericula fugiendo declinare vultis, bene est, et ego ad numerum vestrum me aggrego, nec discriminum communionem recuso. Sin autem illa, ut ex timiditate et ignavia profecta, improbantes, in secundis cogitatis indubitanter consistere decrevistis, me quidem in alia omnia discedente, neque vobis quae mihi placent profutura ducitis, ego sane huiuscemodi factorum consortium nunquam cupiverim: vos quae securitati vestrae conducere creditis, quoniam potestas est, amplectimini. Deo singulares ago gratias, cum usque ad hanc diem nulli vestrum sua in me inclinatio voluntatis quidquam creavit incommodi: neque extra vos ulli mortalium nostrarum consultationum arcana patefacta sunt. Quod ad me attinet, ut potero et ut Deus annuerit, in periculo meo me tractabo. Equidem non ignoro, si in pugna occubuero, vos morti meae illacrimaturos affatim, frequentique ac longo fletu amicum prosecuturos, si modo aliquod amicitiae meritum memoria haud indignum in vos collocavi. Quod si ad superstitem denuo vos adiungere volueritis, non erit ullo impedimento ista quae nunc fit inter nos dissociatio: eundem quippe me semper, atque ut nunc, vestri amantem inve-

A. C. 1320 δὲ ἐμὲ μήτε ἀλύπως ἐπὶ τῷ χωρισμῷ ὑμῶν διακεῖσθαι, μήθ' ὡς τοῦ μηδενὸς ἀξίους ὑμᾶς οὕτως ἐκ τοῦ παραυτίκα ἀπωθεῖσθαι. ἐξ ὅτου γὰρ περὶ τῶν τοιούτων ἠρξάμην λέγειν, πολλῶν τὴν διάστασιν ὑμῶν. ἐννοῶν αἰσθάνομαι τῶν ἀλγηδόνων· οἶδα δ' ἐν τῷ μετὰ ταῦτα καὶ πλειόνων αἰσθησόμενος καὶ σφοδρο- B τέρων· φέρειν δὲ ἀνάγκη, τῶν πραγμάτων ἀσυμβάτως ἐχόντων· εἰ μὲν οὖν, ὥσπερ εἶπον, ἐθελήσετε τῶν προτέρων ἐχομένους λογισμῶν, ὑπὲρ μὲν τῆς ἡμετέρας σωτηρίας φροντίσαι, μηδὲν δὲ κατὰ βασιλέως βουλεύσασθαι τῶν ἀπεικότων, καὶ ἐμὲ κοινωνὸν ἕξετε τῶν πραττομένων· εἰ δ' ἑτέρως ὑμῖν δοκεῖ, οὐδὲν ἄλλο λοιπὸν, ἢ πολλὰ τῆς εἰς ἐμὲ φιλίας ἐπευξάμενον ἀγαθὰ, καθ' ἑαυτὸν ἃ μοι δοκῶ συμφέροντα πράττειν." Τοιαῦτα καὶ τοῦ βασιλέως εἰπόντος, ἐπὶ πολὺ μὲν πρὸς ἀλλήλους ἑώρων, τὸ τῆς γνώμης θαυμάζοντες ἐπὶ τὰ καλὰ βεβηκὸς, ὡς μηδὲν C τῆς πρὸς τὸν βασιλέα καὶ πάππον αἰδοῦς ὑφεῖναι, καίτοι πολλοῖς αὐτὸν τοῖς λυποῦσιν ἀμειβομένου. εἶθ' ὁ πρωτοστράτωρ ἀπεκρίνατο τοιαῦτα· „ἡμῖν, ὦ βασιλεῦ, τὸ συμφέρον σοί τε καὶ ἡμῖν αὐτοῖς σκοποῦσιν, ἃ λυσιτελεῖν ἐδοκοῦμεν, ἐφθεγξάμεθα. ἃ δὲ περὶ βασιλέως ἐφθεγξάμεθα, οὐκ αὐτὸ τοῦτο μόνον ὅπως κακόν τι πάθοι σκοποῦντες ἐβουλευσάμεθα, ἀλλ' ὅπως μὴ μετὰ τὸ φανερῶς εἰς τὸν πόλεμον καταστῆναι, τὶς ὑπολείποιτο μετὰ σοῦ προσδοκία δεινοῦ· τοῦτο γὰρ ἡμῖν περὶ πλείστου σκοπεῖται. ἐπεὶ δ' ὡς ἠκούσαμεν τῆς εἰς τὸν βασιλέα

18. Ita ED. P. pro ἐφθεγξάμεθα ἐδοκοῦμεν.

nietis. Ne vero arbitremini, aut hanc separationem mihi non molestam accidere, aut vos, ceu homines nauci a me reiici in praesentia. Ex quo enim hunc sermonem orsus sum, ex cogitatione distractionis nostrae doloribus multis cumulatus est mihi animus, et me in posterum plura, et vehementius doliturum scio, sed quoniam res aliter fieri non potuit, ferendum erat: ergo si, ut dicebam, antegressis cogitationibus insistentes, saluti nostrae prospicere, et adversus avum nihil inconveniens meditari institueritis, rebus agundis comitem me profitebor: sin alia vobis mens, hoc unum relinquitur, ut multa bona ob vestram in me benevolentiam vobis a Deo precatus, ipse mihi ad utilitatem meam promus condus fiam. His auditis illi diu inter se adspicere, et admirari ingenium iuvenis, adeo ad honestatem grassantis, ut de pudore et reverentia erga avum nihil diminueret: quamvis ille tristia multa remetiretur. Dein protostrator sic incipit: Nos, imperator, de tuis atque nostris commodis solliciti, quae eo facere putabamus, edisseruimus. Quod autem de avo consuluimus, in eo non hoc unum spectavimus, ut malo multaretur: verum ut ne ad bellum apertum veniretur, tuoque capiti casus aliquis gravior impenderet: id enim est, quod omnium minime velimus. Et cum securitatem honoremque avi tuae saluti incolumitatique praeferas, quod in-

καὶ πάππον ἀσφαλείας τε καὶ τιμῆς τὴν οἰκείαν σωτερίαν καὶ A. C. 1328
ἀσφάλειαν ἐν δευτέρῳ λογίζῃ, θαυμάζειν μὲν ἔπεισι τῆς με- D
γαλοψυχίας καὶ τῆς δικαιοσύνης, πείθεσθαι δὲ οἷς ἂν ἐθέλῃς, καὶ
ταῦτα νομίζειν καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα, ἅπερ ἂν καὶ σοὶ
συνδοκῇ. εἰ δέ τι καὶ πρότερον διηνέχθημεν περὶ τοὺς λόγους,
οὐκ ἀλλήλοις ἐναντία βουλευόμενοι, ἀλλ' ὅπως μηδὲν τῶν δεόν-
των ἀνεξέταστον διαφύγῃ. τοιγαροῦν ἐπεὶ τῆς ἀμφιβολίας παυ-
σαμένης εἰς ἓν συνήλθομεν ταῖς γνώμαις, οὐδὲν ἄλλο λείπεται
ἢ τοὺς λόγους καταλιπόντας, χωρεῖν ἐπὶ τὸ πράττειν τὰ δε-
δογμένα." Καὶ Συργιάννη κατὰ γνώμην αὐτῷ εἰπόντος εἰρῆ-
σθαι καὶ τοῦτο προσθέντος, ὡς „τῆς εἰς τὸν βασιλέα καὶ πάπ- P. 33
πον αἰδοῦς καὶ κηδεμονίας, ὦ βασιλεῦ, πολλαί σοι παρὰ τῷ
μεγάλῳ καὶ οὐρανίῳ βασιλεῖ κείσονται χάριτες, καὶ ἢ μεταβα-
λεῖ τὰς γνώμας τῶν ἐπιβουλευόντων, ἤ, κακοῦν ὡρμημένων, αὐ-
τὸς ὑπὲρ ἡμῶν πολεμήσει," τοῦ τε βασιλέως τῆς εἰς αὐτὸν εὐ-
νοίας καὶ εὐπειθείας πολλὴν ὁμολογήσαντος χάριν αὐτοῖς, εἰ
φευκτέα ἢ μή, ἐσκόπουν. ὁρῶντες δὲ ἀεὶ τὴν ἐπιοῦσαν μεῖζόν
τι φύουσαν κακὸν, καὶ τοὺς κατὰ βασιλέως τοῦ πάππου καὶ
βασιλέως θυμοὺς ἐπὶ μᾶλλον αὐξομένους, ἐκ τοῦ μηδαμοῦ τε- V. 29
κμαιρόμενοι μηδὲ λόγου τι[illegible] ψιλοῦ τούτῳ μεταδιδόναι· καὶ
δεδοικότες μή τινος τῶν ἀδοκήτων ἐκ τοῦ αἰφνιδίου συμβάντος,
οὐδ' αὐτὸ τοῦτο διαδρᾶναι δυνηθεῖεν, ἐδόκει νῦν ὡς καιρὸν B
ἔχουσι καὶ ἀδείας εὐποροῦσιν, ἀφίστασθαι τοῦ Βυζαντίου.
βασιλεὺς δὲ αὐτοὺς ταῦτα μὲν ᾗ ἔχουσιν εἰρηκέναι καὶ κα-

A.C. 1321 μένας ὑπανοίξας πύλας, ὡς πρὸς θήραν δῆθεν ὁ νέος ἐξῆλθε βασιλεύς, ὀλίγους τινὰς τῶν οἰκετῶν ἐπαγόμενος, κύνας τε καὶ ὄρνεις ἠσκημένους θηρᾶν. ἦν δ' ἐξ ἔθους αὐτῷ τοῦτο ποιεῖν ὅτε βούλοιτο, καὶ διὰ τοῦτ' αἴσθησιν οὐδεμίαν οὐδὲ ταραχὴν D ὁ δρασμὸς παρεῖχε. τοὺς δέ γε πλείους τῶν οἰκετῶν καὶ τῶν φίλων αὐταῖς σκευαῖς τῇ πρὸ τῆς δευτέρας διεσκεδασμένους κατὰ πάσας τὰς τῆς πόλεως πύλας ἐκέλευσεν ἐξελθόντας, ἐν ὡρισμένῳ τινὶ χωρίῳ συναθροιζομένους περιμένειν. οὗ δὴ καὶ γενόμενος καὶ τοῖς οἰκείοις συμμίξας, τῆς εἰς τὴν Ἀδριανοῦ πόλιν φερούσης εἴχετο, συνόντος καὶ πρωτοστράτορος. γενόμενος δὲ πρὸς τὸν Μέλανα καλούμενον ποταμὸν καὶ ἵππων πολλῶν ἀγέλας παρ' αὐτῷ νεμομένας εὑρών· (ἦσαν δ' ἵπποι τῆς ἱδρυμένης ἐν Βυζαντίῳ στρατιᾶς καὶ τῶν ἄλλων συγκλητικῶν καὶ πολιτικῶν) οὐδὲν ἠθέλησεν ἀδικῆσαι, ἀλλὰ τοῖς τε συνεπο- P. 69 μένοις ἀπεῖπε νεωτερίζειν μηδέν, καὶ τοῖς ἱπποφορβοῖς ἐκέλευσε τοὺς ἵππους λαβόντας πρὸς τὴν πόλιν χωρεῖν, μὴ ταραχῆς τινος γενομένης διαρπασθῶσιν. ἐφεξῆς δὲ συνελθὼν καὶ τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ καὶ Συργιάννῃ, ὡς εἶχον ἤνυον τὴν ὁδόν· καὶ μετὰ μέσην τῆς μετὰ τὴν δευτέραν ἡμέρας, εἰς τὴν Ἀδριανοῦ φθάσαντες εἰσεληλύθασιν, ἡδέως ὑποδεξαμένων τῶν οἰκούντων τὴν πόλιν, καὶ τῶν κρειττόνων τινὸς τὴν βασιλέως οἰηθέντων ἐπιδημίαν. ὁ μέντοι πρεσβύτερος βασιλεὺς τὸν τοῦ ἐγγόνου δρασμὸν γνωρίσας, διασέσειστο μὲν ἐπ' ὀλίγον τοὺς λογισμούς, εἶτ' ἀναλαβὼν ἑαυτόν, καὶ οὐ μέγα ἔργον ἡγησάμενος τὸ τὸν ἔγγονον χειρώσασθαι, ἅτε καὶ στρατιᾶς καὶ τῆς

rator excessit, paucis quibusdam famulis, canibus item et avibus venatricibus comitatus. Quod quia factitabat, quoties placuisset, nemo eius fugam sensit, nec quidquam tumultus inde natum est. Maiorem porro ministrorum amicorumque partem cum impedimentis pridie per omnes portas urbis sparsim exire et in loco a se definito collectam exspectare iussit. Quo cum venisset, iuncti omnes, protostratore etiam praesente, viam Adrianopolin carpebant. Ad Melanem, quod vocatur, flumen appropinquans, iuxtaque magnos equorum greges late campum tondentes reperiens, (ii erant partim militum Constantinopoli degentium, partim optimatum ac magistratuum,) nihil iniuriarum inferre voluit, vetuitque comites novum aliquid moliri, et pastores hortatus est, equos in urbem agerent, ne forte a tumultuantibus diriperentur. Deinde magno domestico et Syrgianne quoque conventis, quantum poterant, iter pergere maturabant: ac secundum meridiem diei sequentis Adrianopolin intrantes, ab incolis, adventum hunc velut dei cuiuspiam faustum sibi interpretantibus, iucunde accepti sunt. Avus nepotis fuga audita consternatus aliquamdiu, ut primum lux menti reddita est, parvique rem negotii

ἀρχῆς ἁπάσης ὑφ' αὐτῷ οὔσης, ἕνα τῶν συγκλητικῶν Μα- A. C. 1321
νουὴλ Τάγαριν τὸν μέγαν στρατοπεδάρχην, γένους μὲν ὡρ- B
μημένον ἐκ φαύλου καὶ ἀφανοῦς, ἀνδρίᾳ δὲ καὶ τόλμῃ τῇ
περὶ τὰς μάχας ἐπὶ πλεῖστον δόξης αὐτὸν ἀφ' ἑαυτοῦ προελ-
θόντα, (ἐν γὰρ Φιλαδελφείᾳ τῇ κατὰ Λυδίαν πολλὰ καὶ χει-
ρὸς καὶ τόλμης καὶ στρατηγικῆς ἐμπειρίας κατὰ Περσῶν ἐνε-
δείξατο ἔργα, ὡς ἐκ τούτων θαυμασθέντα καὶ γάμου τυχεῖν
ἐπιφανοῦς· τῇ γὰρ ἀνεψιᾷ συνέζευκτο βασιλέως Θεοδώρᾳ τῇ
Ἀσανίνῃ·) τοῦτον δὴ μετακαλεσάμενος ὁ βασιλεύς, „ὁ ἐμὸς V. 48
ἔγγονος" ἔφη „νυκτὸς ᾤχετο ἀποδρὰς τῆς πόλεως ταυτησίν.
ὅπου μὲν οὖν ἂν διατρίβῃ, οὐκ ἔστιν εἰδέναι σαφῶς· τοῦτο
δὲ πέπεισμαι ἀκριβῶς, ὡς ὀλίγων ἀχθήσεται δεσμώτης ἡμε-
ρῶν εἴσω. τὸ δὲ νῦν ἔχον αὐτὸς ἀναλαβὼν στρατιὰν ὅσην C
οἴει πρὸς τὸ ἔργον ἀρκέσειν, ἐπιστράτευσον αὐτοῖς καταπό-
δας· κἂν μόνον ἐγγένηται συντυχεῖν, οὐδὲν λοιπὸν ἢ δορια-
λώτους ὑποστρέψαι λαβόντα πάντας· ἐκείνοις γὰρ οὐχ ὅτι
ἀμύνασθαι, ἀλλ' οὐδ' ἀντιβλέψαι ἄν ποτε παρασταίη." ὁ Τά-
γαρις μέντοι, συνετὸς ὢν καὶ πρὸς μάχας ἐξησκημένος, „σοὶ
μέν, ὦ κράτιστε βασιλεῦ," ἔφη „τῶν ὀλίγου πόνου δεομένων
ἔργων εἶναι δοκεῖ τὸ τὸν σὸν ἔγγονον ἀχθῆναι συλληφθέντα
δεσμώτην, ἐμοὶ δὲ τοὐναντίον ἅπαν. βούλομαι δὴ ἐμὲ ψεύ-

5. Φιλαδελφείᾳ. Eam obsederat Orchanes II. Turcorum imperator, cui postea Cantacuzenus filiam suam in coniugem dedit. Egregiam ibi operam navarunt Catelani et Theoleptus episcopus. Meminit Gregoras lib. 7. et Chalcocondylas lib. 1. Multis autem post annis capta est a Baiazete, Orchanis nepote, V. imperatore. *ED. P.*

iudicavit, eum captivum ducere, quandoquidem totum sub se imperium et exercitum haberet, quendam de proceribus suis Manuelem Tagarin magnum stratopedarcham, vili et obscuro genere ortum, sed strenuitate et audacia militari a semetipso ad summam gloriam provectum (nam Philadelphiae Lydorum contra Persas multa praeclara virtutis et imperatoriae cuiusdam peritiae facinora ediderat, et ob admirationem inde partam uxorem illustri loco progenitam, Theodoram Asaninen, imperatoris consobrinam acceperat) hunc, inquam, Manuelem accersens, „Meus nepos, ait, praeterita nocte aufugit. Ubi moretur, pro certo haud scio. Hoc quidem mihi exploratissimum est, intra paucos dies in vinculis ad me adductum iri. Nunc adiunctis tibi militibus, quot sufficere putabis, fugitores per vestigia insequere. In quos simul incideris, nihil erit quod agas amplius, quam ut captis omnibus domum revertare: quippe quibus non solum se defendere, sed vos contra aspicere nunquam in mentem veniet." At enim Tagaris, homo prudens et bellandi minime rudis: „Tibi quidem, imperator optime, inquit, minime negotiosum videtur, nepotem comprehendere vinctumque adducere; ego vero diversum plane sen-

A.C. 1321 σασθαι, καὶ μὴ σὲ τῆς ἐλπίδος, ὦ βασιλεῦ. τοῦτο μὲν οὖν
D ὁποῖον ἄν ποτε ἀποβαίη, αὐτό, φασι, δείξει. ἐπεὶ δ' ἐπέταξας
στρατιὰν ἀναλαβόντα καταδιώκειν αὐτοὺς, ὡς, ἂν ἐγγένηται
συντυχεῖν, οὐ μόνον οὐκ ἀμυνουμένων, ἀλλ' οὐδ' ἀντιβλέψαι
τολμησόντων· ὡς ἔχω καὶ περὶ τούτων γνώμης, ἐρῶ. τὸν ἀρι-
θμὸν τῆς παρούσης ἐνταυθοῖ στρατιᾶς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὴν
ἐμπειρίαν καὶ τόλμαν ὁ σὸς ἔγγονος καὶ οἱ περὶ αὐτὸν σαφῶς
εἰδότες, οὐκ ἂν ἐτόλμησαν τραπέσθαι πρὸς τὴν φυγὴν, εἰ μὴ
πρότερον ἐπ' ἄκροις δόρασιν ἐξαρτήσαντες τὴν ζωὴν, οὕτω
παρέθηξαν ἑαυτοὺς, ὡς πᾶσιν, οἷ ἂν ἐπίωσιν, ἀμυνούμενοι
P. 60 μέχρι τοῦ πεσεῖν. ἴσασι γὰρ σαφῶς ὡς, ἂν ἁλῶσιν, ἥκιστα
τοῦ ἀποθανεῖν πείσονται μετριώτερα. διόπερ ὡς τεθνηξόμε-
νοι μαχοῦνται καὶ ὑπὲρ δύναμιν, ἀφειδοῦντες ἑαυτῶν. θανα-
τῶσιν οὖν ἀνθρώποις ἐξ ἴσου τοῦ ἀριθμοῦ συμπλέκεσθαί τινα,
οὐδὲ πόῤῥω μανίας δόξειεν ἄν. ἐπὶ γὰρ τῶν τοιούτων τοὺς
ἀντιτεταγμένους καὶ τῷ πλήθει πολλῷ τῷ μέτρῳ χρεὼν ὑπερ-
έχειν, καὶ ταῖς προθυμίαις ἴσους εἶναι· ἃ δὴ καὶ ἀμφότερα
ἡμῖν ἐν ἀμφιβόλῳ κεῖται. τῶν τε γὰρ συνόντων αὐτοῖς οὐκ
ἴσμεν τὸ πλῆθος, καὶ τῶν ὑφ' ἡμῖν τεταγμένων, ὁποτέροις
πρόσκεινται τὰς γνώμας, ἀγνοοῦμεν. ἄλλως τε καὶ περὶ μέσας
νύκτας αὐτῶν ἐξελθόντων, ὡς παρὰ τῶν φυλάκων τῶν πυλῶν
B ἐξεγένετο μαθεῖν, ἡμῶν δ' οὐ μέχρι βαθείας ἑσπέρας δυνη-
σομένων ἂν πρὸς τὴν δίωξιν καταστῆναι, ἐκείνοις μὲν τὸ ἐν
ἀσφαλείᾳ περιστήσεσθαι εἶναι, ἡμῖν δὲ τὸ ἀνεφίκτοις ἐπιχει-

tio: tametsi cupio sane, me opinione potius aberrare, quam spem tuam decipi. Sed huius consilii eventum res ipsa docebit. Quoniam autem mandasti, ut delecta manu eos persequerer: nam si eos assequar, nec resistere, nec nos aspicere ausuros; etiam in hoc, quid mei iudicii sit, eloquar. Quantae hic nobis copiae, quam exercitatae et animosae sint, nepos tuus et amici eius luculenter scientes, non se in fugam tradidissent, ni prius vita in hastarum mucronibus suspensa, adeo semetipsos exacuissent, ut adversus quorumlibet impressionem usque ad mortem proeliaturi sint. Norunt enim perbene, si in potestatem venerint, nihilo se mitiora ipsa morte perpessuros. Quamobrem animarum suarum prodigi et tamquam morituri, supra vires etiam pugnabunt. Cum hominibus igitur vitae aleam subeuntibus aequa manu pugnam conserere, parum distat ab insania: multo siquidem maiore numero parique alacritate in eos pugnandum est: quae ambo nobis in incerto sunt. Nam quanta se ad illos multitudo aggregaverit, ignoramus: et nostrorum militum animi in te, an in illum propendeant, incompertum habemus. Praeterea cum illi sub gallicinium sese extulerint (id quod portarum custodes retulerunt) nos autem insequendo usque ad conticinium insistere

ρεῖν καὶ δυοῖν ἕτερον συμβήσεται, ἢ ὑστερήσαντας ἀπράκτους A. C. 1321
ἐπανελθεῖν, ὃ καὶ αὐτὸ σημεῖον ἂν ἥττης εἴη, ἢ καταλαβόν-
τας, ἡττηθέντας πεσεῖν. τούτων δὴ ἕνεκα οὐ καταδιώκειν ἐξ
ἐφόδου, ἀλλ' ἑτερόν τινα τρόπον πρὸς αὐτοὺς πολεμητέον εἶ-
ναί μοι δοκεῖ."

ιθ'. Τούτοις τοῖς λόγοις καὶ τῶν παρόντων συνειπόντων C
συγκλητικῶν, ὁ βασιλεὺς τῆς μὲν πρὸς τὴν δίωξιν βουλῆς ἀ-
πέστη, ὀμνύναι δ' ἐκέλευσε πάντας τοὺς ὑπ' αὐτὸν, ὡς οὐ-
δεὶς ἂν ἕλοιτο τὰ Παλαιολόγου τοῦ Ἀνδρονίκου, (οὕτω γὰρ
προσετέτακτο μηκέτι βασιλέα κατονομάζειν,) ἀλλὰ πολέμιον
ἡγεῖσθαι ὡς τοῦ βασιλέως ἀφεστηκότα. οἱ ὅρκοι μὲν οὖν ἐτε-
λοῦντο, ἤνυον δὲ πλέον οὐδέν. οὐ μόνον γὰρ ἐκ Βυζαντίου V. 49
καὶ τῆς συγκλήτου καὶ τῆς στρατιᾶς ὁσημέραι πολλοὶ πρὸς
τὸν νέον Ἀνδρόνικον ηὐτομόλουν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων D
ἐπαρχιῶν τε καὶ πόλεων τῶν ὑπηκόων Ῥωμαίοις συνέῤῥεον
κατὰ συστάσεις, ὡς ἐν ὀλίγῳ περὶ αὐτὸν στρατιὰν ἀξιόμαχον
ἀθροισθῆναι. ἐγένοντο μέντοι πρὸς τὸν νεωτερισμὸν ἁρπαγαὶ
καὶ φθοραὶ πραγμάτων οὐχὶ συχναί. τούς τε γὰρ πράττοντας
τοὺς δημοσίους φόρους ἀπεστέρησαν τῶν ὄντων οἱ προστυ-
χόντες, εἰ μή που καὶ αὐτοὶ προαισθόμενοι κατέκρυψαν ἐν
ἀσφαλεῖ· καὶ αὐτοὶ δὲ πολλὰ ἑαυτοῖς περιεποιήσαντο ἀποστε-
ρήσαντες βασιλέα, ὡς δῆθεν ἀφῃρημένοι παρὰ τῶν προσ-
τυχόντων· καὶ εἴ τις πρός τινα τῶν τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ

22. βασιλέα corr. ED. P. pro vulg. βασιλέως.

non possimus, ipsis securis, nos captabimus, quae capere nequibimus: et horum alterum continget, ut aut eos non assecuti domum frustra redeamus, quod ipsum nos inferiores arguet, aut si eos adepti adoriamur, certamine victi concidamus. His ego de causis non in itinere persequendos, sed alio quodam modo bellum cum iis gerendum existimo."

19. Cum his etiam assentirentur, qui de primoribus palatinis praesentes aderant, imperator fugitivos persequendi voluntatem abiecit: subditos autem omnes sacramentum poposcit, non se ab Andronico Palaeologo iuniore facturos (quo ipso edicebatur, ne quis posthac imperatorem nominaret) sed hostis loco haberet, quandoquidem ab imperatore avo descivisset. Ergo iurabatur quidem, sed actum agebatur: quippe non solum Byzantio e senatu et militibus quotidie complures ad nepotem transibant: verum ex aliis aeque provinciis et civitatibus Romani imperii turmatim confluebant, ut brevi spatio circum se iustum teneret exercitum. Nec tamen studio novarum rerum direptiones et vastitates crebrae inferebantur. Tributorum coactores ab occursantibus despoliabantur, nisi ipsi praesentientes pecuniam tutis locis absconderant: ipsique insuper defraudato imperatore non parum sibi, quasi ab obviis spoliati, retinebant: ac

A.C. 1321 προσκειμένων διαφορὰν ἔχων ἰδίων ἕνεκα ἐγκλημάτων, ἠμύ-
P. 61 νατο, τοῦ καιροῦ συμμαχοῦντος, εἰς ἁρπαγὴν καρπῶν καὶ
βοῶν καὶ προβάτων περιστήσαντες τὴν ζημίαν. ὁ δὲ πρεσβύ-
τερος βασιλεὺς, ὡς ἐναντίως ἢ αὐτὸς προσεδόκα τὰ πρά-
γματα ἐχώρει, συναγαγὼν τοὺς ἐν τῇ Κωνσταντίνου τότε δια-
τρίβοντας ἀρχιερέας, (ὁ πατριάρχης γὰρ Γεράσιμος ἔφθασε
τελευτήσας ἐν ᾗ νυκτὶ καὶ ὁ νέος βασιλεὺς ἐξῆλθε τοῦ Βυ-
ζαντίου,) καὶ διαλεχθεὶς αὐτοῖς ἃ ἐδόκει δίκαια εἶναι, πείθει
χωρισμὸν ἀπὸ θεοῦ ἐκφωνῆσαι κατὰ παντὸς ἀνθρώπου τοῦ τε
νῦν τῷ ἐγγόνῳ συνόντος τοῦ τ' ἐσομένου. ὡς δὲ μηδὲ τοῦτ'
ἐπισχεῖν ἠδυνήθη τὰς τῶν ἀφισταμένων ὁρμὰς, δείσας ὁ πρε-
B σβύτερος βασιλεὺς, μὴ καὶ εἰς πέρας ἀφίκηται τὰ πράγματα κα-
κὸν, οὕτως ἐναντίως ἢ αὐτὸς προσεδόκησε χωροῦντα, τὸν
Φιλαδελφείας Θεόληπτον καὶ τὸν τοῦ κοιτῶνος προκαθήμενον,
Καλλικρηνίτην, πρέσβεις πρὸς τὸν ἔγγονον ἀποστείλας, πρὸς
ξυμβάσεις ἐχώρει, ἐπαγγειλάμενος, ὡς ὅπερ ἂν ὁ ἔγγονος ἐθέ-
λοι γράμμασι δηλώσας, αὐτὸς ἂν εἰς πέρας ἀγάγοι. οἱ μὲν
οὖν πρέσβεις εἰς Ἀδριανοῦ πόλιν ἐλθόντες, ἐπεὶ καὶ βασιλεὺς
ὁ νέος ἔτυχε πρὸ τῆς πόλεως ἐπισκεπτόμενος τὴν στρατιὰν,
προσῄεσαν ὡς προσκυνήσοντες και τα τῆς πρεσβείας ἀπαγ-
γελοῦντες. τὸ δὲ πλῆθος περιστάντες αὐτοὺς γυμνοῖς τοῖς ξίφε-
C σιν, ὡς ἐπύθοντο ὑπὲρ εἰρήνης ἀφιγμένους, ἐκέλευον ἀλλήλοις
ἀποκτιννύναι. ὁ μὲν οὖν Καλλικρηνίτης τῷ δέει κατασεισθεὶς
τὴν ψυχὴν, τοῦ ἵππου τε ἀπεπήδησε, καὶ ἀμφοτέραις περι-

si quis cum quopiam seniori studentium privatas exerceret controversias, seque data opportunitate ulcisceretur, fructus, boves et oves pro poena adversario auferebat. Senior postquam rem secus ire vidit atque speraverat, coactis qui per id tempus Constantinopoli visebantur episcopis, (patriarcha enim Gerasimus morti concesserat ea ipsa nocte, qua nepos urbem deseruerat) expromptisque apud eos, quae iure expromenda ducebat, persuadet, ut anathema contorqueant in omnes, quique nunc a nepote sint, quique postea futuri sint. Sed cum ne sic quidem deficientium impetus coërceretur, timens, ne, quoniam res tam contra exspectatum procederent, extrema pernicies sequeretur, Philadelphiae episcopum Theoleptum et Callicreniten, sacri cubiculi procubitorem, legatos ad nepotem mittit, pacificationem offert, facturumque se, quod is litteris scriptis a se optaret, pollicetur. Igitur legati Adrianopolin veniunt: iuniorem imperatorem ante urbem copias recensentem offendunt: eum adoraturi et legationem expositiuri adeunt. Tum milites magna eos frequentia districtis ensibus circumfundunt, atque ut de pace adventasse audiunt, ad illos contrucidandos inter se hortantur. Itaque Callicrenites ex equo desiliens tremulus, et imperatoris genua com-

σχὼν τὸν βασιλέως πόδα, ἵστατο περιδεὴς, ὅσον οὔπω νομί- A. C. 1321
ζων ἀποθανεῖσθαι· ὁ Φιλαδελφείας δὲ, ὥσπερ δι' ἀψύχων τινῶν
παριὼν καὶ ψόφων κενῶν ἀκούων, ἀκατάπληκτος ἦν πρὸς
πᾶν ὁτιοῦν. ἰδὼν δὲ τὸν Καλλικρηνίτην ὥσπερ ἀποτεθνηκότα
τῷ δέει, „οὐ δέον" εἶπεν „ὦ θαυμάσιε σὺ, οὕτω κατάκρας πρὸς
τὸν θάνατον κατεπτηχέναι, μέλλοντας, εἰ μὴ νῦν, ἀλλ' οὖν
ὕστερόν ποτε ἀποθανεῖσθαι. εἰ οὖν τοῦτο πᾶσα ἀνάγκη, βέλ-
τιον, ὅτε καὶ πρόφασίς τινος κέρδους, ἢ ὅτε μή. τούτου δ' οὕ- D
τως ἔχοντος, ποία πρόφασις εὐλογωτέρα, ἢ ὑπὲρ εἰρήνης πρε-
σβεύοντας τελευτῆσαι;" εἶτ' ἐπιστραφεὶς πρὸς τὸν μέγαν δομέ-
στικον καὶ Συργιάννην καὶ πρωτοστράτορα, (οὗτοι γὰρ αὐτὸν
περιέστησαν, ὅπως μή τι περὶ αὐτὸν τολμηθῇ,) „εἰ μὲν ἔξεστιν
ὑμῖν" ἔφη „τοὺς ἀνοήτους τουτουσὶ καὶ θρασεῖς καταστέλλειν,
πράττετε ἃ προσήκει· εἰ δ' οὖν, ἀλλ' οὗτοί γε δρώντων ἃ προ-
θυμοῦνται. πάντως οὐδὲν ἂν εἴη τῶν ἀβουλήτων θεῷ." ἐπὶ
τούτοις ὁ ἀνὴρ ἐθαυμάζετο τῆς μεγαλοψυχίας ἕνεκα, καὶ καρ-
τερίας πρὸς τὰ δεινά. μέχρι μὲν οὖν τινος βοή τις θορυβώδης
ἐξηχεῖτο διὰ τοῦ πλήθους· εἶτα κατεσταλμένης, ὁ βασιλεὺς P. 62
τοὺς πρέσβεις ἰδίᾳ παραλαβὼν, καὶ περὶ ὧν ἥκουσιν ἐκμα-
θὼν, ἀντεμήνυσε δι' αὐτῶν τῷ βασιλεῖ καὶ πάππῳ τοιάδε· V. 50
„τὸ καταπίπτειν ἐν τοῖς δεινοῖς καὶ ἀγεννῆ τινα καὶ πράττειν
καὶ φθέγγεσθαι, φαύλων τινῶν καὶ μικροψύχων καὶ αὐτὸς

6. σὲ et μέλλοντα coni. ED. P. Scilicet legebat ὦ θαυμάσιε, σὺ οὕτω, quod vitium sanavi.

plexus, magno cum timore adstat, iamiam se interfectum iri arbitratus. At Philadelphiensis, ut si per inanima transiret et vanos quosdam strepitus exaudiret, et ad omnia imperterritus manet, et Callicreniten metu prope exanimatum cernens: „Heus tu, inquit, non horrore mortis tantopere perfundi decet, cum, si non modo, aliquando quidem certe, morituri simus. Si ergo mors est inevitabilis, praestat utique mori, cum se commodi alicuius ostendit occasio. Quod cum ita sit, quae tandem convenientior occasio, quam pro pace legationem obeuntes mori?" Dehinc ad magnum domesticum, Syrgiannem et protostratorem conversus, (hi enim proxime circumstabant, ne quid ei noceretur,) „Si potestis, inquit, stolidos istos ac temerarios reprimere, vestri officii munus implete: sin minus, faciant quod facere gestiunt: invito deo nihil fiet." Tam sublimis et ad quaeque gravia toleranda promptus viri animus admirationem habuit. Aliquamdiu igitur multitudo clamore fremebat: quo sedato, legatos seducens imperator, cuius ergo venissent cognoscit, et per eosdem avo in hanc sententiam respondet: Adversis casibus cedere et illiberale quippiam aut agere aut eloqui, minutorum angustorumque quorumdam hominum: secunda fortuna intumescere et nimium sapere, imperitorum et audacium: aequabilem vero in prosperis et adversis servare constantiam,

A. C. 1321 εἶναι κρίνων, τὸ δ' ἐν ταῖς εὐτυχίαις φυσᾶσθαι καὶ μεῖζον ἢ προσήκει φρονεῖν, ἀμαθῶν καὶ θρασέων, ὁμοίους δὲ ἔν τε τοῖς δεινοῖς εἶναι καὶ τοῖς ἐναντίοις, ἀνδρείων καὶ νοῦν ἐχόντων, οὔθ' ὅτ' ἐδικαζόμην παρὰ σοὶ κριτῇ, βασιλεῦ, δειλίᾳ τινὶ ληφθεὶς ἔλεγον ἅπερ εἶπον, ὑποκρινόμενος τὴν ἀλήθειαν, οὔτε νῦν, ὅτ' ἐν τῷ ἀσφαλεῖ δοκῶ καθεστάναι, ἕτερα φθέγξομαι τῶν προτέρων, ἀλλ' ἐπὶ μάρτυρι πάλιν φθέγγομαι τῷ θεῷ, ὡς B οὐδὲν ἐμαυτῷ σύνοιδα τῶν ἐγκαλουμένων, οὐδέ τι τοιοῦτον ἡμαρτηκότι, ὥστ' εἰς τοσαύτην ὑπερβολὴν ὀργῆς τὴν σὴν γαληνότητα ἐρεθίσαι. τὸ μὲν οὖν εἰς διαλλαγὰς χωρῆσαι καὶ τὴν πατρικὴν εὐμένειαν αὖθις ἀνακαλέσασθαι, εὐχῆς ἔργον ἐμοί. νῦν δὲ ἀδυνάτου φαινομένου τοῦ εἰπεῖν τι καίριον ἢ καταπράξασθαι διὰ τὴν ἀταξίαν τῆς στρατιᾶς πολλήν τινα γεγενημένην, ὡς ἀπὸ τῶν πρέσβεων μαθήσῃ, κατ' ἐμαυτὸν διασκεψάμενος, ἐπεὶ καὶ τὴν σὴν βούλησιν ἐπυθόμην, ταῦτα καταπράξομαι, ἅπερ ἂν ἥδιστα καὶ αὐτῷ σοὶ φανείη." τοῖς μὲν δὴ πρέσβεσι τοιαῦτα διαλεχθεὶς ὁ βασιλεὺς, καὶ χρησταῖς ἐλπίσι μετεωρίσας, ἐς Βυζάντιον ἐκέλευεν ἀναστρέφειν. οἳ δὴ καὶ C ἀφικόμενοι πρὸς βασιλέα, καὶ τήν τε τῆς στρατιᾶς ὑπὲρ τοῦ νέου βασιλέως σπουδήν τε καὶ προθυμίαν, καὶ τὴν κατ' αὐτῶν ὁρμὴν καὶ μανίαν ἀπηγγελκότες, οὐκ ὀλίγην ἐνεποίησαν ταραχήν· εἶτ' αὖθις καὶ τοῖς τοῦ νέου βασιλέως χρησάμενοι λόγοις, παρεσκεύασαν χρηστότερα ἐλπίζειν. ἔνδον μέντοι καὶ αὐτοῦ Βυζαντίου τὰ μὲν τοῦ νέου βασιλέως ηὔξανε σφόδρα καὶ

1. κρίνω male coni. ED. P., cum sola interpunctione locus laboraret, quae olim post θρασέων et ἐχόντων plena erat.

fortium atque prudentium sibi videri. Itaque se neque cum apud ipsum causam diceret, timore aliquo affectum, simulata veritate, dixisse quae dixerit: neque nunc, quando se tutum existimet, priorum aliena dicturum; sed rursus deum testem appellare, nullius conscium esse quae sibi obiecta sint criminum: neque tam immane ullum facinus admisisse, ut ira tam insanabili eius serenitatem exasperare potuerit. Quare concordiam resarciri paternamque benevolentiam restitui, optatum sibi et carum accidere. Verum quia in praesens adeo tumultuante milite, opportunum dici aut agi nihil queat, ut ipsimet legati testaturi sint, se eius voluntate iam perspecta et animo suo in consilium adhibito, ea facturum, quae ipsum quoque avum summa iucunditate compleant. His dictis, legatos spe bona erectos Byzantium remittit. Qui ut seni exercitus universi alacritatem et studium erga iuniorem, in ipsos veto incitatum furorem narraverunt, vehementer illum conturbarunt, moxque responso nepotis explicato, ad meliora speranda permoverunt. Porro in ipsa quoque urbe Byzantio partes iunioris et augebantur mirifice et corroborabantur eximie: senioris

ἰσχὺν προσελάμβανεν οὗτοι μετρίαν· τὰ δὲ τοῦ πρεσβυτέρου A.C. 1321
ὑπέῤῥει τε κατὰ μικρὸν καὶ ἀσθενέστερα ἀπεδείκνυτο. ἀλλὰ D
τὰ μὲν κατὰ Βυζάντιον τοιαῦτα.

κ'. Ὁ νέος δὲ βασιλεὺς εἰς τὴν ὑστεραίαν τοὺς ἐν τέ-
λει πάντας καὶ τοὺς τῶν ταγμάτων ἡγεμόνας συγκαλεσάμενος,
ἔτι δὲ καὶ τὴν στρατιὰν καὶ τὴν χθὲς ἀταξίαν καταμεμψάμενος
ὡς οὐ καλῶς οὐδὲ προσηκόντως γεγενημένην, (μηδὲ γὰρ ἐκ φαύ-
λου ἀγαθόν τι δύνασθαι ἐκβῆναι,) εἶτα ἐπειπὼν, ὡς νῦν μὲν
ἂν συγγνοίη τοῖς αἰτίοις τῆς ταραχῆς ὡς οὐκ εἰδόσιν αὐτὸν P. 63
ἀηδῶς ἔχοντα πρὸς τὰ τοιαῦτα, ἂν δ' αὖθις παραπλήσια
τολμῶσι, δίκην ἐπιθήσει πρέπουσαν τοῖς ἀτακτοῦσιν· εἰς μέ-
σους παρέθηκε τὴν βουλὴν, φήσας, ὡς „οἱ μὲν παρὰ βασι-
λέως τοὐμοῦ πάππου λόγοι καὶ ἡ ἀξίωσις, ὡς αὐτός τε
ἀσπάζοιτό, εἰσι, τὴν εἰρήνην, καὶ ἡμᾶς βούλοιτο· καὶ τούτου
χάριν ἡμᾶς μὲν ἃ βουλοίμεθα αἰτεῖν, ἐκεῖνον δὲ ἡδέως ἔχειν
εἰς πέρας ἄγειν. λοιπὸν τοίνυν ὑμᾶς ἕκαστον ἃ ἂν οἴηται συν-
οίσειν λέγειν." Πρὸς ταῦθ' ἅπαντες ὥσπερ ἀπὸ συνθήκης
μία γενόμενοι γλῶσσα, μὴ δέχεσθαι ἔφασαν τὴν εἰρήνην, μηδὲ
βούλεσθαι ὅλως βουλεύεσθαι περὶ τούτου. „ἰδοὺ γὰρ, ὡς
ἀκούομεν, βασιλεῦ, εἰς ἔσχατον ἀφιγμένος κινδύνου, καὶ μό- B
γις θεοῦ συναιρομένου τὸ ἀποθανεῖν διαφυγὼν, τοῖς αὐτοῖς V. 51

14. εἰσι. Haec vox suo loco, ut videtur, mota est, subiicien-daque est post ἡ ἀξίωσις, et ita totus locus legendus: ἀσπά-ζοιτο τὴν εἰρήνην. καὶ τούτου χάριν ἡμᾶς μὲν ἃ βουλοίμεθα αἰτεῖν etc. repudiato illo: καὶ ἡμᾶς βούλοιτο, quod per osci-tantiam forsan irrepsit. *ED. P.* Prior coniectura vera, altera non item, ut opinor. In verbis καὶ ἡμᾶς βούλοιτο, quae prae-cedenti αὐτός τε respondent, supplendum est ἀσπάζεσθαι τὴν εἰρήνην.

contra sensim minuebantur et debilitabantur. Byzantii status rerum erat huiuscemodi.

20. Postera luce iunior imperator primoribus universis et ordinum ducibus convocatis, ubi de exercitu et hesternis turbis, ut de re parum laudabili et decora querelam habuit, (neque enim e malo boni quippiam exsistere posse,) et se nunc quidem turbarum illarum auctoribus ignoscere, tamquam nesciis, sibi talia displicere: si quid in posterum simile attentaverint, pro dignitate in eos animadversurum professus est, quo de consultandum esset, exposuit. Avus noster, inquit, pacem se amplexurum declaravit, pollicitus se, quod voluerimus, libenter praestiturum. Restat ut quisque vestrum dicat, quod futurum e re publica senserit. Hic omnes velut ex composito, uno ore clamare, neque accipere se pacem, neque super hoc negotio consuli velle. Ecce enim tu, imperator, in extremum, ut fama est, devolutus discrimen, et vix morti, Deo opitulante, elapsus, in

A. C. 1321 ἢ καὶ χείροσι κακοῖς περιπεσεῖν φιλονεικεῖς. δεόμεθα δή σου
τοῦ τοιαῦτα λογίζεσθαι ἀποτρέπεσθαι· ὅμως ἐπείπερ, ὡς σὺ
φῂς, ὁ σὸς πάππος εἴρηκε καὶ βασιλεὺς, ὡς ὅπερ ἂν αὐτὸς
ἐθέλῃς αἰτεῖν, ἐκεῖνον ἐκπληροῦν παρεσκευάσθαι, τῆς βασι-
λείας λέγομεν ἀποστάντα καθ' ἑαυτὸν ὅποι βούλοιτο διάγειν,
σὲ δὲ ἐᾷν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἰθύνειν· ἂν δὲ μὴ βούλοιτο,
πρὸς Βυζάντιον ἰτέον ἐπ' αὐτόν. οἰόμεθα γὰρ οὐδὲ μέχρι
τειχῶν περιμενεῖν ἡμᾶς τοὺς Βυζαντίους, ἀλλ' ἔτι ποῤῥωτέρω
C ὄντων, εἰς ὑπάντησίν τε σὴν ἐξελθεῖν καὶ τὴν πόλιν ἂν πα-
ραδοῦναι. εἰ μὲν οὖν οἵσπερ βουλευόμεθα πείθῃ καὶ αὐτὸς,
ὦ βασιλεῦ, μηκέτι μέλλωμεν, ἀλλ' ἔργου ἐχώμεθα ἤδη. εἰ
δ' ἄλλως αὐτὸς βεβούλευσαι, ἀλλ' ἡμῖν γε φανερῶς φράσον,
ὅπως ἕκαστος, ὡς ἂν οἷός τε ᾖ, διασώζῃ ἑαυτόν." Τούτων
οὕτως ἀπὸ πάντων ὥσπερ ἀπὸ μιᾶς εἰρημένων γλώττης, πολ-
λὴν ὁρῶν ἀκαιρίαν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ μεταπείθειν ἐπιχειρεῖν,
(ἥ τε γὰρ στρατιὰ ἀκάθεκτοι ταῖς ὁρμαῖς ἦσαν, καὶ μάλιστα
οἱ ἐκ Γερμανῶν μισθοφόροι Λατῖνοι, ἐν οἷς ἦσαν καί τινες
τῶν εὐπατριδῶν παρ' αὐτοῖς, αὐτός τε ἀήθως ἔτι εἶχε πρὸς
ἅπαντας, πλὴν ὀλίγων τινῶν, καὶ οὐκ ἦν ἐκ τοῦ ῥᾴστου πρὸς
D ἀγνῶτας διαλέγεσθαι, ὥσπερ ἦν χρήσιμον τῷ καιρῷ,) πολλὰς
τῆς εἰς αὐτὸν εὐνοίας αὐτοῖς χάριτας ὁμολογήσας, καὶ δεῖν
εἶναι εἰπὼν πλείονι διασκέψει δοῦναι τὸ πρᾶγμα, καὶ μὴ ἐφ'
οὕτω μεγάλην πρᾶξιν ἀπερισκέπτως χωρεῖν· „οὐ γὰρ περὶ μι-
κρῶν τινων βουλευόμεθα, ἀλλὰ περὶ τοῦ σύμπαντος σχεδόν"

eadem et deteriora mala te praecipitare contendis. Quare rogamus, uti cogitationem istam a tua mente repudies. Verumtamen quoniam avus, ut autumas, praestare paratus est quod tibi petere placuerit, censemus, uti se abdicet, et ubi locorum voluerit, sibi vivat: tu Romanum imperium capessas. Si detrectaverit, Byzantium adversus illum infestis signis procedendum. Et arbitramur, Byzantinos usque ad muros adventum nostrum haud exspectaturos: sed procul adhuc distantibus occursuros urbemque dedituros. Si itaque nostro consilio flecteris, ne differamus: sed ad opus iam aggrediamur. Sin alia tibi mens, aperte enuntia, ut quisque nostrum quomodo poterit saluti suae provideat. His ita ab omnibus tamquam una lingua dictis, perspiciens imperator, valde intempestivum esse, aliorsum eos conari deducere, (cohiberi enim militum furor non poterat, praecipue conductitiorum Latinorum e Germania, in quibus erant quidam domi nobiles: et ipse, paucis exceptis, omnium adhuc erat insolens, nec dabatur, quemadmodum tempus postulabat, Graecae linguae ignaros alloqui,) amplis de benevola erga se eorum voluntate gratiis actis, et rem accuratius considerandam, nec ad tanti momenti negotium inconsulto accedendum, siquidem non de nugis; sed de summa rerum

διέλυσε τὸν σύλλογον, εἰς τὴν ὑστεραίαν τὸ πέρας τῆς βου- A.C. 1321 λῆς ἐξαρτήσας. τούτων δὲ διαλυθέντων, ἅμα τοῖς τρισὶ πάλιν ὁ βασιλεὺς ἐβουλεύετο περὶ τῶν προκειμένων, ἃ συμφέρειν ἕκαστος οἴεται κελεύσας εἰπεῖν. εἶπεν οὖν πρῶτος ὁ Συργιάννης· „ἡμεῖς ἃ καὶ πρότερον ἐβουλευσάμεθα, βασιλεῦ, ὄντες ἐν Βυζαντίῳ, οὐκ ἰδίᾳ τι ἐχθραίνοντες ἐφθεγξάμεθα τῷ σῷ πάππῳ καὶ βασιλεῖ, οὐδὲ περὶ πλείστου τὸ κακῶς αὐτὸν ποιούμενοι παθεῖν, ἀλλὰ τῆς σῆς κηδόμενοι σωτηρίας, ἀναγκαίως ἐφερόμεθα πρὸς τοῦτο· ἡ γὰρ τοῦ ἑνὸς εὐδοκίμησις τοῦ ἑτέ- P. 64 ρου εἶναι φαίνεται καταστροφή· ὃ δὴ καὶ νυνὶ συμβαίνει. τῆς γὰρ στρατιᾶς ἁπάσης ἐπ' αὐτὸν ἰέναι προθυμουμένης, (ἔχονται δὲ ὀρθῶν λογισμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδένα νοῦν ἔχοντα ἀντειπεῖν,) εἴ τι καὶ περὶ ἐκεῖνον συμβαίη τῶν δυσχερῶν, οὐχ ἡμῶν τῶν ἠναγκασμένων, ἀλλ' ἐκείνων ἂν εἴη τῶν εἰς τὴν ἀνάγκην συνελασάντων. τοιγαροῦν ἐπεὶ κοινῇ πᾶσι τὰ αὐτὰ ἔδοξε λυσιτελεῖν, ἡμεῖς τε οὐδεμίαν τοῖς βεβουλευμένοις μέμψιν ἔχομεν ἐπιφέρειν, τὰ κοινῇ δοκοῦντα πράττειν ἀνάγκη."

Τούτοις συνεῖπε καὶ ὁ πρωτοστράτωρ· τοῦ μεγάλου τε δομεστίκου μὴ συνετώτερον ἑαυτὸν εἶναι νομίζειν τῶν ἄλλων B ἁπάντων εἰπόντος, ὥστε τοῖς κοινῇ δοκοῦσιν αὐτὸν μόνον ἐναντία λέγειν, ἀνέστησαν. βαθείας δὲ νυκτὸς τὸν μέγαν δομέστικον ὁ βασιλεὺς μόνον παραλαβὼν, καὶ αὖθις ἐβουλεύοντο περὶ τῶν αὐτῶν· ἐδόκει δὲ καὶ αὐτοῖς ὀρθῶν μὲν ἔχεσθαι τὴν

22. ἐβουλεύετο male coni. ED. P.

propemodum agatur, praefatus, in diem alterum reiecta sententia, concilium dimisit. Quo dimisso, cum tribus illis rursum consilii capiendi deliberat: et praecipit, ut quod expedire videatur, ne taceant. Primus Syrgiannes sic incepit: Quae iam ante Byzantii in congressu diximus, non privato aliquo in avum tuum odio, neque quod in maximo lucro eius calamitatem poneremus, locuti sumus: sed quia de salute et incolumitate tua soliciti eramus, eo necessario deveniebamus: unius enim claritas et illustratio, alterius videtur eversio: quod et nunc usuvenit. Quod enim exercitus universus eius oppugnandi desiderio fervet, aequum desiderat, nec eum quisquam prudens reprehendet: et si quid odiosum atque grave illi contigerit, non id nostra, qui cogimur, sed illorum, qui cogunt, culpa contigerit. Proinde, quia communiter omnibus ea visa sunt conducere, et nos eorum consilium vituperare nullo modo possumus; quae universis probantur, ad rem conferenda sunt. In hanc sententiam pedibus ivit etiam protostrator. Cumque addidisset magnus domesticus, non se intelligentia omnes vincere, ut ipse solus communi iudicio adversaretur, surrexerunt. Ubi plerumque noctis processit, imperator cum magno domestico solo iisdem de rebus deliberationem habet. Statuunt ambo, non male cogitare milites. Quod enim molitio novi-

A.C. 1321 στρατιὰν λογισμῶν. τοῦ νεωτερισμοῦ γὰρ ἤδη λαμπρῶς ἐξαφθέντος, πάντες ἦσαν μετέωροι πρὸς τὰς φήμας, καὶ μεταβολῆς ἀτόπως ἤρων. κίνδυνον μέντοι τὸν ἔσχατον τὴν εἰς Βυζάντιον αὐτῶν ἄφιξιν φέρειν τῷ βασιλεῖ, ὡς πάντων εὐθὺς τῷ νέῳ προσθησομένων. ὃ δὴ καὶ σκοπουμένοις αὐτοῖς, ὅπως ἂν μὴ γένηται, καὶ πολλὰς ἑλίξεις λογισμῶν διελθοῦσιν, ἐδόκει
C βέλτιστον εἶναι πρὸς Θεσσαλονίκην μᾶλλον ἐλθεῖν, ὡς ἂν ἐν
V. 52 τῷ μεταξὺ χρόνῳ τὰ κατ' αὐτὸν κατὰ σχολὴν εὖ διαθέμενος ὁ βασιλεὺς, πρὸς τὸν πόλεμον ἀντίσχῃ, καὶ μὴ ἀπόληται ἐπιχειρούμενος ἐκ τοῦ αἰφνιδίου. ταύτην δὴ κυρώσαντες τὴν βουλὴν, ἐτράποντο εἰς ὕπνον. τῆς δὲ ἐπιγενομένης ἡμέρας, τῶν τε ἐν τέλει πάντων καὶ τῶν τῆς συγκλήτου συνελθόντων, παρόντων καὶ τῶν εἰρημένων Λατίνων, εἴ τι καινότερον τῶν χθὲς βεβουλευμένων ἐξεύρηταί τινι, ὁ βασιλεὺς ἐπυνθάνετο κοινῇ· „ἀτελοῦς γὰρ τοῦ βουλεύματος καταλειφθέντος, καὶ ὑμῶν πάντων περὶ αὐτὸ ἠσχολημένων, εἰκός τινα καὶ προσεπι-
D νοῆσαί τι πλέον·" Παλαιολόγου δὲ τοῦ μεγάλου στρατοπεδάρχου μήτ' αὐτόν τι προσεπινενοηκέναι πλέον, μήτ' ἄλλου ἀκηκοέναι φαμένου, καὶ καβαλλαρίου φραμπέριν τεμπινιὸλ, ὡς ἐκ

19. *καβαλλαρίου φραμπέριν τεμπινιὸλ* i. e. equite fratre Petro de Pignolo. nam ista vox *καβαλλάριος*, ut in C. Florentino observavi, significat equitem honorarii aut pii ordinis. Graeca autem sic divido; *φρὰ*, id est Italice, frater, (dicunt et frate,) *Μπέριν*, id est Petrus; nam Graeci inferiores *μ* litteram plerumque in propriis praeponunt litterae *π*, quod viris doctis Meursio et Gretsero observatum. Istud autem *Μπέριν* a Perrino defluxit, quo et familiae aliquot honoratiores Galliae nostrae usae sunt. *ντὲ* id est de, nam *ντ* litterae valent *δ*, ut in *ντάμα*, pro *δάμα*. *Πινιὸλ*, Piniolo; familiam quaerant queis otium est. Haec nobis monuisse sufficit. *ED. P.*

tatis iam quasi magnum incendium clare luceret, omnes a fama suspensi, mutationem domini vehementer appetebant. Verumtamen expeditionem hanc avo perniciem allaturam, quando ad nepotem omnes statim se applicaturi sint. Quod qua ratione impediretur, illis circumspicientibus et multa secum varie agitantibus, Thessalonicam potius eundum est visum, ut intermisso tempore senex paulatim firmatis opibus, adversariis obsistere posset, nec de improviso oppressus interiret. Hac sententia comprobata, quieti corpora mandaverunt. Die sequenti nobilibus ducibusque omnibus congregatis, praesentibus item Latinis, quorum ante mentionem fecimus, quaesitum est ab imperatore, ecquid praeter ea, quae heri voluissent, novi quippiam aliquis commentatus fuisset. Nam cum decretum nihil fuerit, et omnes eadem cogitatio occupatos tenuerit, verisimile fieri, meditando praeterea quempiam aliquid invenisse. Magno autem stratopedarcha Palaeologo dicente, nec sibi reputanti aliud occurrisse, nec ab alio novum aliquid audivisse, et caballario tamquam

προσώπου τῶν Λατίνων μηδαμῶς εἶναι τῶν χθὲς εἰρημένων A.C. 1321 μήτ' ἀληθέστερα μήτ' ἀναγκαιότερα εἰπόντος, καὶ τῶν ἄλλων ἑξῆς ἁπάντων τοῖς εἰρημένοις ἐπιψηφισαμένων, καὶ τὴν εἰς Βυζάντιον ἄφιξιν ἐπισπευδόντων, ὡς ἅμα τῷ φανῆναι προσχωρήσον, καὶ τέλος εἰς ἱκετείαν ὑπὲρ τοῦ ταῦτα πράττειν καταληξάντων, ὁ βασιλεὺς, μικρὸν ἐπισχών· „ἀλλ' ἔμοιγε" εἶπε „τὸ Σολομώντειον καλῶς εἰρῆσθαι δοκοῦν, τὸ, εἶναι σωτηρίαν ἐν πολλῇ βουλῇ· καὶ πολλὰ πολλάκις περὶ τῶν αὐτῶν βουλευσαμένῳ, ἐξεύρηταί τι καὶ τῶν εἰρημένων πλέον, ὃ δὴ καὶ δεῖν P. 65 ἔδοξεν εἰς μέσον θεῖναι, ὡς ἂν, εἰ καλῶς ἔχει, δοκιμασθῇ. ἐμοὶ πρὸς τὴν Ἀδριανοῦ τήνδε πόλιν ἀφιγμένῳ, αὐτοί τε πολλὴν ἐπεδείξαντο τὴν εὔνοιαν κοινῇ πάντες περὶ ἐμὲ, καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι κατὰ τὴν Θράκην ἄχρι Χριστουπόλεως προσεχώρησαν πόλεις· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσον ἦν στρατιωτικὸν ἐν ταῖς Θρᾳκικαῖς κώμαις καθιδρυμένον, οἷς καὶ πολλὴν ὀφείλειν τὴν χάριν ὁμολογῶ ὡς ἀγαθοῖς περὶ ἐμὲ προῖκα γεγενημένοις. αἱ μέντοι κατωτέρω Χριστουπόλεως πολλαὶ καὶ περιφανεῖς οὖσαι πόλεις ἄχρι καὶ Ἀκαρνανίας καὶ Δαλματίας ὑπήκοοι Ῥω- B μαίοις, καὶ στρατιὰν οὐκ εὐκαταφρόνητον ἔχουσαι καὶ στρατηγοὺς πολλούς τε καὶ ἀγαθοὺς, οὐδεμία προσεχώρησεν ἡμῖν. ὅπερ ἐμὲ ταραχῆς ἐνέπλησεν οὐκ ἀπαντῆσαν κατὰ γνώμην. οὐδ' εἶναι νομίζω λυσιτελὲς ὡς οὐδενὸς καταφρονῆσαι, ἀλλὰ

7. Proverb. 11. *ED. P.*

ex persona Latinorum affirmante, die hesterno dictis nihil esse neque verum magis, neque magis necessarium, ceterisque ordine omnibus eadem asseverantibus, et expeditionem in Byzantium festinantibus, quod, simul apparuissent, deditum iri aiebant: et postremo in preces, ut eo sibi liceret ire, desinentibus, imperator paulum moratus, At mihi, inquit, Salomonis illud praeclare scriptum videtur, salutem esse, ubi multa sunt consilia. Et cum saepius ac multum super iisdem rebus consultaverim, aliquid praeter hactenus dicta amplius inveni, quod in medium afferendum existimavi, ut a vobis quantum valeat, ponderetur. Postquam Adrianopolin veni, et cives cuncti benevole me acceperunt, et reliqua Thraciae oppida universa usque Christopolin in fidem auctoritatemque nostram sese contulerunt: quod et manipuli militares in vicis habitantes fecerunt, quibus gratuito mihi commodantibus, magnum a me beneficium deberi confiteor. Sed quae infra Christopolin usque ad Acarnaniam et Dalmatiam sunt urbes complures et florentes Romanis subiectae, in quibus cohortes minime aspernandae, cum multis strenuisque ducibus, earum nulla hactenus deditionem nobis fecit. Quod quia secus accidit, quam cupiebam, mihi magnopere molestum est. Nec fructuosum fore credo, illas ut nullius momenti despicere, sed societatem et communionem illarum aesti-

A.C. 1321 περὶ πλείστου ποιήσασθαι καὶ τὴν ἐκείνων συμμαχίαν καὶ κοινωνίαν. τούτου χάριν ἀναγκαῖον εἶναί μοι δοκεῖ τὴν πρὸς ἐκεῖνα φέρουσαν πρῶτον ἑλέσθαι. προσχωρησάντων δὲ ἐκείνων, πρὸς τὴν Κωνσταντίνου βαδιούμεθα θαῤῥοῦντες, οὔτ' ὀπίσω πολεμίους καταλιπόντες, καὶ διπλασίῳ τὴν δύναμιν προσκτη- C σάμενοι." βασιλεὺς μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπε, τὴν πρὸς τὴν ἑσπέραν ἑλέσθαι πείθειν ἐπιχειρῶν· οἱ δ' αὖθις τῶν προτέρων ἐχόμενοι λογισμῶν, πρὸς Βυζάντιον ἔλεγον ἀπιέναι δεῖν καὶ ἄλλοσε μηδαμῆ, ὡς οὐδὲν ὂν ἔργον αὐτὸ κατασχεῖν, καὶ μὴ παρατείνειν τὸν πόλεμον, ἀλλὰ συναιρεῖν.

D κά. Ἐν τούτοις τοῦ μεγάλου δομεστίκου φθεγγομένου V. 53 μηδὲν „σὺ δ'" ἔφασαν „ἀνθ' ὅτου μὴ καὶ αὐτὸς περὶ τῶν παρόντων γνώμην εἰσάγεις, ἀλλ' οὕτως ὡς καινοῦ μηδενὸς γινομένου σιωπὴν ἀσκεῖς;" „ὅτι γε" εἶπεν „οὐ βουλευομένους, ἀλλὰ τὴν βουλὴν ἐπικυροῦντας ὁρῶ. εἰ γὰρ ἐβουλεύεσθε, τάχ' ἄν τι καὶ αὐτὸς εἶπον τῶν συμφερόντων. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπείπερ ἐπύθεσθε, ἃ νομίζω συμφέροντα ἐρῶ. καὶ πρῶτον μὲν ἔπεισί μοι θαυμάζειν, ὅθεν οὕτω πεπείκατε ἑαυτοὺς, σὺν οὐδενὶ πόνῳ καταλή- P. 66 ψεσθαι τὴν Κωνσταντίνου μόνον ὀφθέντες. εἰ μὲν γάρ τι πλέον ἴστε ἢ ἐπύθεσθε ὧν καὶ αὐτὸς ἐπίσταμαι, ὅ, τι ποτ' ἂν εἴη μαθεῖν ἐβουλόμην· εἰ δ' οὐδὲν, τἀναντία παντάπασιν ἐμοὶ φρονεῖτε. ἐγὼ γὰρ πόλιν οὕτω μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον, καὶ χρήμασι καὶ ὅπλοις καὶ στρατιώταις δυνατωτάτην, καὶ βασιλέα ἐχου-

mandum maximi. Quare meo iudicio ante omnia iter eo intendamus necesse est. Ubi se illae nobiscum coniunxerint, tum denique neque hoste iam a tergo relicto, et viribus altero tanto auctis, ad Constantinopolin oppugnandam fidenter accedemus. Hactenus imperator, profectionem illis in occidentem persuadere laborans videlicet. At illi in sententia pristina perseverantes, Byzantium, alio nusquam iter conferendum dicere, quod eo potiri nihil sit negotii, bellumque contrahere potius, quam ducere oportere.

21. Inter haec tacente magno domestico, Quid tu, inquiunt, cur non etiam profers, de proposita re quid sentias? cur, quasi nihil agatur novi, ita siles? Quod vos, occurrit ille, non consilia agitantes, sed consulta iam rata facientes video. Etenim si consultaretis, forsitan ego quoque utile quiddam in medium protulissem. Nihilo minus quia sciscitamini, non celabo, quae conductura decerno. Principio miror, unde in eam opinionem veneritis, labore nullo, sed conspectu solo Constantinopolin esse capturos. Nam si vos amplius aliquid nostis auditioneve accepistis, quam ego scio, quid illud tandem sit, nosse velim; sin minus, tum vos longissime ab opinione mea disceditis. Ego siquidem civitatem adeo amplam et frequentem, pecuniis, armis, militibus potentissimam, imperato-

σαν ἐγκαθεστῶτα, οὕτω μὲν συνετὸν, ἐπὶ τοσούτοις δ' ἄρξαντα A. C. 1321 *χρόνοις καὶ πολλὸν ἔχοντα περὶ αὐτὸν εὐνοϊκῶς διακειμένων, καὶ χρήμασιν ἐῤῥωμένον, οἷς αὐτῷ πείσει προσέχειν τὴν στρατιὰν, οὐ τῶν ῥᾴστων, ἀλλὰ τῶν δυσκολωτάτων εἶναι νομίζω κατασχεῖν. καὶ χωρὶς δὲ τούτων τῶν παλαιῶν τις Ἑλλήνων σοφὸς μὴ τὰ τοιαῦτα ῥᾳδίως ἐλπίζειν πείθει, πολλὰ τὰ μεταξὺ χειλέων* B *καὶ κύλικος εἶναι εἰπών. ἔστι δέ τις καὶ στρατηγοῖς νόμος, ἐπίσης ταῖς εὐτυχίαις καὶ τὰς δυσπραγίας μετρεῖν, καὶ οὗτος ἄριστος στρατηγῶν, ὅστις ἢ ἐπιτυγχάνων νικᾷ, ἢ ἀποτυγχάνων οὐκ ἀποβάλλει τὰ ὄντα. σκέψασθε δὴ, εἴγε νῦν ἐπιστρατεύσαντες τῇ Κωνσταντίνου, οὐχ οἷοί τε γενώμεθα ἑλεῖν, ὁπόσα συμβήσεται τὰ δυσχερῆ. εὐθὺς μὲν γὰρ ἀνάγκη τοὺς τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ προσκειμένους, ἡμῶν ἀπράκτων ἐπανελθόντων, ἀναθαρσῆσαί τε καὶ εἰς ἐλπίδα τοῦ νικήσειν γενομένους προθυμότερον ἂν ἡμῖν ἐπελθεῖν, οὗπερ αὐτοὶ ἑαυτοῖς ἡμεῖς ἂν φα-* C *νείημεν αἰτιώτατοι βουλευσάμενοι κακῶς. ἔχοντες δὲ ἑκατέρωθεν τοὺς πολεμίους, (ἔκ τε γὰρ τῶν κατὰ τὴν ἕω τοῖς Ῥωμαίοις ὑπηκόων πόλεων καὶ αὐτοῦ Βυζαντίου δυνατὸν ἀξιόμαχον ἡμῖν ἀθροισθῆναι στρατιὰν, καὶ ἐκ τῆς ἑσπέρας ἑτέραν ὁμοίαν,) αὐτοὶ ἐναπειλημμένοι μέσοι, ἢ διαφθαρησόμεθα, μὴ δυνάμενοι ἀντέχειν πρὸς ἀμφίβολον τὸν πόλεμον, ἢ κακῶς ἀπαλλάξομεν, τῶν μὲν πολεμίων ἑκατέρωθεν ἐπικειμένων, τῶν προσχωρησάντων δὲ ἀφισταμένων, διὰ τὸ ἐν ἐλπίσιν ἡμᾶς εἶναι διαφθαρήσεσθαι. καὶ πρὸς ἔτι τούτοις ὅπλων δεησόμεθα καὶ χρημάτων, τοῖς μὲν ἤδη*

rem sinu suo continentem, eumque tam prudentem, tot annis imperitantem, multorum benevolentia septum, pecunia abundantem, qua exercitum sibi obligabit, occupare, multo difficillimum esse constituo. Praeterea e veteribus Graecis vir sapiens monet, ne huiusmodi temere speremus; ait enim, multa cadere inter calicem supremaque labra. Est autem et ducum lex, commoda paribus exaequare incommodis: illeque habendus optimus, qui aut voti compos vincit, aut voto frustratus, quae tenet, non amittit. Animadvertite igitur, si Constantinopolin moverimus eaque potiri nequiverimus, in quot nos difficultates induemus. Illico enim oportebit stantes a seniore imperatore, nobis obsidionem solventibus, spiritus sumere et spe victoriae elatos, recedentes cupidius invadere, cum ipsi nosmet de consilio male capto accusabimus. Habentes autem utrimque hostem, (ex urbibus quippe Romanis in oriente, et ex ipso Byzantio comparari exercitus nostro nihilo inferior potest, et ex occidente alius aeque similis,) nos in medio conclusi aut interibimus ex utraque parte non valentes resistere, aut hostibus hinc et inde incumbentibus, sociis autem metu interitus nostri deficientibus, turpiter evademus. Adde quod armis et sumptu egebimus: ut et

A.C. 1321 ἀφεστῶσι πολεμοῦντες, τοῖς δ' ἔτι μένουσι φρουρὰς ἐγκαθι-
D στάντες, ὅπως μὴ ἀποστῶσιν· ἃ ἐς ὅσας ἀνάγκας ἡμᾶς κατα-
στήσει, συνορᾷν χρή. ἔτι δὲ κἀκεῖνο ἐνεθυμήθην, ὡς ὅ τε
τῶν Τριβαλῶν ἡγεμὼν καὶ ὁ τῶν Μυσῶν βασιλεὺς Σφεντι-
σθλάβος, κηδεσταὶ βασιλέως ὄντες, νῦν μὲν διαφέρονται πρὸς
αὐτὸν ἰδίων τινῶν ἕνεκα αἰτιῶν· ἂν δὲ διὰ τὸν πρὸς ἡμᾶς
V. 54 πόλεμον διαλύσηται πρὸς αὐτοὺς, καὶ κελεύσῃ βοηθεῖν, πο-
λεμίοις αὐτοῖς χρησόμεθα φοβερωτάτοις. τοιαῦτα μὲν καὶ
ἕτερα δυσχερέστερα ἀναφυήσεται ἡμῖν κακὰ, ἂν μὴ αὐτοβοεὶ
τὴν πόλιν ἕλωμεν, καθάπερ αὐτοί φατε· ἂν δὲ τραπώμεθα
πρὸς τὴν ἑσπέραν, πρῶτον μὲν τὸ κωλῦσον οὐδὲν, ἅπασαν ὑφ'
P. 67 ἑαυτοὺς ποιήσασθαι ἐν βραχεῖ· οἵ τε γὰρ ἑσπέριοι, αὐθόρμη-
τοι πρὸς τὰς ἀποστασίας, καὶ προσχωρήσουσι ῥᾳδίως τῷ νέῳ
βασιλεῖ, χαίροντες πρὸς τοὺς νεωτερισμοὺς, οἵ τ' ἐφεστηκότες
ταῖς πόλεσιν ἡγεμόνες, ὑπό τε τῶν ἰδίων ἕκαστος πολιτῶν ἐκ-
βιαζόμενος καὶ τὴν ἀδηλίαν δεδοικότες τῆς τύχης, οὐκ εἰδό-
τες πρὸς ὁπότερον τῶν βασιλέων τὸ κράτος χωρήσει, τῷ δυ-
νατωτέρῳ τὸ νῦν ἔχον φαινομένῳ καὶ αὐτοῖς ἐπικειμένῳ πα-
ραδώσουσι τὰς πόλεις. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ βασιλεὺς καὶ χρήμασι
καὶ τιμαῖς καὶ δωρεαῖς ἄλλαις ἀμειβόμενος τοὺς προσιόντας
πρὸς ἑαυτὸν, καὶ τοὺς μὴ βουλομένους πρότερον ἂν ἐφελκύ-
B σηται· ἔπειτα δὲ καὶ οὓς εἴπομεν ἡγεμόνας τῶν ὁμόρων ἡμῖν
ἐθνῶν ἀποκνήσουσιν ἡμῖν ὡς δυνατοῖς ἀντικαθίστασθαι πρὸς
πόλεμον, ἢ συμμαχήσουσι, τὸ γὰρ δυνατὸν εἰς ἀντίδοσιν ποιεῖ

desertores oppugnemus, et iis, qui in fide manserunt, ne ipsi quoque desciscant, praesidia imponamus. Haec in quantas angustias nos coniectura sint, intelligendum est. Illud insuper mecum revolvi, et Triballorum principem et Moesorum regem Sphentisthlabum, imperatoris avi cognatos, privatas cum eo simultates modo exercere. Quodsi, propter bellum istud composita lite, ad se adiuvandum illos invitaverit, hostes eos imprimis formidabiles patiemur. Ista et alia intolerabiliora mala nobis exorientur, nisi quemadmodum vos futurum dicitis, urbem primo statim impetu capiamus. At vero si ad occidentem nos convertamus, primum nihil vetabit, quo minus brevi totum in potestatem redigamus: occidentales enim suopte ingenio ad defectionem propendent, et ut rebus novis gaudentes, non difficulter iuniori imperatori sese tradent. Urbium vero praefecti, unusquisque a civibus suis coacti, incertosque casus metuentes, nec liquido scientes, utrius futurum sit imperium, qui in praesens potentior videbitur, et ipsis institerit, ei urbes addicent. Neque hic consistetur: sed imperator praeterea partim argento, partim honoribus, partim aliis congiariis ad se transeuntes remunerans, etiam prius a se alienos alliciet. Deinde quoque finitimarum gentium principes, quos diximus, aut prae ignavia resistere nobis, ut

τοὺς βαρβάρους μᾶλλον πρὸς φιλίαν τρέπεσθαι. ποιησάμενοι A. C. 1321 δὲ ὑφ' ἑαυτοὺς τὴν ἑσπέραν ἀντίῤῥοπον οὖσαν ἡμῖν, καὶ διπλασιάσαντες τὴν δύναμιν, ἀσφαλῶς ἤδη πρὸς Βυζάντιον βαδιούμεθα. κἂν μὲν προσχωροίη, εὖ ἂν ἔχοι· εἰ δὲ μὴ, περικαθεσθέντες ἐκπολιορκήσομεν τῷ χρόνῳ, οὐδενὸς ὄντος τοῦ ἀπανίστασθαι καταναγκάσοντος. τούτων δὴ ἕνεκα τὴν βασιλέως γνώμην λυσιτελεῖν οἰόμενος ἐς τὰ μάλιστα, αὐτῇ συνεῖπον· καὶ πλείω δ' ἕτερα τούτων ἔχων, παρίημι εἰπεῖν ἑκών. C εἰ μὲν γὰρ οἷοί τέ ἐστε τὴν βουλὴν μεταβαλεῖν, ἀρκέσει καὶ ταῦτα· εἰ δ' οὐχ οἷοί τε, εἰκῇ κἀκεῖνα λέγοιτο ἄν." Τοιαῦτα μὲν καὶ βασιλεὺς ὁ νέος καὶ δομέστικος ὁ μέγας μετ' αὐτὸν διειλέχθησαν πρὸς τὴν στρατιὰν, οὐχ οὕτω καὶ λυσιτελεῖν φρονοῦντες. ᾔδεσαν γὰρ ἀκριβῶς ἔκ τε τῶν αὐτομόλων καὶ ἐκ τῶν ἐκ Βυζαντίου πρὸς αὐτοὺς κρύφα διαλεγομένων, ὡς ἅμα τῷ φανῆναι αὐτοὺς εἰσδέξονται Βυζάντιοι διάραντες τὰς πύλας, ἅμα μὲν ἐκπεπληγμένοι τὸν νέον βασιλέα, ὡς ἐν ὀλίγῳ καὶ τῆς ἄνω Θρᾴκης καὶ τῆς παραλίου μέχρι καὶ αὐτοῦ Βυζαντίου κύριον γεγενημένον, καὶ πολλὴν ἐπαγόμενον στρατιάν· ἅμα δὲ καὶ εὐνοϊκῶς διακείμενοι πρὸς αὐτόν. δεδοικότες δὲ μὴ D ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς εἰς κίνδυνον καταστῇ ἁλούσης τῆς Κωνσταντίνου, ἐπλάττοντο τὴν πρὸς ἑσπέραν ἐκστρατείαν λυσιτελεστέραν οἴεσθαι. φανερῶς γὰρ εἰπεῖν τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὐ βούλοιντο ἄρτι ἐπιστρατεύειν αὐτῷ, οὐκ ἀσφαλὲς εἶναι ἐδόκει διὰ

bello potentibus, non audebunt, aut nobis opitulabuntur. Sic enim barbarorum est ingenium, quo adversarium ad se ulciscendum praevalentiorem vident, eo magis se illi amicos esse student. Subacto autem occidente, qui nobis pro oriente erit, exercituque duplicato, tum secure Byzantium movebimus. Et siquidem se dediderit, bene: sin secus, circumsessum ipsa diuturnitate expugnabimus, cum, quod nos depellat, nihil erit. His de causis imperatoris sententiam ut utilissimam probo eique subscribo: et cum plura habeam dicere, libens omitto. Nam si consilium mutare potestis, etiam ista sufficient: si non potestis, in ventum et illa loqueremur. Hunc in modum et imperator nepos, et magnus domesticus, contra quam expedire arbitrabantur, cum militibus agebant: optime enim cum ex transfugis, tum ex occultis Byzantiorum colloquiis didicerant, simul atque coepti essent conspici, populum portas ad eos intromittendos patefacturum: partim quod iuniori vellent, partim quod eum obstupescerent, qui brevi tempore et superiorem et maritimam Thraciam sibi subdidisset, tamque ingentes copias adduceret. Verumenimvero cum timerent, ne capta urbe in senem imperatorem inhumanius aliquid designaretur, expeditionem occidentalem sibi fructuosiorem videri comminisci voluerunt. Nam sine integumento causam edere, ob quam per id tempus Constantinopolin adoriri nollent, parum fore tutum credebant: quando

A.C. 1321 τὸ τὴν στρατιὰν ἔτι πρὸς βασιλέα τὸν νέον ἀβέβαιον εἶναι, καὶ διαλυθησομένην, εἴ τι πύθοιντο τοιοῦτον. πρὸς ταῦτα οἵ τε λογάδες καὶ σύμπασα στρατιὰ „εὖ μὲν εἰρῆσθαι πάντα καὶ στρατηγικῆς ἐμπειρίας ἀξίως, οὐδ' αὐτοὶ ἀρνηθείημεν ἂν" εἶπον „ὦ βασιλεῦ· ἥ τε γὰρ ἑσπέρα πολλὴ καὶ πόλεις ἔχουσα πολλὰς καὶ περιφανεῖς, καὶ στρατιὰν ἅμα στρατηγοῖς βελτί-
P. 68 στοις οὐκ εὐκαταφρόνητον, καὶ ῥᾳδίως προσχωρήσει, καθάπερ ἔφητε καὶ αὐτοί. ἐκεῖνο μέντοι θαυμάζειν ἡμῖν ἐπῆλθε τοῦ μεγάλου δομεστίκου, ὅπως τὸ μὲν τὴν ἑσπέραν ὑφ' ἑαυτοὺς ποιήσασθαι τῶν πάνυ ῥᾳδίων ἀπέφηνεν εἶναι, τὸ δ' εἰσελθεῖν δύσκολον ἐλθόντας εἰς τὴν Κωνσταντίνου. ἐκείνου γὰρ ὄντος ῥᾳδίου, ᾗ δὴ καὶ αὐτὸς ἔφη, τοῦτο πολλῷ τῷ μέτρῳ τῇ ῥᾳ-
V. 55 στώνῃ διαφέρειν αὐτοὶ οἰόμεθα. ἐπεὶ δ' ἁπάσαις ταῖς ψήφοις τὸ πρὸς τὴν ἑσπέραν ἐκστρατεύειν παρὰ σοί, βασιλεῦ, κεκρατηκὸς ὁρῶμεν, συστρατεύσουσι μὲν καὶ ἡμῶν, ἐπίταγμα σὸν ἐκπληροῦντες, ὅσοι δὴ καὶ βουλήσονται· πλὴν οὐ μετὰ τῆς
B ἴσης προθυμίας, ἠναγκασμένως δέ. ἂν δ' ὥσπερ ἀξιοῦμεν αὐτοί, τὴν ἐς Βυζάντιον ἴωμεν, πάντες τε ἅμα ἑψόμεθα καὶ προθυμίᾳ σὺν πολλῇ. διὸ δή σου δεόμεθα, πρὸς τὴν ἀξίωσιν ἡμῶν ὑπεῖξαι, δικαίαν τε οὖσαν καὶ ἐς τὰ παρόντα λυσιτελεστάτην." Τοιαῦτα μὲν καὶ οἱ τῆς στρατιᾶς ἡγεμόνες εἶπον. ὁρῶν δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον αὐτοῖς ὁρμὴν οὐκ ἀμβλυνομένην, βιάζεσθαί τε οὐκ ἔχων, τῆς εὐνοίας ἅμα καὶ τῆς εὐπειθείας ἐπαινέσας αὐτούς, ὅτι καὶ ἃ μὴ βούλοιντο διὰ τὴν εἰς αὐτὸν εὐπείθειαν συνέ-

fides exercitus erga imperatorem iuniorem adhuc nutaret, et si quid tale audiret, dilaberetur. Ad haec nobiles universusque exercitus responderunt, non se negare, convenienter et ex usu artis imperatoriae dicta esse omnia: late enim patere occidentem orbem, multas et inclitas sustinere urbes, copias habere haud aspernabiles, cum ductoribus fortissimis, levique momento, ut ambo affirmassent, se dediturum. Mirari tamen, quomodo magnus domesticus occidentem sub ditionem subiici facile admodum posse, Constantinopolin autem intrare cum exercitu esse difficile asseveraverit. Cum enim illud prius, ex eius quoque sententia, difficile non sit, hoc suo iudicio multis partibus tamen esse facilius. Et quoniam occidentalem expeditionem apud animum imperatoris velut omnibus suffragiis obtinuisse cernerent, ituros secundum mandata quotquot velint; non tamen aeque alacriter, sed ingratis. Si, quod cuperent, Byzantium peteretur, mira voluptate neminem non secuturum. Quare se illum orare maiorem in modum, iustae ipsorum praesentique statui opportunissimae postulationi obsequeretur. Idem duces aiebant. Imperator videns eorum Constantinopolis invadendae libidinem nihil prorsus languescere, cum cogere non posset, de benevolentia obedientiaque commendatos, qui etiam a quibus abhorrerent, studio sibi ob-

θεντο δρᾶν, τὴν εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐφῆκε πορείαν. A. C. 1321 οἱ δὲ ἄσμενοι δεξάμενοι τὸν λόγον, καὶ μονονουχὶ Βυζαντίου δόξαντες κεκρατηκέναι, παρεσκευάζοντο πρὸς τὴν πορείαν. ἐπεὶ C δὲ οὐκ ἠδυνήθησαν τὴν πρὸς Θεσσαλονίκην ἑλέσθαι πεῖσαι τὴν στρατιὰν, συνεώρων τε ἤδη τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ ἐς κίνδυνον τὰ πράγματα χωρήσοντα, ἅμα τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ ὁ βασιλεὺς ἐβουλεύσαντο τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ διὰ γραμμάτων κρύφα τὴν ἔφοδον αὐτῶν δηλῶσαι. ὅπερ εἰ κατάδηλον συνηνέχθη γενέσθαι τῇ στρατιᾷ, τάραχον ἂν ἐποίησεν οὐκ ὀλίγον, ὡς ὑπὸ τῶν σφετέρων ἀρχόντων καταπροδιδομένοις. γράφει δὴ βασιλεὺς ὁ νέος, τοῦ μεγάλου δομεστίκου τὰ γράμματα ἐγχαράττοντος, τῷ πάππῳ τοιαῦτα· „ὦ θειότατε βασιλεῦ, ὥσπερ πολλάκις, καὶ νῦν θεὸν ἐπιμαρτύρομαι τοῖς λεγομένοις, ὡς οὔτ' αὐτόθι παρὼν ἐμαυτῷ τι σύνοιδα πρὸς σὴν ἔχθραν D ἐξειργασμένῳ, οὔτ' ἐπὶ τούτοις ἀπέστην ὡς τρόπῳ παντὶ κακώσων τὰ σά· ἀλλ' ἵνα μόνον τὸν ἐπηρτημένον ἐμοὶ κίνδυνον δυνηθῶ διαφυγεῖν. νυνὶ δὲ τοῦτο μὲν ἐμοὶ περίεστιν ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ὄντι, σὲ δ' ἐκ τοῦ ἐναντίου παρὰ πᾶσαν ἐμὴν βούλησιν ὁ κίνδυνος περιέστηκεν. ἰδοὺ γὰρ, πάσῃ χρησάμενος μηχανῇ ὥστε τὴν στρατιὰν πρὸς τὴν ἑσπέραν τραπέσθαι πεῖσαι, ἀδυνάτως ἔσχον. ἀνάγκη δὴ πᾶσα ὑμῖν ἐπελθεῖν. ἐγὼ μὲν οὖν σχολαίτερον βαδιοῦμαι νοσεῖν πλαττόμενος· εἰσβαλὼν δὲ πειράσομαι τὴν ταχίστην ἀναχωρεῖν. σοὶ δ' ἐν τοσούτῳ φρου-

10. καταπροδιδομένῃ coni. ED. P., sed nihil mutandum.

temperandi facere annuissent, Constantinopolin ire permisit. Vocem eius milites gratulabundi excipiunt, et Byzantium tantum non in manibus iam se habere opinantes, iter parant. Ergo quoniam ab exercitu impetrare nequivissent, ut Thessalonicam duci mallet, intelligebantque seniorem imperatorem venire in periculum, ipse et magnus domesticus clam illum per epistolam de hoc adventu admonere decernunt. Id si miles comperisset, tamquam a principibus suis proditus, quas non turbas excitasset? Eam epistolam dictante imperatore iuniore domesticus exarat in haec verba: Ut antehac saepius, sic nunc Deum dictorum testem appello, sacratissime imperator, neque cum illic degerem, facinoris conscium fuisse, tui odio admissi, neque ideo inde abiisse, ut omni ratione detrimenta tibi inveherem: sed ob id solum, ut impendens cervicibus meis discrimen effugerem; quod quidem loco securo constitutus effugi; te contra, me quamvis penitus nolente, discrimen involvit. Ecce enim, cum nihil non tentarim, ut exercitui in occidentem transitum persuaderem, nihil egi. Nos igitur contra te venire necesse est omnino. At ego morbum simulans, lentius castrametabor, et post primum incursum dabo operam, ut citissime recedam. Tibi interea palatium praesidio firmare licebit, portisque urbis quos habes tui studiosissimos

A.C. 1321 ρᾷ τε ἔξεσται ἀσφαλίσασθαι τὰ βασίλεια, καὶ ταῖς τοῦ Βυ-
P. 69 ζαντίου πύλαις τοὺς μάλιστα εὐνουστάτους σοι ἐπιστῆσαι μι-
σθοφόρους, ἔχοντας ὁπλίτας ἱκανοὺς ταῖς τῶν ἐπιβουλευόντων
ὁρμαῖς ἀντιστῆναι. κἂν τι μόνον πρὸς τὸ εἰσδέξασθαι ἡμᾶς
κώλυμα εὑρεθῇ, ὡς πρὸς ἀδύνατον τὴν ἐπιχείρησιν ἀπάξω
τὴν στρατιάν. δέομαι δὴ μὴ τοὺς λόγους ὑποπτεύσαντα ὡς
ἐμοῦ διαφερομένου, ἀποῤῥαθυμῆσαι πρὸς τὸ τὴν ἀσφάλειαν
ἐξαρτύσασθαι. πέπεισμαι γὰρ αὐτὸς ἀκριβῶς ἐκ τῶν αὐτόθι,
ὡς ἅμα τῷ φανῆναι εἰσδέξονται ἡμᾶς." Τοιαῦτα μὲν ὁ νέος
βασιλεὺς ἐπέστελλε τῷ πάππῳ, τῶν πιστοτάτων οἰκετῶν τινι
B τοῦ μεγάλου δομεστίκου χρησάμενος διακομιστῇ. αὐτὸς δὲ
ἄρας ἐξ Ὀδρυσῶν ἅμα πεντακισμυρίοις ἱππεῦσιν ἢ ὀλίγου δέου-
σιν, ὡς εἰκάζετο, (οὐ γὰρ ἐξῆν ἀκριβῶς τὸν ἀριθμὸν εἰδέναι,
οἷα δὴ πολλῶν καὶ τῶν μὴ πρὸς στρατιὰν τεταγμένων συστρα-
τευομένων πρὸς χάριν τῷ βασιλεῖ,) ᾔει τὴν ἐς Βυζάντιον, πυ-
κνὰς καὶ συνεχεῖς τὰς στρατοπεδείας ποιούμενος· οἷα δὴ νοσῶν.

C κβ'. Ἐν τούτοις δὲ ἀφικνεῖται πρὸς αὐτὸν καὶ παρὰ
V. 56 Σφεντισθλάβου τοῦ Μυσῶν βασιλέως, ὃς ἦν αὐτῷ κηδεστὴς
ἐπὶ Θεοδώρᾳ τῇ ἀδελφῇ, πρέσβις Μαρτῖνος, τριακοσίους ἄγων
ἱππέας καταφράκτους Μυσούς, πρόφασιν μὲν ὡς συμμαχή-
σοντας αὐτῷ ἐπικουρίας δεομένῳ διὰ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς τὸν
πάππον· ἐπηγγέλλοντό τε, ὡς εἰ δέοιτο καὶ πλείονος στρατιᾶς,

3. Interpres legit ἐπιβαλόντων, quamquam nil mutandum; intelligi enim potest de iis, qui intra urbem quid molirentur. *ED. P.* 12. Forte legendum πεντακισχιλίοις. *ED. P.* ὀλίγῳ legebatur antea.

A.C. 1322 ἦλθε διαπραξάμενος ἐκεῖ, ἐπανέζευξεν εἰς Χαριούπολιν, καὶ διέλυσε τὴν στρατιὰν πλὴν χιλίων, οὓς ἐπέταξεν αὐτῷ συνεῖναι, ἐν ἡμέραις ῥηταῖς κελεύσας πάλιν ἀκλήτους πρὸς αὐτὸν ἐπανελθεῖν. ὁ μέντοι τῶν κατὰ τὴν Ῥοδόπην ἐπαρχιῶν στρατηγὸς Παλαιολόγος ὁ μέγας στρατοπεδάρχης τὰς ὑπ' αὐτὸν πάσας πόλεις καὶ τὴν στρατιὰν, ὥσπερ ἔφημεν, ἀπὸ τοῦ νέου
B βασιλέως πρὸς τὸν πρεσβύτερον ἀποστήσας, πάντων μὲν ἴσχυσε καὶ τὰς γνώμας παραστήσασθαι καὶ τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ πεῖσαι προσέχειν· ἕνα δὲ τῶν ἀπὸ τοῦ Δακικοῦ γένους νομάδα Συρμπάνον ὠνομασμένον τῶν ὄντων ἀποστερήσας, ὅτι τῷ νέῳ προσέκειτο βασιλεῖ, πολλαῖς τε αἰκίαις ὑποβαλὼν, δύο τε τῶν ὀδόντων ἐκριζώσας καὶ τὴν παρειὰν κατακαύσας σιδήρῳ, ὡς οὐκ ἴσχυσεν ἀποστῆσαι τοῦ νέου βασιλέως, καθείρξας εἶχεν ὑπὸ κλοιοῖς. οὗτος δὴ τοῦ δεσμωτηρίου τότε διαδρὰς, καὶ πολλοὺς ἑτέρους προσεταιρισάμενος νομάδας ψιλοὺς, καὶ τῇ παρὰ τοῦ νέου βασιλέως ἐνταυθοῖ πεμφθείσῃ τῷ Παλαιο-
C λόγῳ πολεμεῖν συμμίξας στρατιᾷ, ἐπέθετο τοῖς ἐν τῇ Ῥοδόπῃ. ὁρῶντες δὲ οἱ ἐν ταῖς πόλεσι τούς τε ἀγρότας ἐκπολεμωθέντας αὐτοῖς ὁμοῦ πάντας καὶ τὴν στρατιὰν ἐπικειμένην, καὶ δείσαντες μὴ καὶ τῶν ἔνδον ἀπόλωνται στασιασάντων, μεταβαλόντες προσέθεντο τῷ νέῳ βασιλεῖ. καὶ δήσαντες τὸν στρατηγὸν εἶχον ἐν φρουρᾷ, ἄχρις ἂν ὁ βασιλεὺς πυθόμενος περὶ αὐτοῦ ψῆφον ἐνέγκῃ. αὐτοὶ δ' ἅμα Συρμπάνῳ ἧκον ὡς βασιλέα, οἱ μὲν ἀποληψόμενοι γέρα τῆς εἰς αὐτὸν ἐννοίας· ὅσοι

vit missionemque dedit exercitui, mille apud se retentis: mandans uti praefinitis diebus, quamquam non arcessiti, rursus adessent. Verum magnus stratopedarcha Palaeologus, Rhodopes praefecturarum dux, creditas sibi urbes omnes exercitumque, ut supra demonstravimus, a iuniore ad seniorem imperatorem avertere et ad huius obsequium inclinare potuit: unum autem quendam genere Dacum, pecuarium, Syrmpanum nomine, fortunis exutum, quod nepoti faveret, postquam saepe illum fustuario multavit, duos etiam dentes radicitus excussit maxillamque ferro candenti inurendam curavit, nec eum tamen a fide transversum agere valuit, cum manicis in custodiam dedit. Inde cum aliquando effugisset aliosque pastores, armis militaribus nudos, magno sibi numero ascivisset, et copiis ad Palaeologum coërcendum eo missis se immiscuisset, in Rhodopeios ferebatur. Qui erant in oppidis, cernentes agrestes universos contra se conspiratos et instantem imperatoris exercitum, timentesque ne intestina seditione excitata pessum irent, commutata sententia ad eum se contulerunt vinctumque ducem in custodia tamdiu habuerunt, quoad, re intellecta, imperator de eo certum statueret: ipsi cum Syrmpano ad illum profecti sunt; pars ut praestitae benevolentiae praemium adipisceretur: quotquot autem a seniore prius fecerant, ut

δ' ἦσαν πρότερον τῷ πρεσβυτέρῳ προστεθειμένοι βασιλεῖ, ἐξαι- A.C.1322
τήσοντες συγγνώμην. ὁ βασιλεὺς δὲ τῶν μὲν ἀφεστηκότων κα-
θαψάμενος μετρίως ὡς ἀγνωμόνων περὶ αὐτὸν εὖ δράσαντα
φανέντων, παραγγείλας τε μὴ εὐχερεῖς ἔτι πρὸς τὰς ἀποστα- D
σίας καὶ τὰς παραβάσεις τῶν ὅρκων εἶναι, αὐτός τε ἀμνη-
στήσειν ὧν αὐτοῖς ἡμάρτηται εἰπών, ἠξίωσε συγγνώμης· μετὰ V.74
μικρὸν δὲ καὶ εὖ ποιήσας, οἴκαδε ἐπέταξεν ἀπιέναι. τοὺς
δὲ τῇ εἰς αὐτὸν ἐμμείναντας πίστει ἐπαινέσας τε ἅμα καὶ
δωρεαῖς ἀμειψάμενος ἀξίως, ἐξαπέστειλε μὲν αὐτούς, στρα-
τηγὸν αὐτοῖς ἐπιστήσας τὸν Ταρχανειώτην δομέστικον, ᾧ ἐπε-
τέτραπτο τὸν μέγαν στρατοπεδάρχην δεσμώτην ὡς βασιλέα
ἀποστεῖλαι. εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ὁ Συρμπάνος ἐπὶ τοῦ βα-
σιλέως ἑστηκώς, ἐδόκει βούλεσθαί τι πρὸς βασιλέα εἰπεῖν.
συνεὶς δὲ ὁ βασιλεύς, εἴ τι βούλοιτο ἐκέλευε λέγειν. ὁ δ'
ἅμα τῷ προσταχθῆναι πρὸς τοὔδαφος ἑαυτὸν καταβαλών,
συγγνώμης ᾔτει τυχεῖν, εἰ συβώτης ὢν καὶ βάρβαρος καὶ P.92
ἀγροῖκος, ἐτόλμησε φθέγξασθαί τι πρὸς βασιλέα. τοῦ βασι-
λέως δὲ προστάξαντος λέγειν δεδοικότα μηδέν, ὑπὲρ τοῦ με-
γάλου ἐδεῖτο στρατοπεδάρχου, ὥστε καὶ αὐτὸν ἐφ' οἷς εἰς
βασιλέα ἥμαρτε, τοὺς κατὰ τὴν Ῥοδόπην ἀποστήσας, τυχεῖν
συγγνώμης. τοῦ βασιλέως δὲ ἐρομένου, εἰ πρὸς εἰρωνείαν ἢ
πρὸς ἀλήθειαν τυχεῖν δεῖται· ὁ δ' ἔφασκε, πρὸς ἀλήθειαν,
καὶ ὅρκον προσετίθει πίστεως χάριν· δέον δ' εἶναι, εἴ τι καὶ
ἥμαρτε, προσήκοντα πρὸς γένους ἀξιῶσαι συγγνώμης. „ἐπι-
λέλησαι δ'" εἴρηκεν αὖθις ὁ βασιλεὺς „ὅσα σε εἴργασται κα- B

delicti gratiam impetrarent. Quos imperator, ut adversus se bene meritum ingratos verbis mollibus castigavit: et praecipiens, ne de cetero ad defectionem et sacramentum violandum faciles essent, offensionumque oblivionem promittens, venia est impertitus et paulo post humaniter domum abire iussit. Qui autem in fide perstitissent, eos quoque pro dignitate collaudatos et donis donatos dimisit, duce illis praefecto Tarchaniota domestico, cui mandatum erat, uti magnum stratopedarcham imperatori vinctum mitteret; coram quo altero die astans Syrmpanus quippiam illum velle videbatur. Quo animadverso, Dic, ait, si quid habes. Syrmpanus statim se humi abiiciens petere, ut sibi ignosceretur, si subulcus et barbarus et rusticus imperatorem verbo appellare auderet. Iussus ut omni timore deposito loqueretur, pro magno stratopedarcha orare occoepit, ut ei ipsi, quod Rhodopeios a fide in dominum suum abduxisset, ignosceretur. Percunctante imperatore, simulatene, an vere et ex animo ita rogaret, Vere, inquit; et ad confirmationem iuramentum adiecit, addiditque, ex officio esse, quamquam peccasset, tamen ut cognato veniam non negare. Rursum imperator: An tu oblitus es, quibus et quot malis ille te mactaverit? Bona tibi, liberos et uxorem

A.C. 1322 κα, ἀποστερήσας μὲν τῶν ὄντων καὶ παίδων καὶ γυναικὸς,
ἔτι δὲ καὶ ὀδόντων αὐτῶν, πολλαῖς τε αἰκίαις καταξάνας τὸ
σῶμα, καὶ τέλος ὥσπερ τινὰ τῶν ἐπὶ δεινοτάτοις ἑαλωκότων
τὴν παρειὰν κατακαύσας σιδήρῳ ὡς μηδὲ τὰς οὐλὰς ἐξαλει-
φθῆναι δύνασθαι; ὅλως δὲ τί σε τὸ πεῖσάν ἐστιν ὑπὲρ ἐκεί-
νου δεῖσθαι;" „τί δ' ἂν εἴη μεῖζον" ἔφασκεν „ὦ βασιλεῦ, ἢ
τὸν οὔπω χθὲς καὶ πρώην ἐν τοῖς δουλεύουσιν ἐκείνῳ τετα-
γμένον, νῦν εἰς τοσοῦτον ἥκειν περιφανείας, θεοῦ καὶ σοῦ,
βασιλεῦ, εὐηργετηκότος, ὡς καὶ τοὺς βασιλεῖ προσήκοντας
C κατὰ γένος ἐξαιτεῖσθαι δύνασθαι, καὶ τῶν προσδοκωμένων
ἀπαλλάττειν κακῶν;" θαυμάσας δὲ ὁ βασιλεὺς τὴν ἐπὶ τοῖς
κακοῖς ἀμνηστίαν τοῦ βαρβάρου, „εἰ σύγε" ἔφη „τοσαῦτα ὑπ'
αὐτοῦ ἀδικηθεὶς καὶ κακῶς παθὼν, βάρβαρος ὢν καὶ φαῦλος
τὴν τύχην, τοῖς ἐναντίοις ἀμείβῃ ὅσον ἔξεστι ποιῶν εὖ, οὐδ'
ἐμὲ δίκαιον μετριώτερα ἀδικηθέντα, βασιλέα τε ὄντα, ἀπα-
ραίτητον ὀφθῆναι πρὸς ὀργήν. τοίνυν καὶ τῆς σῆς ἱκετείας
ἕνεκα τὰ ἡμαρτημένα παρορῶν, ἀξιῶ συγγνώμης." εὐχαριστή-
σας δὲ ὁ βάρβαρος ἐπὶ τούτοις, καὶ πολλάκις ἐπευφημήσας
τὸν βασιλέα, καὶ δευτέραν δέησιν προσετίθει, τὸ τὸν αὐτὸν
μήτε τῆς ἀξίας ἀποστερηθῆναι μήτε τῶν προσόδων καὶ τῶν
D δωρεῶν τῶν βασιλικῶν. ἔτι δὲ μᾶλλον τὴν ὑπὲρ τοῦ ἠδικη-
κότος σπουδὴν θαυμάσας ὁ βασιλεὺς, καὶ ταύτην τὴν δέησιν
ἐπλήρου. ἔτι δὲ αὐτοῦ πρὸς τοὺς πόδας βασιλέως κειμένου,
τὰ τῆς συγγνώμης γράμματα διαχαραχθέντα καὶ τῇ βα-
σιλικῇ πιστωθέντα χειρὶ ἐπεδόθησαν αὐτῷ· ὁ δὲ λαβὼν

eripuit, dentes excussit, plagis multis corpus tutum dilaceravit, ad extremum maxillam ferro, ut atrocissimorum scelerum damnato, ustulavit, ac perpetua cicatrice deformem reliquit. In summa, cedo, quid te movit, ut eius causam ageres? Quid vero maius, inquit, quam qui paulo ante in servis illius censebatur, eum nunc Dei concessu ac tuo munere in tantam claritatem venire, ut deprecatione sua etiam cognatos imperatoris formidato supplicio eximat? Admirans imperator, sic eum delesse iniuriarum memoriam, Si tu, ait, tam iniqua et infanda ab illo passus, homo barbarus, sorte infimus, nihilo minus quantum in te est, mala bonis compensas, me minora passum et imperatorem, inexorabilem iram fovere non decet. Igitur vel te deprecatore in me commissa negligens, ecce veniam illi tribuo. Actis gratiis et iterum iterumque dictis imperatori laudibus, barbarus denuo petit: nempe ut idem stratopedarcha nec honore, nec reditibus, nec bonis imperatoriis excidat. Tantum studium erga noxium amplius suspiciens imperator, etiam hoc annuit; et adhuc ad pedes eius iacenti testimonium datae veniae in pittacio exaratum, et, ut mos est, fidei ergo imperatoris manu addita,

καὶ τὴν γῆν κατασπασάμενος, ἐφ' ἧς ὁ βασιλεὺς εἱστήκει, A.C.1322
χαίρων ἀπῆλθε.

λά. Τῆς αὐτῆς δὲ ἡμέρας ἐκ Θεσσαλονίκης ἄγγελος ἐλ- P.93
θὼν ἀπήγγειλε βασιλεῖ, ὡς στάσεως ἐν αὐτῇ γενομένης, οἱ V.75
τῷ νέῳ βασιλεῖ προσκείμενοι ὑπερσχόντες, Θεσσαλονίκην πε-
ριεποίησαν αὐτῷ· τὸν δεσπότην δὲ Κωνσταντῖνον εἰς τὸ περὶ B
αὐτὴν φροντιστήριον τὸ Χορταΐτου διαδράντα, κατασχόντες
ἔχουσιν ἐν φρουρᾷ. ὁ βασιλεὺς δὲ εὐθὺς τοὺς ἄξοντας αὐτὸν
ἔπεμψεν εἰς Θεσσαλονίκην, ὅρκοις πρότερον αὐτοὺς κατασχὼν,
ὡς οὔτ' αὐτοὶ ἑκόντες, οὐθ' ἑτέροις παραχωρήσουσι τὸν δε-
σπότην ἀποκτεῖναι. οἳ καὶ ἀπελθόντες ἤγαγον αὐτὸν εἰς Δι-
δυμότειχον μοναχῶν ἠμφιεσμένον σχῆμα· περιεβάλετο δὲ αὐ-
τὸ καὶ πρὶν αὐτοὺς εἰς Θεσσαλονίκην ἐλθεῖν δέει τοῦ μὴ ἀπο-
θανεῖν. συνῆλθον δὲ αὐτοῖς πρὸς τὸν νέον βασιλέα τῶν Θεσ-
σαλονικέων καὶ τῆς συγκλήτου καὶ τῆς στρατιᾶς πολλοὶ, καὶ
ὁ τῆς κατ' αὐτὴν ἐκκλησίας πρόεδρος Ἱερεμίας· καὶ Γεράσι- C
μος ὁ τῆς κατὰ τὸ ἱερὸν ὄρος τὸν Ἄθω ἐξηγούμενος λαύρας.
ἡ μέντοι περὶ τὸν νέον ἠθροισμένη βασιλέα στρατιὰ, ἀταξίᾳ
στρατιωτικῇ χρησάμενοι, ὀλίγου δεῖν κατέκοψαν ἂν τὸν δε-
σπότην, εἰ μὴ αὐτὸς ἐῤῥύσατο παρὼν ὁ βασιλεύς· ἐκέλευσε
δὲ εἱρχθῆναι. τισὶ δὲ ὕστερον ἡμέραις ὁ δεσπότης διά τινος
ἐδεῖτο τοῦ νέου βασιλέως, ἅμα καὶ πολλὰς χάριτας ὁμολο-
γῶν, ὅτι δι' αὐτὸν οὐκ ἐτεθνήκει, ὡς ἐπεὶ καθ' ὁποιονδήτινα
τρόπον τὸ τῶν μοναστῶν περιεβάλετο σχῆμα, καὶ τὰ νενομι-

praebetur: quo accepto, vestigia imperatoris exosculatus, cum laetitia recessit.

31. Eodem die Thessalonica veniunt nuntii, factionibus ibidem natis, ab eo stantes vicisse urbemque illi subiecisse; Constantinum despotam in monasterium Chortaetum, civitati vicinum, confugisse: comprehensum custodia detineri. Imperator confestim Thessalonicam mittit, qui hominem adducant; prius iureiurando adstrictos, neque se despotam occisuros, neque aliis occidendum permissuros. Profecti, in schemate monastico, quo se mortis metu velaverat, antequam illi Thessalonicam aspirarent, Didymotichum perducunt. Prosequebantur eum Thessalonicensium et de senatu et de militibus complures, atque etiam ecclesiae illius antistes Ieremias: item Gerasimus, laurae, quae est in Atho sancto monte, praefectus. Parum vero abfuit, quin stipatores imperatoris audacia militari despotam in frusta concidissent, nisi illum praesentia sua imperator conservasset. Praecepit autem in carcerem tradi. Praeteritis diebus aliquot, despota hominem certum ad imperatorem allegans, gratias agit, quod se e faucibus fati eripuerit: et simul rogat, quoniam modo quodam monachi habitum cepisset, etiam legitima monastices instituta sibi exsequi liceret, ne coactus, sed libens eum cepisse videretur. Impe-

A. C. 1322 σμένα ἐπ' αὐτῷ τελεσθῆναι πάντα, ὡς ἂν μὴ δοκοίη βίᾳ,
ἀλλ' ἑκὼν περιβεβλῆσθαι. ὁ βασιλεὺς δὲ ὑποπτεύσας μὴ βίου
D μεταβολῆς ἐπιθυμίᾳ, ἀλλ' ὅπως ἀπολυθείη μὴ εἴργεσθαι,
τοιαῦτα αἰτεῖν, τὸν Θεσσαλονίκης πέμψας μητροπολίτην καὶ
τὸν τῆς λαύρας ἐξηγούμενον Γεράσιμον, οὐχ ἁρμόζοντα αἰ-
τεῖν αὐτὸν μεμήνυκεν ἐν τῷ παρόντι· τὸ μὲν γὰρ μὴ κακῶς
ὑπὸ τῶν φρουρούντων πάσχειν, ἀλλ' ἀναπαύλης ἀπολαύειν,
ἐξέσται, τὸ δὲ ἀπολυθῆναι τῆς εἱρκτῆς, ἀδύνατον τὸ νῦν εἶ-
ναι· διὸ μηδὲ τοιαῦτα δεῖσθαι. ὁ δ' ἔτι μᾶλλον ἐδεῖτο περὶ
τῶν αὐτῶν, τῶν ἱερῶν ἐκείνων ἐπιλαβόμενος ἀνδρῶν, ὡς οὐ
πρὸς ὑπόκρισιν, οὐδὲ πρὸς ἀνάγκην, ἀλλ' ἀληθείᾳ μᾶλλον
τὴν πρὸς τὸν τοιοῦτον βίον αἱρούμενος μεταβολήν. ἃ δὴ καὶ
πυθόμενος παρ' αὐτῶν ὁ βασιλεὺς, ἐπέτρεψεν ἃ βούλοιτο
ποιεῖν περὶ αὐτοῦ. ἤχθησαν δὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν καιρῶν ἐκ
P. 94 Θεσσαλονίκης πρὸς βασιλέα δεσμῶται καὶ οἱ τὴν βασιλίδα
Ξένην τὴν τούτου μητέρα, ὅπερ ἔφθημεν εἰπόντες, ἑλκύσαν-
τες βίᾳ, ὅ, τε Παλαιολόγος Κωνσταντῖνος καὶ Ἰωάννης ὁ
Ζαρίδης καὶ ὁ πρωταλλαγάτωρ Σεναχηρείμ. ὧν τοὺς μὲν δύο,
βασιλέως προστεταχότος, ἐπὶ τῆς δημοσίας ἐθεάτρισαν ἀγο-
ρᾶς ἀφῃρημένους τὸ γένειον καὶ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς·
τὸν Παλαιολόγον δὲ ὁ πρωτοστράτωρ ἐξῃτήσατο, ἀνεψιὸν
αὐτοῦ ὑπάρχοντα, μὴ ταὐτὸν παθεῖν· εἰς δεσμωτήριον δὲ
ἐνεβλήθη. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον αὐτόν τε καὶ τοὺς ἄλλους ὁ βα-
B σιλεὺς ἠξίωσε συγγνώμης. ἐν τοῖς αὐτοῖς δὲ καιροῖς καὶ οἱ
Λήμνιοι τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως ἀποστάντες, ἧκον ἐπὶ

rator suspicione tactus, non desiderio vitae commutandae, sed carceris evadendi hoc ab se peti, metropolitanum et laurae praefectum Gerasimum mittit, qui dicant, illum in praesens haud convenientia petere. Nam, ne a custodibus habeatur male, sed quiete potiatur, hoc illi concessum iri: dimitti nunc e carcere neutiquam posse: proinde id rogare parcat. At despota viros illos sacratos prehensans, idem enixius orare, ut qui non ex hypocrisi aut necessitate, sed sincero potius animo hoc vitae genus delegisset. Quae cum ad imperatorem referrent, quid eo fieri vellet edixit. Eodem tempore Thessalonica adducti sunt in vinculis, qui Xenam imperatoris matrem, ut supra diximus, per vim a Deiparae statua abstraxerant; Constantinus Palaeologus, Ioannes Zaridas et Senacherim protallagator: quorum duo, imperatoris mandatu, abrasa barba et capillis, publice in foro ad spectandum omnibus ignominiae causa sunt propositi; Palaeologum protostrator ut consobrinum precibus suis dedecore prohibuit: sed in carcerem datus est; cui post breve tempus, ut duobus aliis, imperator ignovit. Paulo post et Lemnii ad iuniorem desciscentes venerunt: simul ut eam rem illi nuntiarent;

τὸν νέον, ἅμα τε τὴν ἀποστασίαν αὐτῶν ἀπαγγελοῦντες καὶ A.C. 1322
τὸν ἄρξοντα αἰτήσοντες τῆς Λήμνου. εὐεργετηθέντες δὲ παρὰ V. 76
βασιλέως καὶ ἡγεμόνα λαβόντες ὥσπερ ᾐτοῦντο, οἴκαδε ἐπα-
νῆλθον. τούτων γινομένων, ἐκ Σηλυβρίας ἠγγέλθη τῷ βα-
σιλεῖ, ὡς Περσικὴ στρατιὰ κατὰ συμμαχίαν τοῦ πάππου
καὶ βασιλέως ἐκ τῆς ἕω διαβᾶσα, ἅμα τῇ ἐκ Βυζαντίου
στρατιᾷ ὅσον οὔπω ἐλεύσονται κατ' αὐτοῦ. ὡς δὲ ἐπύθετο,
τὴν μὲν κατὰ τῶν ὁμοφύλων τῶν Περσῶν ἐπαγωγὴν ἐθαύ-
μασε τῶν ἀντιτεταγμένων, αὐτὸς δὲ ὁρμῇ τινι ἀσχέτῳ κατὰ C
τάχος ἄρας ἐκ Διδυμοτείχου, εὐθὺ τῆς ἐπερχομένης ᾔει στρα-
τιᾶς, ὡς μαχούμενος ᾗ ἂν συντύχοι. εἰς τρίτην δὲ ἡμέραν
ἥ τε ἐκ Βυζαντίου στρατιὰ ἅμα τοῖς Πέρσαις καὶ βασιλεὺς
ὁ νέος μεταξὺ Τζουρουλόης καὶ Σηλυβρίας συνῆλθον. συν-
ιδόντες δὲ οἱ Πέρσαι καὶ οἱ ἐκ Βυζαντίου Ῥωμαῖοι ὡς οὐδὲ
ἀντιβλέψαι δυνήσονται πρὸς τὴν μετὰ βασιλέως στρατιὰν,
οὐδὲ παρατάξασθαι ὑπομείναντες οὐδὲ πλησίον ἐλθεῖν, ἀλλ'
ἔτι πορῤῥωτέρω ὄντες, μεταστραφέντες ἔφευγον κατὰ κράτος,
ἰδίᾳ μὲν οἱ Πέρσαι, ἰδίᾳ δὲ οἱ Ῥωμαῖοι. ὁ βασιλεὺς δὲ φεύ-
γοντας ἰδὼν, καὶ αὐτὸς εἰς δύο τὸ στράτευμα διελὼν, ἐκέ-
λευε διώκειν. ἐπιπολὺ δὲ τῆς διώξεως γενομένης, ὡς ᾔνυον οἱ
διώκοντες οὐδὲν, (ἦσαν γὰρ οἱ φεύγοντες οὐκ ἐν ἐφικτῷ,) οἱ D
μὲν τρεῖς τῶν Περσῶν ζωγρήσαντες, οἱ δ' ἕτεροι πέντε Ῥω-
μαίων, ἐπανέστρεψαν, τῶν ἄλλων διασωθέντων· ἵππων δὲ τῶν
μὴ δυνηθέντων ἕπεσθαι τῇ στρατιᾷ καὶ σκευῶν στρατιωτι-
κῶν καὶ οἰκετῶν ἐκράτησαν πολλῶν. ἐλθὼν δὲ ὁ βασιλεὺς
ἐστρατοπέδευσεν ἐγγὺς Σηλυβρίας. οἱ μέντοι διασωθέντες τῇ

simul ut insulae praefectum ab eo poscerent: qui benefice tractati et praesidem, uti rogaverant, adepti, domum reverterunt. Dum haec aguntur, Selybria nuntiatur, Persas ex oriente ad avum adiuvandum traiecisse et cum Byzantinis coniunctos, mox contra iuniorem venturos. Audito, Persas, alioqui inimicos, ad subsidium adversus homophylos a sene ascitos, incitatissimo impetu et celeriter Didymoticho movens, adventantibus recta obviam procedit, manus conserturus, ubicunque occurrissent. Tertio die Byzantini cum Persis Zurulum inter et Selybriam in eum incidunt. Cum scirent autem se ne intueri quidem imperatoris exercitum ausuros, nec aciem contra instituere, nec propius ferre gradum sustinuerunt: sed procul adhuc distantes, totis viribus in pedes hac Persae, illac Romani se coniecerunt. Conspecta fuga, imperator ipse quoque divisis copiis fugientibus instare iussit. Quod cum diu esset factum et nihil tamen effectum, (fugitores enim illi alas in pedibus habebant,) hi cum tribus Persis, illi cum quinque Romanis, quos vivos ceperant, regrediebantur. Equis vectariis, qui agmen fugiens sequi non po-

A. C. 1322 φυγῇ Ῥωμαῖοι καὶ Πέρσαι, εἰς Βυζάντιον πρὸς τὸν πρεσβύ-
τερον βασιλέα ἐλθόντες, ἀπήγγελλον τὴν ἧτταν. ἅμα δὲ καὶ
ναῦς οἱ Πέρσαι πρὸς τὴν διάβασιν ᾔτουντο. βασιλεὺς δὲ ἐπε-
χείρει πείθειν αὐτοὺς μένειν ἐν Βυζαντίῳ· ὡς δὲ οὐκ ἐπεί-
θοντο, αὐτοί τε φάσκοντες κατατριβήσεσθαι μάτην, καὶ βα-
σιλεῖ μηδὲν λυσιτελήσειν ἅμα τοῖς ἄλλοις πολιορκούμενοι Βυ-
P. 95 ζαντίοις· μηδὲ γὰρ ἂν ἔξω τειχῶν μὴ ὅτι γε αὐτοὺς ἀλλ'
οὐδ' αὐτὸν ἂν τὸν ἀρχισατράπην αὐτῶν ἅμα τῇ ὑπ' αὐτὸν
πάσῃ δυνάμει πρὸς τὸν νέον ἀντιτάξασθαι δυνήσεσθαι βασι-
λέα, καὶ τῶν παρατυχόντων ὡς ἀληθῆ λέγουσιν ἅμα συνειπόν-
των Ῥωμαίων, ναῦς λαβόντες, ἐπεραιώθησαν πρὸς τὴν ἕω.

B λβ'. Ὡς δ' ἥ τε ἐκ τῆς Περσικῆς συμμαχίας τοῦ πρε-
σβυτέρου βασιλέως περιῃρέθη ἐλπὶς, τά τε κατὰ τὰς νήσους
πονήρως εἶχε, τῆς μὲν Λήμνου ἤδη καὶ φανερῶς ἀφεστηκυίας,
τῶν ἄλλων δὲ κλονουμένων καὶ ὅσον οὔπω τὴν ἀποστασίαν
καὶ αὐτῶν ἀπειλουσῶν, καὶ αἱ κατὰ τὴν ἤπειρον πρὶν ὑπή-
κοοι τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ, πλείους τῶν πόλεων ἤδη συνα-
πέστησαν πρὸς τὸν νέον· ἀπορίᾳ πάντοθεν περισχεθεὶς, πρε-
σβείαν δεῖν ἔγνω πρὸς βασιλέα αὖθις τὸν ἔγγονον πέμπειν.
C πέμπει δὲ τὸν κατὰ τὸν Ἄθω τοῦ ἱεροῦ ὄρους πρῶτον τὸν
Ἰσαὰκ, καὶ ἄλλως μὲν ὄντα συνετὸν, οὐχ ἥκιστα δὲ ἀντιποι-
ούμενον καὶ ἀρετῆς· τοιαῦτα πρὸς βασιλέα τὸν ἔγγονον πρε-
σβευόμενος δι' αὐτοῦ· „εἰ μὲν ἢ κατ' ἀρχὰς ἀκίνητοι πρὸς τὸ
V. 77 κακὸν οἱ ἄνθρωποι ἐδημιουργοῦντο παρὰ θεοῦ, ἢ ὥσπερ ἦν

terant, impedimentis atque etiam servis militum magno numero potiti sunt. Progressus imperator, prope Selybriam tentoria fixit. Persae et Romani fugae beneficio servati, Byzantium cum venissent, seni imperatori sese victos narrabant; ac Persae naves simul ad traiiciendum petebant: quos ille ut Byzantii manerent, flectere non poterat, opponentibus, se frustra contritum iri et cum aliis Byzantiis obsessos, nihil ei profuturos: nam extra moenia non sese tantum, verum nec ipsum eorum archisatrapam cum toto exercitu suo in acie adversus iuniorem imperatorem consistere posse. Romanis, qui aderant, vera eos dicere attestantibus; conscensis navibus, in orientem transmiserunt.

32. Postquam Persici auxilii spes decollavit, et insularum auditi motus, Lemno iam aperte alium dominum colente, reliquis in fide labascentibus et propediem defectionem minitantibus; urbibus item continentis pluribus simul ad iunioris imperium aggregatis: omni ex parte anxius animi senior, rursus legationem mittendam iudicavit. Huic muneri Isaacium sacri montis Atho praepositum, virum alioqui intelligentem et virtutis multo studiosissimum deligit, illique in legatione dicenda haec iniunxit: Si homines aut ab initio ad malum inflexibiles a Deo fabricati essent, aut, cum voluntate libera fabricati,

δέον, αὐτεξούσιοι γεγονότες ἔμειναν ἐν τῷ ἀγαθῷ, οὐδὲν ἂν τῶν A.C.1322 μετὰ ταῦτα παραβαθέντων ἐτολμήθη. ἐπεὶ δὲ διὰ τὴν παράβασιν εὐόλισθος πρὸς τὸ χεῖρον ἡ τῶν ἀνθρώπων γεγένηται φύσις, ἐξ ἐκείνου μέχρι καὶ νῦν πάντ' ἄνω καὶ κάτω καὶ τοῦ ἐξ ἀρχῆς ἀντικειμένου γίνεται συνεργοῦντος, ὁποῖον δή τι νῦν συμβέβηκε καὶ ἡμῖν. δέον γὰρ ἐμὲ τὴν πρὸς ἐμέ σου εὔνοιαν καὶ πρὸς πατέρα παιδὶ πρέπουσαν αἰδῶ τε καὶ τιμὴν D αὐτοῖς ἔργοις καταμαθόντα, τούς σε διαβάλλειν ἐπιχειροῦντας ὡς κατ' ἐμοῦ συσκευαζόμενον δόλους, ὡς ἐχθραίνοντας ἀπωθεῖσθαι, ἐγὼ δὲ ἀπατηθείς, ταῖς μὲν διὰ τῶν σῶν ἔργων ἀποδείξεσιν οὐ προσέσχον, λόγοις δὲ πεπλασμένοις παρὰ τῶν συκοφαντῶν πεισθείς, ἤγειρα πόλεμον, οὔσης εἰρήνης. νυνὶ δὲ αὐτοῖς ἔργοις τὴν ἀβουλίαν καταμαθών, ἐμαυτὸν μέν, ὥσπερ δίκαιον, καταμέμφομαι· σοὶ δὲ τούς τε τρόπους ἀγαθῷ ὄντι, καὶ τὴν εἰς ἐμὲ αἰδῶ καὶ εὔνοιαν ἴσην διατηροῦντι, ὅπως εἰς εἰρήνην ἐκ πολέμου πάλιν τὰ πράγματα ἡμῖν ἥξει, μελήσει."

Ὁ μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπε. βασιλεὺς δὲ ὁ νέος „χάριτας" εἶπεν „ὁμολογῶ πολλὰς τῷ βασιλεῖ τῶν βασιλευόντων θεῷ, ὅτι τῇ P.96 αὐτοῦ χρηστότητι χρησάμενος καὶ περὶ ἐμέ, οὔτ' αὐτόν τι κατὰ τοῦ ἐμοῦ κυρίου καὶ βασιλέως ἢ βουλεύσασθαι συνεχώρησεν ἢ πρᾶξαι, οὔτε τοὺς συκοφάντας ἀνελέγκτους ἄχρι τέλους διατελεῖν, ἀλλ' αὐτὸν βασιλέα μάρτυρα ἔχειν παρέσχεν, ὡς οὔτ' αὐτὸς ἀδικῶ, οὔθ' οἱ συκοφαντοῦντες ἀδικίας ἐνέλιπον οὐδεμίαν ὑπερβολήν. εἰ δ' ὁ βασιλεὺς αὐτὸς ὑπὸ δι-

in innocentia, quemadmodum oportebat, perseverassent, nulla fuissent, quae postea plurima in vita hominum perperam commissa sunt. Quia vero propter primam transgressionem natura humana in deterius labilis evasit, ex eo usque ad hoc momentum temporis, illo, qui fuit ab orbis primordio noster adversarius, adnitente, omnia sursum ac deorsum feruntur permiscenturque: quale quiddam nunc et in nobis experimur. Cum enim debuissem tuum in me propensum animum quaeque filium decet erga patrem reverentiam ac venerationem ex ipsis factis tuis didicisse, calumniatores apud me tuos, quasi adversum me dolos machinarere, ut inimicos repellere; ego circumscriptus, quemadmodum rebus ipsis te mihi probare conarere, non attendi: sed fictis eorum sermonibus praeoccupatus, in pace bellum excitavi. Iam rerum experientia temeritatem et dementiam meam cognoscens, memet iure incuso. Tibi ut bene morato, meique ut antea cupido et observanti, quinam ab armis ad otium redeamus, curae erit. Hactenus senior. At nepos in hunc modum: Gratias ingentes ago regum regi Deo, quod bonitate sua etiam in me usus, neque sivit, ut ipse quippiam contra dominum meum et imperatorem vel cogitatione vel actione molirer; neque obtrectatores meos non tandem redarguit: quando ipsum imperatorem mihi testem apposuit,

A.C. 1322 φθαρμένων ἀνθρώπων ἀπατηθεὶς, εἴργασται ἃ μὴ δέον, ἀλλ' ἡμεῖς γε γονέας τε εἰδότες τιμᾶν καὶ ἄν τι καὶ ἀδικώμεθα B ἀνέχεσθαι, ὅσον ἂν παράσχοι θεὸς, βουλευσάμενοι δράσομεν περὶ τῶν προκειμένων." ὁ μὲν οὖν πρέσβις τοιαύτης ἀποκρίσεως παρὰ βασιλέως τυχὼν, ἀπῆλθεν εἰς τὸ στρατόπεδον ὡς ἐκεῖ περιμενῶν, ἄχρις ἂν ὁ βασιλεὺς βουλευσάμενος ἀποκρίνηται περὶ τῆς εἰνήνης. ὁ βασιλεὺς δ' ἅμα τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ, ὅ, τι χρὴ ἐβουλεύοντο πράττειν περὶ τῶν προκειμένων, ὅπως ἡ εἰρήνη γένοιτο τοιαύτη σκοποῦντες, ὡς μηδεμίαν πρόφασιν ἔχειν τοὺς συκοφάντας πρὸς ἀλλήλους διαβάλλειν τοὺς βασιλέας καὶ πόλεμον ἐπὶ λύμῃ τῶν κοινῶν πραγμάτων κινεῖν. ἐδόκει δὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς τε ὁμοῦ καὶ τὴν στρατιὰν C καὶ πόλεις πάσας καὶ τὴν διοίκησιν τῶν κοινῶν πραγμάτων τῷ βασιλεῖ ἐπιτρέψαντας, αὐτοὺς ὑπ' ἐκεῖνον ἄγεσθαι, καὶ εἰς ὑπηκόους τελεῖν τὰ προσταττόμενα ἐκπληροῦντας· οὕτω γὰρ τοὺς διαβάλλοντας χώραν οὐδεμίαν ἂν σχεῖν, πάντων ὁμοῦ χρημάτων ὑπὸ τοῦ πρεσβυτέρου βασιλέως διοικουμένων. εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ὁ νέος βασιλεὺς τοὺς ἐν τέλει πάντας καὶ ἡγεμόνας καὶ τοὺς λογάδας τῆς στρατιᾶς εἰς ἐκκλησίαν συναγαγὼν, εἶπε τοιάδε· „τὰ ἐκ τοῦ πολέμου φυόμενα κακὰ καὶ μάλιστα τοῦ ἐμφυλίου, καὶ πολλαχόθεν μὲν ἄλλοθεν ἔξεστι καταμαθεῖν, μάλιστα δ' ἄν τις αὐτὰ κατίδοι καὶ ἀπὸ τοῦ νυνὶ ἐμοῦ τε μεταξὺ καὶ βασιλέως κινηθέντος πολέμου. ἐν γὰρ ὀλίγῳ χρόνῳ τοσοῦτον αὐτοὶ ὑφ' ἑαυτῶν διεφθείρα-

nec me ullam illi irrogasse iniuriam, et criminatores ad me iniuriis onerandum nihil fecisse reliqui. Et quamvis ille a perditis hominibus deceptus, ab officio discessit, tamen nos, qui parentes honorare et, licet ab iis etiam indigne habeamur, sufferre ac perpeti novimus, rem perpendemus et, quantum Deus concesserit, faciemus. Legatus, adepto hoc responso, in castra abiit, exspectaturus ibi, dum post consultationem certi aliquid acciperet. Imperator cum magno domestico, quid in re praesenti agere conveniat exquirit et considerat, quanam ratione eiusmodi pax constituatur, qua imperatoribus de altero apud alterum detrahendi bellumque cum pernicie rei publicae commovendi sycophantis omnis occasio praecidatur. Statutum, conducere, si simul seipsos, exercitum, urbes universas, totius imperii gubernacula, seni committant, a quo pro subiectis regantur et cuius iussa factitent. Sic illo solo rerum domino, materiam obtrectandi nullam fore. Die postero imperator coactis in concionem optimatibus ac ducibus universis cum flore exercitus, hoc maxime modo disseruit: Quae incommoda bello, ac praesertim civili, importentur, cum aliunde multis exemplis, tum praesertim ex eo perspicere datur, quod nunc inter me avumque meum flagrat. Brevi enim tempore tantum ipsi potentiam nostram attrivimus, quantum nec

μεν τῆς δυνάμεως ἡμῶν, ὅσον οὐδ' ὁμοῦ πάντες οἱ πρόσοικοι A. C. 1332
ἡμῖν βάρβαροι ἐπιστρατεύσαντες ὁμονοοῦσι κατεργάσασθαι D
ἴσχυσαν ἄν. ὃ δὴ καὶ αὐτοὶ καλῶς συνιδόντες, ἐν ἀρχαῖς
μάλιστα τοῦδε τοῦ πολέμου πρεσβείαν ἀποστείλαντες πρὸς
βασιλέα, περὶ εἰρήνης ἐδεῖσθε κἀμοῦ συνειδότος· ὡς δ' ἠνύετε
ὑμεῖς οὐδὲν, ἐπρεσβευόμην καὶ αὐτὸς περὶ τῶν ἴσων, πολλὰ
δεόμενος βασιλέως μὴ περιϊδεῖν ἡμᾶς αὐτοὺς ὑφ' ἑαυτῶν ἐν
τῷ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους πολέμῳ διαφθαρέντας, καὶ τὴν εἰ-
ρήνην ὥσπερ τι μέγιστον τῶν εὐεργετημάτων ᾔτουν. τότε μὲν
οὖν ἡμῶν δεομένων, ἐκεῖνος οὐ προσεδέξατο τοὺς περὶ τῆς εἰρή- V. 78
νης λόγους· νυνὶ δὲ εἰς τοῦτο θεὸς περιέστησε τὰ πράγματα, ὥστ'
αὐτοὺς τοὺς μὴ προσδεχομένους τότε τὴν εἰρήνην ἥκειν παρ'
ἡμᾶς δεομένους περὶ τῶν ὁμοίων. οὗ δὴ ἕνεκα πρῶτον μὲν ἡ-
γοῦμαι προσήκειν ἡμᾶς πολλὰς τῆς εὐεργεσίας χάριτας ὁμολογεῖν
θεῷ, κρείττους ἀεὶ τῶν ἀντιτεταγμένων ἀποδεικνύντι· ἔπειτα δὲ P. 97
ἀσμένως προσδέχεσθαι καὶ τὴν εἰρήνην, καὶ μὴ διὰ τὴν μικρὰν
ταύτην εὐτυχίαν αὐθάδεις φαίνεσθαι καὶ θρασεῖς· ἀλλ' ἐκεῖνον
εἶναι νομίζοντας τὸν καιρὸν, ἡνίκα βουλευομένοις ἡμῖν ἀναγκαία
ἐδόκει ἡ εἰρήνη, οὕτω πάλιν καὶ βουλεύεσθαι καὶ ψηφίζεσθαι
περὶ αὐτῆς." Οὕτω τοῦ βασιλέως εἰρηκότος, ὁ μέγας δομέστικος
ἐφεξῆς „οὐδὲν ἐνέλιπεν ὁ βασιλεὺς" ἔφη „τοῦ μὴ διδάξαι τῶν
δεόντων ἡμᾶς, ὥσθ' ἕτερόν τινα ἔχειν τοῖς εἰρημένοις προσ-
θεῖναι. τό, τε γὰρ ἐν ταῖς εὐτυχίαις μὴ φυσᾶσθαι, σωφρό-
νων καὶ ἀνδρείων ἀπέδειξεν ὂν ἀνδρῶν, καὶ τὸ τοὺς γεγεννηκό- B

18. *βουλευομένοις* scripsi pro *βουλομένοις*.

omnes simul circumfusi barbari, nobis concordibus atterere et imminuere potuissent. Quod cum vos haud fugeret, exordio statim belli huius legatione ad imperatorem, me non inscio, missa, pacem petivistis. Quia vos nihil impetrabatis, ego legationem iteravi, impense avum orans, ne nos eiusdem gentis homines mutuis armis deleri pateretur, et pacem pro munere summo exposcens. Tum igitur nos rogantes ille audire noluit: nunc divino nutu, qui pacem tum repudiabant, eandem a nobis impetrare satagunt. Quare primum par esse duco, nos de tanto beneficio grates Deo persolvere, qui hactenus semper inimicis nos superiores reddidit, deinde etiam non invitos pacem admittere, nec propter hoc nescio quid felicitatis in superbiam et confidentiam delabi: sed existimare, nunc illud esse tempus, quo consultantibus nobis pax necessaria apparebat; proindeque similiter in praesentia de ea deliberare atque statuere. Mox ut finem loquendi fecit imperator, magnus domesticus his verbis secutus est: Quid officium a nobis postularet, imperator perfecte docuit: nec est quod quisquam addere dictis possit. Nam rebus prosperis non efferri modestorum ac fortium virorum: et parentes revereri ac honorare, iustum pariter ac necessarium

A. C. 1322 τας αἰδεῖσθαί τε καὶ τιμᾷν καὶ δίκαιον ἅμα καὶ ἀναγκαῖον· καὶ τὸ τῶν ὁμοφύλων κήδεσθαι καὶ περὶ πλείστου τὴν σωτηρίαν αὐτῶν ποιεῖσθαι, καὶ μὴ διὰ φιλονεικίαν φθειρομένους περιορᾷν, ἀλλ' εἰ δεῖ τι καὶ τῶν οἰκείων προΐεσθαι τοῦ σώζεσθαι ἕνεκα αὐτοὺς, οὐ μόνον ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ συνέσει κεχρημένων ἀνθρώπων εἶναι. οἷς γὰρ ἄν τις τοὺς οἰκείους καὶ ὁμοφύλους φθειρομένους περιορῴη, τοῖς αὐτοῖς τούτοις αὐτόν ἐστι φθείρεσθαι ἀγνοοῦντα· καὶ μόνην τὴν κατὰ τῶν ὁμοφύλων νίκην ἧτταν αἰσχίστην, ἀλλ' οὐ νίκην νομίζειν χρή· κε-
C φάλαιον δὲ ἐπὶ τούτοις, ὡς ὁ πάντα ἐφορῶν θεὸς τῇ παρούσῃ εὐτυχίᾳ ὀρθῶς καὶ ὡς προσῆκε καὶ μετὰ ἀτυφίας ὁρῶν χρωμένους ἡμᾶς, καὶ μὴ ὠμούς τινας καὶ ἀπανθρώπους γεγενημένους καὶ τὴν φύσιν ἀγνοήσαντας, ἑτέρων πολλῶν τοιούτων ἢ καὶ πλειόνων καὶ θαυμασιωτέρων εὐεργετημάτων ἀξιώσειεν ἄν. εἰ οὖν δίκαιά τε ὁμοῦ καὶ ἀναγκαῖα τὰ βεβουλευμένα καὶ πρὸς τὸ εὐδοξεῖν καὶ τὸ σώζεσθαι λυσιτελοῦντα, οὐδὲν ἔτι λεῖπον ἢ ἐπιψηφίζεσθαι καὶ ὑμᾶς. αὐτὸς γὰρ ὀρθῶς τε οἰόμενος ἔχειν τὰ εἰρημένα καὶ ὁμοίως περὶ τῶν αὐτῶν φρονῶν, γνώμην δίδωμι δέχεσθαι τὴν εἰρήνην, καὶ τὸ ἐμὸν μέρος ἐπικυρῶ." Τοιαῦτα καὶ τοῦ μεγάλου δομεστίκου εἰρηκότος, ὅ, τε πρωτοστρά-
D τωρ ἐπεψηφίζετο δέχεσθαι τὴν εἰρήνην, ὀρθῶς τόν τε βασιλέα εἰρηκέναι τόν τε μέγαν δομέστικον συνειπεῖν αὐτῷ εἰπών· καὶ οἱ λοιποὶ πάντες εὐθὺς ἄκοντες μὲν, ἐπεψηφίζοντο δ' οὖν ὅμως. πάντων δὲ ἐπιψηφισαμένων τὴν εἰρήνην, ἐπυνθάνετο

esse ostendit. Praeterea eiusdem gentis societate nobis devinctorum curam gerendam, eorumque salutem inprimis diligendam, ut ea non solum propter aemulationem non contemnatur: sed eius tuendae causa, si ita necesse sit, etiam de propriis aliquid libenter amittatur, idque bonorum ac prudentium munus videri. Quibus enim incommodis quispiam necessarios suos et homophylos conflictari patitur, iisdem ipse nescius conflictatur: et solum cives suos vicisse, turpissime victum esse, non vicisse, arbitremur licet. Caput ac summa horum est, Deum universorum inspectorem, quia nos oblata prosperitate probe atque ut convenit ac sine fastu uti, nec inde saevos et immanes evasisse videt, multis huiuscemodi ac maioribus etiam beneficiis prosecuturum. Si igitur iusta et necessaria, si cum salute et gloria vestra consociata sunt quae consuluntur, hoc unum superest, ut vos quoque assentiamini. Ego ipse quae dicta sunt approbo idemque sentio: pacem accipiendam pronuntio et pro mea parte ratam habeo. Haec illo prolocuto, protostrator censuit, quod imperator de pace accipienda verba fecisset et magnus domesticus ei suffragatus esset, recte factum, et ceteri omnes, ingratis quidem, statim tamen manus dederunt. Pace omnium sententiis decreta, rursum quaesivit imperator, ecquid pacem componi talem oporteret, quae

αὖθις ὁ βασιλεὺς, εἰ τοιαύτην δέοι τὴν εἰρήνην γενέσθαι ὥστε A.C.1322 βεβαίαν εἶναι ἀεὶ, καὶ μηδεμίαν ὑποψίαν ὕστερον ἢ πρόφασίν τινα πολέμου ἔχειν. ὁ δέ γε μέγας δομέστικος, οἷα δὴ πρότερον ἅμα βασιλεῖ ὁποίαν τινὰ δεῖ εἰρήνην γενέσθαι βεβουλευμένος, τοιούτους ἐποιεῖτο τοὺς λόγους, ὡς δοκεῖν οὐκ ἐξεπίτηδες, ἀλλ' ἀνάγκῃ τινὶ πρὸς τὰς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ὁμολογίας συνωθεῖσθαι. „δέον γὰρ" ἔλεγεν „εἶναι, ὦ βασιλεῦ, μὴ P.98 πάλιν ἡμῖν τὰς ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ συμβάσεις τοιαύτας γενέσθαι, ὥστε τοὺς συκοφάντας ἐγχωρεῖν προφάσεων εὐπροσώπων εὐποροῦντας ὑμᾶς τοὺς βασιλέας πρὸς ἀλλήλους διαβάλλειν καὶ τὸν πόλεμον κινεῖν, οὐ μόνον ὑμῖν ἀδοξίαν ἅμα καὶ εἰς τὰ καιριώτατα ζημίαν, ἀλλὰ καὶ τῷ ὑπηκόῳ παντὶ παντοίων προξενοῦντα φορὰν κακῶν. παραπλήσιον γὰρ συμβαίνει καὶ ἐφ' V.79 ἡμῖν, ὁποῖον ἂν καὶ ἐπὶ δυσὶ τῶν ἐπὶ ῥώμῃ καὶ μεγέθει θαυμαζομένων συμβαίη ζώων· ἐκείνων τε γὰρ ἀλλήλοις ἀντεπιόντων καὶ συῤῥηγνυμένων, τὰ ἐν ποσὶ πάντα συντρίβεσθαι καὶ B διαφθείρεσθαι εἰκὸς, ἀδικοῦντα μηδέν· καὶ ὑμῶν ἀπόλλυσθαι τοὺς ὑπηκόους μαχομένων. οὗ δὴ ἕνεκα οὐ μόνον ὅτι εἰρήνην γενέσθαι δεῖ σκοπεῖν, ἀλλ' ὅπως καὶ βεβαία καὶ ἀκατάλυτος μενεῖ· ὡς εἴγε μέλλοιμεν, ὥσπερ καὶ πρότερον, οὐκ εἰρήνην βεβαίαν, ἀλλ' ὥσπερ ἀνακωχὰς τοῦ πολέμου ποιεῖν, βέλτιον μηδὲ γενέσθαι τὴν ἀρχήν. οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἢ ἐπιορκίας ἐγκλήμασι τοὺς προτέρους παρασπονδήσαντας ἐνέχεσθαι περιέσται." Τῶν τοιούτων δὲ λόγων οἵ τε τῆς συγκλήτου καὶ τῆς

firma ac certa semper maneret et posthac suspicione praetextuque belli careret omnimodis. Tum magnus domesticus, ut qui antea cum eo commentatus esset de genere pacis, talia dixit, e quibus non de industria venire, sed necessitate quadam ad pacta et conditiones pacis causa subeundas compelli videretur. Sic ergo fatus est: Pacificatio, imperator, non amplius eiusmodi suscipienda est, ut calumniatoribus speciosis occasionibus facultas suppetat, vestrum utrumvis apud alterum insimulandi et bellum incendendi: quod non solum vobis cum ignominia vestra maximas opportunitates corrumpat; sed etiam universis, qui in ditione vestra sunt, genus omne malorum inferat. Quod enim duabus animantibus robore et magnitudine corporum insignibus acciderit, hoc vobis usuvenit. Nam quomodo, illis in se mutuo irruentibus ac proeliantibus, quae intra pedes sunt omnia conteri ac disperdi consentaneum est, cum tamen illa nihil quemquam laeserint: sic, vobis invicem bellantibus, subiecti innocentes pereant oportet. Quocirca non modo uti pax componatur; sed ut composita ne vacillet ac dissolvatur, videndum est. Etenim si, quemadmodum antehac, non pacem stabilem, sed tamquam inducias facturi sumus, omnino nullam fieri satius est. Quidnam aliud exspectandum, quam ut qui foedus priores ruperunt, perfidiae scelere

A. C. 1322 στρατιᾶς ἀκούσαντες, ὅτι μὲν κατασκευάζων τοιαῦτα ὁ μέγας
C δομέστικος ἐδημηγόρει, ᾔσθοντο οὐδ' ἐπὶ μικρόν. νομίσαντες
δὲ οὐκ ἄλλοθέν ποθεν αὐτὸν αἰνίττεσθαι βεβαίαν ἔσεσθαι τὴν
εἰρήνην, ἢ ἀπὸ τοῦ βασιλέα τὸν νέον ἥν τε κατεῖχε πρότερον
μοῖραν τῆς ἀρχῆς καὶ ὧν προσείληφεν ἐν τῷ νῦν πολέμῳ τὰ
πλείω κατασχόντα ἐς τὰ μάλιστα γενέσθαι δυνατόν, τὸν δὲ
πρεσβύτερον ἠσθενηκότα διὰ τὸ τῆς ἀρχῆς ἀφῃρῆσθαι πολλὰ
ἀτολμότερον πρὸς τὸ νεωτερίζειν ἂν γενέσθαι, καὶ δίκαια καὶ
συμφέροντα πάντες εἶπον τὸν μέγαν δομέστικον εἰρηκέναι, καὶ
τοιαύτην δεῖν ἐθορύβησαν τὴν εἰρήνην εἶναι. ὁ βασιλεὺς δὲ
ἤδη τοῖς οἰκείοις λόγοις πάντας προκατειλημμένους συνορῶν,
D „κἀμοὶ τὰ ἴσα" εἶπε „συνδοκεῖ· τό, τε γὰρ πρὸς ἀλλήλους ἡμᾶς
πολεμεῖν, καὶ αὐτοῖς ἡμῖν καὶ τοῖς ὑπηκόοις ἀλυσιτελές· καὶ τὸ
παράδειγμα οἰκεῖον μάλιστα, ᾧ προσείκασεν ὁ μέγας δομέστικος
τὸν πρὸς ἀλλήλους πόλεμον ἡμῶν. ἀνάγκη γὰρ ὑμᾶς τε τοὺς ὑπ'
ἀμφοτέροις στρατευομένους ἐν ταῖς μάχαις ὑπ' ἀλλήλων ἀπο-
θνήσκειν, καὶ τὰς κτήσεις, ἐξ ὧν αἵ τε ἰδιωτικαὶ καὶ αἱ δημό-
σιοι διαφθείρεσθαι πρόσοδοι. καὶ τὸ μὴ βεβαίαν αὖθις, ἀλλ'
ὑφ' ὁτουοῦν διαλυθήσεσθαι προσδοκωμένην γενέσθαι τὴν εἰ-
ρήνην, μάλιστα ἀσύμφορον ἡμῖν. διὸ δεῖ σκεψαμένους αὐτούς,
P. 99 πᾶσαν πρότερον πολέμου πρόφασιν περιελεῖν· πολέμου δὲ πρό-
φασις πᾶσιν ἀνθρώποις ἢ οἰόμενον ἀδικεῖσθαι ἀμύνεσθαι
ἐθέλειν, ἢ πολέμου ἄρχειν αἱρούμενον ἀδικεῖν· ἐὰν δέ τις ἀγα-

se obstringant? Haec ubi principes ac milites auribus hauserunt, talia eum moliri prorsus non senserunt. Cumque opinarentur, verborum quodam involucro indicare voluisse, plane non aliter pacem perpetuam constare posse, quam si iunior, retenta quam obtinebat parte imperii, illis, quae hoc bello acquisierat, adiunctis, possessionem amplificaret atque ita potentia summa polleret, senior contra, imperio suo magnopere diminuto, enervatus, res novas minus auderet; cum ita, inquam, cogitarent, iustam et utilem domestici orationem fuisse omnes autumarunt et istiusmodi pacem ineundam succlamarunt. Imperator familiari oratione iam praeoccupatos omnium animos intelligens, Et mihi eadem sententia est, inquit, quae magno domestico. Nam belligerare me cum avo, ipsis nobis populisque nostris incommodat; et parabola, qua ille bellum nostrum expressit, rem maxime ante oculos ponit. Necesse est siquidem et vos, alterutri militantes, in pugna interfici, et agros ac praedia, unde publica privataque vectigalia, devastari. Pacem rursus nec constantem et validam, sed qualibet occasione frangendam inire, nobis prorsus inutile. Idcirco rem nos discutere ac prius omnem belli materiam amputare fas est. Materiam porro et causas belli hasce omnes mortales habent, vel cum se laesos putant, ut iniurias ulciscantur, vel, ut quibus iniurias inferre constituerunt, eosdem armis priores

γὼν ἑαυτὸν ἐγχειρίσῃ τῷ πολεμοῦντι, πᾶσαν πρόφασιν πολέ- A. C. 1322
μου περιεῖλεν. εἴτε γὰρ ᾤετο ἀδικεῖσθαι, τὸν ἀδικοῦντα ἔχων
ἡσυχάσει, εἴτε προὐθυμεῖτο πλεονεκτεῖν, πλέον ἔχων οὗ προσ-
εδόκησε, καὶ οὕτω παύσεται τοῦ πολεμεῖν. διὸ δεῖ καὶ ἡμᾶς
βεβαίας εἰρήνης ἐπιθυμοῦντας, θεῷ τε θαῤῥήσαντας καὶ τῇ
σφετέρᾳ αὐτῶν πράξει ὡς ἀγαθῇ, πᾶσαν τὴν ἀρχὴν ἡμῶν τε
αὐτῶν καὶ πόλεων καὶ προσόδων ἐγχειρίσαι τῷ βασιλεῖ· οὕ-
τω δὲ πράξαντες, πᾶσαν πρόφασιν τῶν συκοφαντῶν διαβολῆς B
περιελοῦμεν· ἐκείνων δὲ πεπαυμένων κακουργεῖν, οὐδὲν ἔτι
ἐμποδὼν ἔσται βαθείας ἀπολαύειν πάντας εἰρήνης. εἰ δ' αὖ-
θις χωρήσομεν εἰς μερισμοὺς, πρῶτον μὲν αὐτὸ τοῦτο, τὸ δυ-
σὶν ἔτεσι καὶ ἑξήκοντα ὁμοῦ πάντων ἄρχοντα αὐτὸν, νῦν τῆς
κατὰ πάντων ἐξουσίας ἀποστερεῖσθαι, ἱκανὸν πρὸς ταραχὴν
καὶ δυνατὸν τοῖς συκοφάνταις πεῖσαι προσέχειν ὡς ἐπιβουλεύ-
εται παρ' ἡμῶν καταψευδομένοις. ἔπειτα δὲ καὶ τούτοις αὐ-
τοῖς, ὥστ' ἔχειν ῥάπτειν τὰς διαβολὰς, ὕλην ἂν παράσχοιμεν V. 80
πολλήν· ἐχόντων δὲ ἐκείνων δύναμιν κακουργεῖν, οὐκ ἐν πολ- C
λῷ χρόνῳ ἀναγκασθησόμεθα αὖθις πολεμεῖν. οὐκ ἠρεμήσουσι
γὰρ, ἄχρις ἂν ποικίλαις καὶ πολλαῖς διαβολαῖς ἐξορμήσωσι
πρὸς πόλεμον τὸν βασιλέα. μὴ θαυμάσητε δὲ, εἰ παρὰ τῶν
νεωτεροποιῶν τούτων καὶ φθόρων ἐξαπατήσεσθαι τὸν βασιλέα
λέγων, ἐμαυτὸν ἐξαίρω τοῦ λόγου ὡς μὴ τὰ ἴσα δυνάμενον
παθεῖν, (καίτοι γε οὕτως ἔχω παρασκευῆς καὶ γνώμης, ὡς οὐδ'

lacessant. Quod si quis bellum moventi se ultro tradiderit, iam bellum omne sustulerit. Sive enim ille se laedi arbitratur, laedentem habens in potestate, quiescit; sive rei augendae studebat, plus adeptus quam sperabat, etiam sic arma deponet. Quare et nos opus est, qui pacem inconcussam expetimus, Deo et aequitati causae innitentes, omne imperium et in nos ipsos et in urbes et in vectigalia avo transcribere. Si ita fecerimus, criminatoribus os obturabitur; quibus malitia supersedentibus, nihil impediet, quin omnes firmissima pace perfruamur. Sin rursus ad partiendum imperium aggrediemur, primum istuc ipsum, totis duobus et sexaginta annis cum imperitasse omnibus, et nunc imperii huius imminutionem pati, ad tumultum sufficit et avum, ut obtrectatoribus nos sibi insidias struere mentientibus credat, impellere potest. Deinde his ipsis hominibus ad consuendas sycophantias ansam multam praebebimus: qui si nequitiae exercendae facultatem nacti fuerint, non multum intercedet temporis, cum arma repetere cogemur: nullam quippe partem quietis capient, donec pluribus et variis criminationibus imperatori bellum persuaserint. Ne autem miremini, si cum ab istis rerum novarum cupidis ac pestiferis hominibus avum in fraudem inductum iri dicam, me hinc eximo, quasi non idem mihi queat contingere, (tametsi ita paratus et animatus sum, ut si quid eveniat, ne vere

A.C.1322 ἂν εἴ τι γένοιτο, μήτοι γε ἐκ διαβολῆς, ἀλλ' οὐδ' εἰ ἀληθῆ τὰ λεγόμενα εἴη, πρὸς πόλεμον πρότερος αὐτὸς ἐξορμήσων, πρὶν ἂν αὐτοῖς ἔργοις ἀναγκασθῶ ὡς ἐπιόντα ἀπωσόμενος τὸν πόλεμον, τὰ ὅπλα ἀναλαμβάνειν,) ἀλλ' ὡς ἐνέχυρα ἱκανὰ πρὸς ἐκεῖνον τῆς διαβολῆς ἐχούσης. ὁ γὰρ ἄρχων μὴ τὴν ἀρχὴν
D ἀφαιρεθείη δεδοικὼς, κἂν ἐπιβουλεύεσθαι πεισθείη· ὁ δουλεύων δὲ οὐκ ἂν πείθοιτο ῥᾳδίως. τούτων δὴ ἕνεκα ὧν εἶπον, μὴ πάλιν πρὸς μερισμοὺς τῆς ἀρχῆς ἐπιπολὺ σκεψαμένῳ ἔδοξε δεῖν χωρεῖν, ἀλλ' ἡμᾶς τε αὐτοὺς καὶ πάντα χρήματα ἀγαγόντας, ἐγχειρίσαι βασιλεῖ· οὕτω γὰρ ἣν ποθοῦμεν εἰρήνην βεβαία περιέσται." Τοιαῦτα περὶ τῆς εἰρήνης διειλεγμένου τοῦ βασιλέως, ἐπιπολὺ μὲν τὸ βουλευτήριον σιωπὴ κατέσχε βαθεῖα, πάντων πρὸς τοὺς λόγους ἐκπεπληγμένων. οὐ γὰρ ἂν ἐπὶ τοιούτοις ᾠήθησάν ποτε γενέσθαι τὴν εἰρήνην. ἀποκριναμένων δὲ οὐδὲν, ἐπιστραφεὶς ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν μέγαν
P.100 δομέστικον „οὐ σιωπᾷν" ἔφη „χρεὼν, ἀλλ' αὐτόν τε ὡς ἔχεις περὶ τῶν εἰρημένων καὶ τοὺς ἄλλους λέγειν. ἐπὶ τούτοις ὁ μέγας δομέστικος εἶπε τοιάδε· „εἰ μὲν πρὸς βαρβάρους, ὦ βασιλεῦ, τοὺς φύσει πολεμίους ὁ πόλεμος ἡμῖν ἦν, οὐδὲν ἕτερον ἔδει σκοπεῖν, ἢ ὅπως, ἢν μὲν περιγενώμεθα τῷ πολέμῳ, ἐπεξιέναι καὶ διαφθείρειν, ἄχρις ἂν ἢ ἐκτρίψαντες ποιήσωμεν ἐκποδὼν, ἢ, τό γε δεύτερον, δουλωσάμενοι ποιήσωμεν ὑποφόρους· εἰ δὲ ἰσόρροπα ἡμῖν τὰ πράγματα ἦν, πρὸς τὴν αὐτῶν χρείαν

quidem relata, nedum calumniose, ad bellum ante incipiendum me permoveant, quam re ipsa cogar arma capessere bellumque mihi illatum defendere,) ideo hoc a me dicitur, quod obtrectatio multa velut pignora apud eum habet. Qui enim imperat, cum imperii amittendi metum conceperit, huic etiam, sibi insidias tendi, fides fieri poterit: qui vero paret, ei istuc persuaderi non facile poterit. Ob haec ipsa igitur quae commemoravi, mihi diu multumque cogitanti, non iterum ad divisionem imperii veniendum, sed nobis ipsis cum rebus omnibus in imperatoris auctoritatem imperiumque concedendum visum est: sic enim duraturam, quam expetivimus, pacem prorsus adipisci licebit. His a iuniore imperatore super pace disputatis, diu altum fuit in concilio silentium, cunctis ea oratione attonitis: nunquam enim in mentem illis venisset, tali modo pacem compositum iri. Cum nihil responderetur, conversus ad magnum domesticum, Non iam silendi tempus, inquit; tibi ipsi et aliis ad verba mea respondendum est. Tum ille sic infit: Siquidem, imperator, contra barbaros natura hostes bellum nobis susceptum esset, nihil erat considerandum aliud, nisi quomodo victores loca omnia populabundi percursaremus, usque dum omnes caedibus e medio tolleremus aut saltem in servitutem redactos tributarios nostros faceremus; sin aequo Marte paria rerum momenta essent, quomodo

μεθαρμόζεσθαι καὶ αὐτούς. ἐπειδὴ δέ ἐστιν οὔτε πρὸς φύσει A.C. 1322
πολεμίους βαρβάρους, οὔτε πρὸς τὴν αὐτὴν μὲν ᾑρημένους
θρησκείαν ἡμῖν, ἄλλως δὲ πολεμίους καὶ ὑπὸ ἰδίαν τεταγμέ- B
νους ἡγεμονίαν, οὓς ἄν τις ἴσως καὶ βιάζεσθαι συγχωρήσειε
δυναμένοις· ἀλλὰ πρὸς ὁμοφύλους καὶ οἰκειοτάτους, τίς ἂν
νοῦν ἔχων καὶ μικράν τινα ποιούμενος φροντίδα τοῖς ἐν ᾅδου
καταδίκοις μὴ συνεῖναι, μᾶλλον ἂν ἀνθέλοιτο τὸν πόλεμον τῆς
εἰρήνης; καίτοι γε οὐδ' οὕτω συμμεμέρισται ὑμῖν τοῖς βασι-
λεῦσι τὰ τῆς ἀρχῆς, ὡς τὸν μὲν τῆς ἐκ τῆς ἕω στρατιᾶς, τῆς
ἑσπερίου δὲ τὸν ἕτερον στρατηγεῖν· ἦν γὰρ οὕτω τι μετριώ-
τερον, Ῥωμαίοις μὲν καὶ οὕτω Ῥωμαίων συμπιπτόντων καὶ
κτεινομένων, ὅμως δ' οὖν τινα παραμυθίαν τὸ μὴ προσήκειν
αὐτοῖς καθ' αἷμα τοὺς ἀποσφαττομένους οἰομένων. νυνὶ δ' C
οὕτως ἡ κοινὴ τῶν Ῥωμαίων συνεσκεύασε δυστυχία, ὡς αὐτὰς
τὰς οἰκίας πρὸς ἀλλήλας μερισθείσας, μήτοι γε πόλεις, καὶ
ἀδελφοὺς ἀλλήλοις, καὶ παῖδας πατράσι, καὶ φίλους γνησιω-
τάτοις φίλοις οὐ τῷ σφετέρῳ αὐτῶν, ἀλλὰ τῷ τῶν βασιλέων
ἔχθει πολεμεῖν. εἰκὸς δὲ καὶ παρ' αὐτὰς τὰς μάχας τὸν πατέ-
ρα τὸν οἰκεῖον ἢ τὸν ἀδελφὸν ἀποκτείναντά τινα ἢ τὸν φί-
λον, ἐν τῷ σκυλεύειν τὴν δυστυχεστάτην ἐπιγνῶναι νίκην, οὗ
τί σχετλιώτερον γένοιτ' ἄν; ὧν δὴ ἕνεκα αὐτός τε ἡγοῦμαι V. 81
τὴν εἰρήνην λυσιτελεῖν, καὶ οἱ ἄλλοι συνεπιψηφίζονται πάν-
τες. ἐπειδὴ δὲ νῦν καὶ ἐφ' ὁποίοις δή τισι τὴν εἰρήνην γενέ-
σθαι δεῖ πρόκειται σκοπεῖν ὥστε μένειν βεβαίαν καὶ μὴ πά- D

18. τῶν πατέρα male ed. P.

ad eorum usum ipsi quoque nos accommodaremus. Quoniam vero neque adversum tales pugnamus, neque adversum eos, qui sacrorum socii, cetera hostes, suis legibus vivunt, quos fortasse potentioribus opprimendos condones: sed contra homophylos et coniunctissimos, quis prudens, obsecrō, et vel tantillum sollicitus, ne apud inferos inter damnatos referatur, bellum hoc paci anteponat? Atqui ne sic quidem vobis imperatoribus distributum est imperium, ut alter vestrum exercitu ex oriente, alter ex occidente collecto militet: esset enim id tolerabilius. Quamquam enim Romani vel sic concurrerent cum Romanis seque mutuo interficerent, tamen illa consolatione mulcerentur, quod perempti nulla se cognatione attingerent. Nunc in communi Romanorum calamitate ita se res habet, ut ipsae domus, nedum urbes in se divisae sint, et fratres cum fratribus, et filii cum parentibus, et amici cum amicis germanissimis, non suo ipsorum, sed imperatorum inter se odio deproelientur. Verisimile porro est, quosdam interfectorum a se patrum suorum, aut fratrum, aut amicorum spolia legentes, infelicissimam victoriam agnituros: quo quid tandem miserabilius? Ob has res ego ceterique omnes omnino pacem conducere sentimus. Quia ergo nunc certas ob causas eam constituere

A.C. 1322 λιν προφάσεων πρὸς πόλεμον εὐπορεῖν, εἰ μὲν ἕτερ' ἄττα ἢ αὐτὸς εἴρηκας, ὦ βασιλεῦ, λυσιτελεῖν ἐλογιζόμην, εἶπον ἂν ἐνδοιάσας μηδέν· ἐπειδὴ δὲ ἅμα τε δίκαια καὶ τῷ κοινῷ συμφέροντα Ῥωμαίων καὶ πρὸς εὐδοξίαν οὐδενὸς δεύτερα σαυτῷ τε εἴρηκας καὶ ἡμῖν, θεῷ τῷ τῶν ἀγαθῶν θαῤῥήσαντες ἐφόρῳ, εἰς ἔργα προάξωμεν τοὺς λόγους." Τοιαῦτα μὲν καὶ ὁ μέγας δομέστικος εἶπεν· ἐπιτραπεὶς δὲ καὶ ὁ πρωτο-
P. 101 στράτωρ ἃ δοκεῖ συμφέροντα εἰπεῖν, „τὴν μὲν εἰρήνην ὡς ἀγαθὸν καὶ λυσιτελὲς ἡμῖν τε καὶ τῷ κοινῷ Ῥωμαίων παντὶ, οὐδ' ἂν αὐτὸς ἀρνηθείην, μὴ καὶ οἴεσθαι καὶ πεπεῖσθαι" εἶπε „παρ' ὑμῶν. τοιαύτην μέντοι οἵαν αὐτὸς εἴρηκας γενέσθαι, βασιλεῦ, οὐδὲ ὑπονοῆσαί ποτε ὁμολογῶ. ἐλογιζόμην γὰρ ὅτι πρὸς οἷς κατείχομεν πρότερον καὶ ἐκ τῶν νῦν προσχωρησάντων οὐκ ὀλίγα κατασχόντες, τὰς ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ ποιήσομεν σπονδάς. διὸ καὶ προθυμίᾳ σὺν πολλῇ τῶν περὶ τῆς εἰρήνης εἰχόμην λόγων· ἐπειδὴ δέ σοι οὕτω βέλτιον δοκεῖ, κἀμοὶ πᾶ-
B σα συνδοκεῖν ἀνάγκη. ἐξ ὅτου γάρ σοι φέρων ὑπέταξα ἐμαυτὸν, οὕτω πέπεισμαι ὡς ἅμα σοὶ καὶ ἀποθανούμενος καὶ βιώσων. διόπερ εἰ καὶ αὐτὸς ἑτέρως ἐλογιζόμην ἔσεσθαι τὴν εἰρήνην, ἀλλ' ἐπειδὴ νυνὶ σοὶ τοῦτον τὸν τρόπον δοκεῖ, ὡς ἂν αὐτὸς βέλτιον ἡγῇ τελείσθω." τοιαῦτα καὶ πρωτοστράτορος εἰπόντος, εὐχαριστήσας ὁ βασιλεὺς ἐπυνθάνετο τῶν ἄλλων. ἐπισχόντες δὲ μικρὸν, „παρὰ σοὶ τὴν ἐξουσίαν, ἔφασαν, εἶναι τοῦ πράττειν· δεσπότης δὲ ὢν, ἃ βούλει πρᾶττε." τὴν τοι-

oportet, dispiciendum, quo pacto inviolabilis permaneat: ne rursum occasiones armorum renovandorum exoriantur. Si aliud quam abs te dictum est, utile arbitrarer, non dubitassem id in medium afferre. Sed quoniam et iusta, et Romanorum communi frugifera, et tibi nobisque gloriosissima disseruisti, Deo bonorum praeside freti, ad opus verba conferemus. Haec magnus domesticus: secundum quem et protostrator, quod putaret fore e re publica eloquendi copia facta: Pacem, inquit, nobis totique imperio Romano bonam ac salutarem me iudicare et ita a vobis persuasum esse, haud inficiabor: talem autem conficiendam esse, qualem tu imperator descripsisti, nunquam me suspicatum confiteor. Mecum enim cogitabam, nos ad ea, quae prius tenebamus, recenti accessione facta, pacis foedus icturos. Unde aliis de ea disserentibus cupidissime auscultabam. Ceterum quia haec via tibi magis probatur, mihi quoque ut probetur, prorsus necesse est. Ex quo namque ad auctoritatem tuam me contuli, sic me institui, ut tecum vivere iuxta ac mori non recusem. Quare etsi aliter pacem confectum iri ratiocinabar, nihilo minus cum haec tua mens sit hodie, quod quod rectius censes, id fiat sane. Imperator protostratori haec prolocuto gratias egit et alios interrogavit. Qui post aliquam moram responderunt, cum dominus sit, in manu eius esse facere

αὐτὴν δὲ ἀπολογίαν οὐ πεισθέντες τοῖς εἰρημένοις, ἀλλ' ἀη- A. C. 1322 δῶς μᾶλλον εἶπον διατεθέντες. ὁ μέντοι βασιλεὺς τὴν ἀπολογίαν ὅ, τι νοεῖ ὑποκρινάμενος ἀγνοεῖν, εὐχαριστήσας καὶ αὐ- C τοῖς, διέλυσε τὴν ἐκκλησίαν. ἐξ ἐκείνης δὲ καὶ εἰς ἑβδόμην ἡμέραν ὁ βασιλεὺς τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ ἅμα καὶ πρωτοστράτορι τούς τε ἐν τέλει καὶ τοὺς λογάδας πείθοντες τῆς στρατιᾶς, καὶ δι' αὐτῶν ἅπαν τὸ πλῆθος, ἴσχυσαν μόλις εὐπαράδεκτον πᾶσι τὴν ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις εἰρήνην καταστῆσαι. ἐξῆν μὲν οὖν καὶ βασιλεῖ σὺν ὀλίγοις τῶν ἐπιφανῶν τισι τὴν εἰρήνην κυροῦν, ἐδόκει δὲ βέλτιον γενέσθαι ψήφῳ κοινῇ. καὶ διὰ τοῦτο τὰ τοιαῦτα ᾠκονομεῖτο.

λγ'. Ἐπεὶ δ' ἐκεκύρωτο παρὰ πάντων, τὸν τοῦ ἁγίου D ὄρους πρῶτον, ὅστις καὶ ἐπρέσβευε τότε, μετακαλεσάμενος ὁ βασιλεὺς, „τὴν μὲν πρὸς τὴν εἰρήνην ἔνστασιν" εἶπε „τῆς στρατιᾶς, τήν τε ἡμετέραν πρὸς τοῦτο σπουδὴν καὶ τοὺς τρό- V. 82 πους καὶ τὰς ἐπινοίας, δι' ὧν αὐτὴν εὐπαράδεκτον πᾶσι πεπείκαμεν γενέσθαι, αὐτὸς ἰδὼν ἀπαγγελεῖς τῷ ἐμῷ κυρίῳ καὶ βασιλεῖ· ἐξ ἐμοῦ δὲ πρὸς αὐτὸν τοιαῦτα ἐρεῖς, ὡς, μάρτυρα τῶν ἐμῶν ποιοῦμαι λόγων τὸν πάντ' ἐφορῶντα ὀφθαλμὸν τοῦ θεοῦ καὶ τὴν ἐκ τοῦ συνειδότος ἀδέκαστον κρίσιν, ὡς P. 102 οὔτε πρότερον οὔτε νῦν ἐμαυτῷ τι σύνοιδα εἰργασμένῳ οἷον ἄξιον εἶναί σε τὸν ἐμὸν κύριον καὶ πατέρα οὕτως ἐκπολεμωθῆναι ποιῆσαι πρὸς ἐμέ. διόπερ πρότερόν τε ἅμα τε ἐμνήσθης εἰρήνης, καὶ αὐτὸς μηδὲν ἀντειπὼν μηδὲ πολυπραγμο-

quae vellet. Responsum hocce tristi animo reddiderunt: non enim illos orationes commoverant. Nihilo minus imperator quod sciebat nescire simulans, eis similiter gratias egit conventumque solvit. Inde usque ad diem septimum ipse, magnus domesticus et protostrator optimates ac selectos perque illos totam multitudinem ut pacem propter rationes ante dictas amplecti vellent, aegre induxerunt. Et imperatori quidem cum paucis quibusdam de nobilibus pacem ratam facere licebat; verum id communi suffragio fieri consultius visum est: quae causa fuit, ut res ad hunc modum administraretur.

33. Pace omnium consensu accepta, praefecto Sacri Montis, qui tum apud se legati munere fungebatur, accersito, imperator, Quantopere exercitus paci repugnaverit, inquit, quantumque studium, quos modos et commenta nos adhibuerimus, quibus omnes ad eam complectendam adduceremus, ut tute coram vidisti, domino meo et imperatori renuntia. Ex me vero hoc illi dicito, me deum omnia videntem incorruptumque conscientiae meae iudicium testari, neque alias, neque modo quidquam tale designasse, quod dominum ac parentem meum tam hostili in me odio imbuere merito debuerit. Quamobrem et antea ut primum pacis meminerit, me nihil

A. C. 1322 νήσας, ἀλλὰ καὶ νομίζων εὐεργετεῖσθαι, τὸ ἐπίταγμα ἐπλήρουν τὸ σόν· καὶ νῦν, καίτοι γε τῆς στρατιᾶς πολλὰ δυσχεραινόντων, ἐφ' οἷς ἐπεχείρουν πείθειν, ὡς ἀκριβῶς παρὰ τοῦ πρέσβεως μαθήσῃ, ὃ προστέταχας, καὶ θεοῦ συναιρομένου, ἤγαγον πρὸς πέρας. ἐν μὲν οὖν ταῖς ἐπὶ τῇ τοῦ προτέρου
B πολέμου καταθέσει σπονδαῖς τὸ ἀπὸ Χριστουπόλεως ἄχρι Σηλυβρίας εἰς ἰδίαν ἀρχὴν περιεποιησάμην, οὐ δεόμενος αὐτός, ἀλλὰ δι' ἃς εἶπον αἰτίας τότε οὔσας ἀναγκαίας. νυνὶ δὲ συνιδών, ὡς ἡ ἐπὶ τοῖς τοιούτοις εἰρήνη ἀρχὴ κατέστη δευτέρου πολέμου· (οἱ γὰρ συκοφάνται καὶ κοινοὶ πολέμιοι καὶ τῆς Ῥωμαίων τύχης ἀφανεῖς λυμεῶνες ὕλης εὐπορήσαντες καὶ πολλὰς αἰτίας πλασάμενοι καὶ διαβολάς, ἐξώργισαν κατ' ἐμοῦ καὶ πρὸς πόλεμον ἐξώρμησαν ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας ἐμφανοῦς,) δείσας μὴ καὶ αὖθις τὴν προτέραν μοῖραν τῆς ἀρχῆς ἢ καὶ πλεῖόν τι ἰδιοποιησάμενος, ἀφορμὰς πάλιν τοῖς συκοφαν-
C τεῖν ἐθέλουσι παράσχω, καὶ πλασάμενοι διαβολάς, πρὸς τὸν κατ' ἐμοῦ πόλεμόν σε ἐρεθίσωσιν αὖθις, ὅπερ ἐπαχθέστερον ἐμοὶ θανάτου· φέρων ὑπὸ τὴν σὴν ἐξουσίαν παραδίδωμι πάντα, οὐ πόλεις μόνον καὶ χώραν καὶ δημοσίους φόρους, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν ἐμὲ μετὰ πάντων ὧν ἄγω, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε σοὶ περὶ τῆς διοικήσεως πάντων μελήσει ἕκαστα σκεψαμένῳ. τοῦ μέντοι μισθοφορικοῦ τῆς στρατιᾶς τὸν μισθὸν αὐξήσας, παρέσχον καὶ γῆς ἑκάστῳ πλέθρα χρυσίων δέκα. περὶ μὲν

πόλεων δήμους ἀπ' ἐλασσόνων ὁρμωμένους ἀποστερήσουσι καὶ
τούτων, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς τοὺς δυνατοὺς, πολλὰ καλὰ κτήματα V. 92
ἔχοντας κατὰ τὴν χώραν, ζημιώσουσι πολλά. διὸ δὴ καὶ πα-

modaturum, si universum felix sit ac beatum, quam si, civibus singulis felicibus, ipsum totum simul affligatur. Nam infortunatus quispiam in patria fortunata servari facillime queat: fortunato autem in patria misera nihilo minus cum aliis pereundum est. Quando igitur civitas aut regnum privatas calamitates prohibere potest, singuli autem per se publicas non possunt, qui tandem ei non omni ratione ab omnibus succurrendum est? Iam quae Moesorum rex insolenter in nos admiserit, nec vos utique latent. Nam cum praedones alii quamvis nonnunquam etiam turmatim irruperint, simul ad fines pervenerunt, et adesse animadversi sunt, in sedes suas refugere solent: iste perinde, quasi non in hostium, sed in suis terris haberet sub signis exercitum, nullo metu fines nostros insedit, diebus duodecim agris usque Beram et Traianopolin depopulationem hostiliter intulit. Quod si quis putat, quia re provisa agrestes se cum pecoribus castellis atque urbibus incluserint, minus detrimenti acceptum esse, quam potuisset, et idcirco tolerabile videri, nae ille vehementer errat. Nisi nunc eos pro eo ac merentur puniverimus, iterum ac tertium irrumpent: neque solum tenuiores cives suis facultatibus spoliabunt, sed nos quoque opulentos, qui multas ac nobiles tota regione possessiones habemus, damnis afficient. Quamobrem hortor vos, ut non modo qua altitudine animi, verum etiam qua illorum despicien-

A.C. 1322 ραινῶ ὑμῖν, ὁμόσε χωρεῖν τοῖς πολεμίοις, μὴ φρονήματι μόνον τῶν προγόνων, ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι χρωμένους. ἐκεῖνοί τε B γὰρ ἐκ τοῦ ἀεὶ νικᾷν τοὺς Μυσοὺς ἐχυρωτέραν ἔχοντες τὴν τόλμαν, καταφρονητικῶς ἐπῄεσαν αὐτοῖς, καὶ ἡμῖν, ἐὰν τῆς ἐκείνων ἀρετῆς καὶ προθυμίας φανῶμεν ζηλωταὶ, τὸ αὐτὸ ἐξέσται. ἔχομεν δὲ καὶ πολλὰ ἐνέχυρα ἀσφαλῆ τοῦ περιγενέσθαι ἂν αὐτῶν ἐν τῷ πολέμῳ. ἥ τε γὰρ ἡμετέρα στρατιὰ πλείων καὶ τὰ πολέμια κραταιοτέρα, ὑμῶν τε τῆς συγκλήτου πολλοὶ τῶν ἐκείνων βασιλέων οὐ φρονήσει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνδρίᾳ καὶ πείρᾳ τῇ πρὸς στρατηγίας ὑπερέχετε πολύ· χρήμασί τε οὐκ ἐκ τῶν κοινῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἰδίων ἐῤῥώμεθα μᾶλλον ἐκείνων. οἷς εἰ μὴ χρησαίμεθα νῦν, ὁπότε ἂν ἀπολαύσαιμεν C τῆς ἐξ αὐτῶν ὠφελείας ἀπορῶ. ὡς οὖν ἐν πᾶσιν ὑπερέχοντες αὐτῶν, διδάξωμεν αὐτοὺς οὐ τὸ ἐς τὴν ἡμετέραν εἰσβάλλειν ὂν λυσιτελὲς, ἀλλὰ τὸ τὴν ἰδίαν ἀσινῆ καρποῦσθαι ἀγαπητόν· καὶ προθύμως συναγωνισώμεθα κατὰ τόνδε τὸν πόλεμον τοῖς ἡμετέροις βασιλεῦσι καὶ χρήμασι καὶ οἰκέταις καὶ τοῖς σώμασιν αὐτοῖς, τῇ τε τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας τιμῇ ἀπὸ τοῦ μὴ ὑπὸ τῶν βαρβάρων καταφρονεῖσθαι, ᾗ ἀγαλλόμεθα πάντες, βοηθῶμεν καὶ μὴ φεύγωμεν τοὺς πόνους. ἃ μὲν οὖν εἶπον, προθύμως ἅπτεσθαι τοῦ πολέμου παραινῶν ὑμῖν, οὐδὲ αὐτοὺς ἂν λογισαμένους ὡς οὐ καλῶς ἔχουσιν, D ἀντειπεῖν δοκῶ. ὅτι δὲ πρὸς τὴν ἴσην παρεσκεύασμαι καὶ αὐτὸς καὶ σπουδὴν καὶ προθυμίαν, ἐξ αὐτῶν ἔσται τῶν ἔργων

24. Ad oram MS. ἐξέσται. *ED. P.*

tia maiores vestri consueverunt, in hostes feramini. Nam illi, quod Moesos semper vincerent, tutius audentes, contemptim in eos invadebant: et nobis, si eorum virtutem alacritatemque aemulabimur, idem licebit. Multa porro ac non dubia victoriae pignora suppeditant. Primum enim copiae nostrae maiores sunt: deinde apparatus bellicus validior; multique de hoc consessu nostro regibus ipsorum et prudentia et fortitudine et rei militaris usu praestant. Adde quod pecunia, qua publica, qua privata, plus illis possumus: ea si hoc tempore non utimur, num quando cum emolumento nostro usuri simus, equidem dubito. Quoniam ergo rebus omnibus antesumus, doceamus illos, non in alienam provinciam irruere fructuosum, sed sua secure perfrui iucundum esse: et in hoc bello imperatores nostros et sumptu et servis et corpore ipso adiuvemus, et decus Romani principatus, quo gaudemus, a contemptu barbarorum, nullum laborem detrectantes, conservemus. Quae igitur de bello impigre capessendo dixi, ea vos quoque approbaturos puto. Me vero eodem ardore alacriter adiuvandi incensum esse, facta ipsa documento erunt. Fortitudine enim, intelligentia et bellandi scientia plerosque vestrum priores ferre,

τὴν ἀπόδειξιν παραλαβεῖν. ἀνδρίᾳ μὲν γὰρ καὶ συνέσει καὶ A.C. 1322
ἐμπειρίᾳ τῇ πρὸς τοὺς πολέμους πολλοῖς ἂν ὑμῶν συγχωρήσαιμι τὸ πλέον ἔχειν· τῇ προθυμίᾳ δὲ τῇ κατὰ τὰ ἔργα καὶ τῷ ὑπὲρ τῆς τῶν ὁμοφύλων ὠφελείας καὶ τῆς βασιλέων τῶν ἡμετέρων τιμῆς καὶ ἡμῶν αὐτῶν εὐδοξίας καὶ χρήματα καὶ οἰκέτας καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα ἐπιδοῦναι, οὐδενὸς εἶναι δεύτερος ἀξιῶ. ὡς οὖν οὐχ ὑπὲρ εὐδοξίας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς εἰσέπειτα ἀσφαλείας βουλευόμενοι, οὕτω καὶ ψηφισώμεθα καὶ ἁψώμεθα τοῦ πολέμου· καὶ μὴ χείρους φαινώμεθα τῶν προγόνων, οἳ μετὰ P. 115
πόνων καὶ κινδύνων τὸ μὴ ὑπὸ τῶν τοιούτων περιφρονεῖσθαι παρέδοσαν ἡμῖν· ἀλλὰ πολὺ φοβερώτερον νομίζωμεν τὴν οὖσαν εὐδοξίαν ἀπραγμοσύνῃ ἂν ἀφαιρεθῆναι, ἢ κτώμενοι ἀτυχῆσαι.” Τοιαῦτα μὲν ὁ μέγας δομέστικος εἶπεν. ὁ πρωτοστράτωρ δὲ μετ' αὐτὸν „μὴ νομίζετε” εἶπεν „ὦ παρόντες, τὸν μέγαν δομέστικον μόνον τοιαῦτα καὶ βουλεύεσθαι καὶ προθυμεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν ἅπασι ταῦτα συνδοκεῖν· καὶ μὴ ἂν τὰ ἡμέτερα ὀρθωθῆναι, εἰ μὴ καὶ σπουδὴν καὶ τόλμαν ἀξίαν καὶ τῆς τῶν προγόνων καὶ ἡμῶν αὐτῶν ἀναλάβωμεν εὐδοξίας.” τὰ ἴσα δὲ καὶ οἱ τῷ νέῳ βασιλεῖ συνόντες συν- B
επεψηφίσαντο πάντες. τοῖς δ' ἐν Βυζαντίῳ τῷ πρεσβυτέρῳ συνοῦσι βασιλεῖ ἀναγκαῖα μὲν οὐκ ἐδόκει τὰ εἰρημένα· οὐ μέντοι καὶ ὡς ἀλυσιτελῆ ἐτόλμησαν φανερῶς ἀντειπεῖν, ἀλλὰ πολλὰ ἐφεξῆς συνείραντες, ἐξ ὧν κατεσκεύαζον ἀδήλως, ὡς δεῖ τὴν ἀπραγμοσύνην μᾶλλον αἱρεῖσθαι, ἀνέστησαν ἀσύμ-

haud aegre concesserim: verum alacri ad opus voluntate et conferendis insuper ad utilitatem civium, ad imperatorum dignitatem, ad nostram ipsorum celebritatem sumptibus et servis domesticis et hoc ipso corpore meo nemini me secundum numerari volo. Ergo quasi non de gloria solum, verum etiam de futura securitate consultemus, ita sententias dicamus et ad bellum accingamur: neve a maioribus nostris degeneremus, quorum opera periculisque effectum est, ne ab istis contemni possemus: sed multo formidabilius arbitremur, partam claritudinem per desidiam posse amittere, quam in ea retinenda casus adversos experiri. Hactenus magnus domesticus, quem excipiens protostrator, Nolim cogitetis, inquit, vos, qui praesentes estis, haec tantummodo magnum domesticum consulere et ad ea promptum afferre studium: nobis quoque universis idem videri scitote: nec unquam res nostras feliciter ituras, ni diligentiam et animos maioribus nostris nostroque ipsorum nomine dignos susceperimus. His iunioris imperatoris comitatus ad unum assensit. At senioris optimates non duxerunt pro necessariis quae dicebantur, tametsi ea palam ut inutilia coarguere non auderent: sed multa deinceps acervantes, quibus otium potius eligendum astruerent, discordes surrexerunt; quasi in tam perplexo negotio certum consilium reperire nequirent; revera,

A.C. 1322 φωνοι ταῖς γνώμαις, τὸ μὲν δοκεῖν, ἐξ ἀποριῶν τινων εἰς
V. 93 ἀμηχανίαν καθιστάμενοι, τὸ δ' ἀληθὲς, οὐχ ἃ τῷ κοινῷ λυ-
σιτελεῖ, ἀλλ' ἃ αὐτοῖς ἰδίᾳ διαφέρει σκοποῦντες. ἐπηκροῶντο
δὲ καὶ οἱ βασιλεῖς ἔνδοθεν τῶν λεγομένων, ὄντες οὐ μα-
κράν. βασιλεὺς μὲν οὖν ὁ νέος ἐφθέγξατο οὐδέν· ὁ δέ γε
C πρεσβύτερος τῶν μὲν αὐτῷ συνόντων ἀνανδρίαν τε πολλὴν
κατεγίνωσκε καὶ ἀβουλίαν, τοὺς δὲ τῷ ἐγγόνῳ συνόντας ἐθαύ-
μαζέ τῆς εὐβουλίας, καὶ τῆς ὑπὲρ τοῦ κοινῇ συμφέροντος
σπουδῆς ἐπῄνει· μάλιστα δὲ τὸν μέγαν δομέστικον συνετῶς
ἄγαν καὶ καιρίως βεβουλευμένον, καὶ ἀκριβεῖς ἔλεγεν αὐτῷ
τοῦ πρὸς μητρὸς πάππου χαρακτῆρας ἐνορᾶν, ὃς οὕτως ἦν
τά τε δέοντα συνεῖναι ὀξὺς καὶ ἑρμηνεῦσαι ταῦτα ἱκανὸς
καὶ καταπράξασθαι δραστηριώτατος· „ὡς παρ' ἐμοὶ κριτῇ,
εἴγε ἐτελεύτων ἐξ ὀσφύος οὐκ ἔχων διάδοχον τῆς βασιλείας
καταλιπεῖν, ἐκεῖνον ἂν συνεβούλευσα Ῥωμαίοις προστήσασθαι
D ἑαυτῶν." οὕτω μὲν ὁ βασιλεὺς τῶν μὲν κατέγνω, τοὺς ἑτέ-
ρους δὲ ἠξίωσεν ἐπαίνων. αὐτὸς δ' ὅ,τι χρὴ πράττειν ἅμα
τῷ νέῳ βασιλεῖ περὶ τοῦ προκειμένου ἐβουλεύοντο πολέμου.
ἐξετάζοντες δὲ τὸν λόγον, ὃν πρὸς βασιλέα τὸν νέον ὁ βασι-
λεὺς Μυσῶν μεμήνυκε Μιχαὴλ, (ὡς εἴσω ὀλίγου χρόνου διὰ
τὴν ἐσομένην αὐτοῖς φιλίαν συστρατευόμενοι πρὸς τοὺς ἑτέ-
ρωθί που μαχοῦνται πολεμίους,) καὶ μηδὲν ἕτερον στοχάζε-
σθαι δυνάμενοι, ἢ ὅτι Μιχαὴλ τὴν βασιλέως ἀδελφὴν, ἣ τῷ
προβεβασιλευκότι Μυσῶν συνῴκει, βούλεται γυναῖκα ἀγαγέ-
σθαι, ἐπεψηφίζοντο τὸν μὲν βασιλέα τὸν νέον ἐξελθόντα Βυ-

quod, communi posthabito, sua ipsorum compendia sectarentur. Non procul inde ex occulto imperatores hos sermones auscultabant, tacenteque iuniore, senior suos valde effeminatos atque inconsultos iudicabat: nepotis contra ut consilio bonos publicorumque commodorum cupidos suspiciebat atque commendabat. Inprimis vero magnum domesticum prudenter admodum et ad tempus accommodate consuluisse pronuntiabat: et se in illo avi materni expressam intueri imaginem, qui tam celeriter arripuisset, et tam idonee explicasset, et promptissime confecisset, quae res postulasset: ut decreverit, si absque successore ex se nato de vita exiret, Romanis suadere, illum potissimum sibi imperatorem praeficerent. Hunc in modum senior illos damnabat, hos laudibus extollebat, et cum nepote de bello suscipiendo cogitationes suas communicabat. Cum autem verba perpenderent, quae Michael Moesorum rex imperatori iuniori renuntiari iusserat, (propter futuram inter eos amicitiam sociatis armis alicubi cum hostibus belligeraturos,) quoniam aliud divinare nihil poterant, quam eundem Michaelem Andronici minoris germanam sororem Theodoram, Sphentisthlabo regi defuncto antea nuptam, statuisse uxorem du-

ζαντίου, στρατιὰν συναθροίζειν ὡς ἐς τὴν Μυσίαν ἐσβαλοῦντα. A.C. 1322 εἰ μὲν οὖν ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς παρασκευῆς ὁ τῶν Μυσῶν P. 116 πρεσβείαν πέμψας βασιλεὺς χωροίη πρὸς σπονδὰς ἐπὶ τῷ τὴν βασιλέως γῆμαι ἀδελφὴν, τὴν στρατιὰν πάλιν κατὰ πόλεις διαλυθῆναι· εἰ δὲ μὴ ἐπικηρυκεύοιτο, εἰς τὴν Μυσίαν ἐσβαλεῖν. ἐπὶ τούτοις μὲν οὖν ὁ νέος βασιλεὺς ἐξῆλθε τοῦ Βυζαντίου καὶ συνήθροιζε τὴν στρατιάν.

λθ'. Μεταξὺ δὲ συναθροιζομένου, ἐκ Μυσῶν βασιλέως B ἀφίκοντο πρὸς βασιλέα τὸν νέον πρέσβεις, ὁ Γρίδος καὶ ὁ Πάντζος, λέγοντες ὡς ὁ βασιλεὺς αὐτῶν βασιλεῦσι Ῥωμαίων ἐθέλων εἶναι φίλος, τὴν βασιλέως ἔγημεν ἀδελφὴν, ᾗ τῷ πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότι Μυσῶν συνῴκει, καὶ τὰ νενομισμένα ἐτελέσθησαν ἐπὶ τοῖς γάμοις. προσήκειν οὖν τὰς μὲν διαφορὰς ἁπάσας καὶ προφάσεις τοῦ πολέμου ἐκποδὼν γενέσθαι· αὐτοὺς δὲ εἰρηνικὰς θεμένους σπονδὰς, τὸν ἐς ἀεὶ χρόνον ἀναμίγνυσθαι Ῥωμαίους Μυσοῖς καὶ μηδὲν ἀλλήλους ἀδικεῖν, C ἀλλ' ὥσπερ ὑπὸ μίαν ἡγεμονίαν πάντας τελεῖν. ἀσμένως δὲ αὐτοὺς δεξάμενος ὁ βασιλεὺς καὶ δώροις ἀμειψάμενος βασιλικῶς, καὶ τὴν γεγενημένην ἐπιγαμίαν κατὰ γνώμην αὐτῷ γεγενῆσθαι εἰπὼν, εἶτα καὶ αὐτὸς πρὸς τὸν Μυσῶν βασιλέα καὶ κηδεστὴν τὸν Παλαιολόγον Ἀνδρόνικον τὸν μέγαν στρατοπεδάρχην καὶ Ἰωάννην τὸν Ἀπλησφάρην πρέσβεις ἅμα συνεξέπεμψεν αὐτοῖς βεβαιώσοντας τὴν εἰρήνην. καὶ διῆγον ἔνσπονδοι V. 94 οἱ Ῥωμαῖοι καὶ οἱ Μυσοὶ μέχρι πολλοῦ. τήν τε στρατιὰν ἐκέλευσεν ἐπ' οἴκου ἕκαστον διαλυθῆναι, καὶ τῷ πάππῳ

cere, convenit, uti iunior extra Byzantium copias colligeret, in Moesiam irrupturus. Si interea dum id molirentur, Moesus per legatos ob sororem eius ducendam ad foedus se offerret, milites oppidatim dimitterentur: si id non faceret, in incepto pergeretur. Post haec iunior imperator Byzantio exiens militem cogebat.

39. Dum exercitus conquiritur, adsunt oratores e Moesia Gridus et Pantzus, quorum oratio haec continebat: Regem ipsorum expetentem imperatorum Romanorum amicitiam, sororem imperatoris in matrimonium accepisse solenniaque nuptiarum consummata esse. Decere igitur discordias omnes et belli praetextus tolli e medio, Romanosque Moesis, percusso pacis foedere, in perpetuum coniungi et mutuum temperare ab omni iniuria et omnes velut sub uno principatu censeri. Excepit eos libenter imperator donavitque regaliter, et affinitatem istam sibi optabilem accidisse testificatus est. Deinde ad eundem regem, iam sororis maritum, cum iisdem oratoribus Andronicum Palaeologum magnum stratopedarcham et Ioannem Aplespharem ad pacem sanciendam misit; perstiteruntque Romani et Moesi in foederis communione diu. Militibus item domum redire

A.C. 1322 *καὶ βασιλεῖ διὰ γραμμάτων τὰ γεγενημένα ἐδήλου. ἀλλὰ ταῦ-*
D *τα μὲν τοῦτον συνηνέχθη τὸν τρόπον. τὸ δὲ ἐξ Ὑπερβορέων*
Σκυθικὸν πλήθει τε ἀναρίθμητον σχεδὸν ὂν καὶ δυνατώτα-
τον τῶν ἑκασταχοῦ ἐθνῶν, ἐν μὲν τοῖς παλαιοτέροις χρόνοις
ἐτησίως εἰς τὴν Ῥωμαίων εἰσβάλλον, τὰ μέγιστα ἐκάκου, τὸ
προστυχὸν ἐξανδραποδιζόμενον ἅπαν. συνιδόντες δὲ οἱ βασι-
λεῖς Ῥωμαίων, ὡς μάχῃ πρὸς αὐτοὺς διαγωνίζεσθαι ἀδύνα-
τοι εἶεν, δώροις καὶ φιλοφροσύναις τοὺς αὐτῶν θεραπεύον-
τες σατράπας, τὸ μὴ ὑπ' αὐτῶν διαφθείρεσθαι ἐκαρποῦντο.
μάλιστα δὲ αὐτοὺς ἐξημέρου καὶ φιλίως διετίθει πρὸς Ῥω-
μαίους τὸ ἐκ τῶν βασιλικῶν οἴκων γυναῖκας ἄγεσθαι ἑαυτοῖς·
P. 117 *περιμάχητον γὰρ αὐτοῖς τὸ τοιοῦτο διὰ τὸ τὸν βασιλέα Ῥω-*
μαίων Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνων καὶ Περσῶν βασιλέως οἴε-
σθαι διάδοχον εἶναι. ὃ δὴ καὶ οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς εἰδότες,
παρθένους τὴν ὄψιν διαπρεπεῖς, οὐκ εὖ γεγονυίας μόνον, ἀλλὰ
καὶ ἐξ ἀσήμων γενῶν ἐν τοῖς βασιλείοις ἐκτρέφοντες, ὡς θυ-
γατέρας ἑαυτῶν, ὁπότε δέοι, τοῖς Σκυθῶν σατράπαις κατηγ-
γύων. καὶ διὰ τοιούτων ἐπινοιῶν καὶ τρόπων θεραπευόμενοι
ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσιν οὐκ ἐσέβαλον εἰς τὴν Ῥωμαίων. τοῦ δὲ
ἔτους, οὗ Μιχαὴλ ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς τῶν Παλαιολόγων ὁ
δεύτερος ἐτεθνήκει, τὴν Μυσίαν Σκυθικὴ καταδραμόντες στρα-
τιὰ, μέρος τι αὐτῆς καὶ τὴν Ὀδρυσῶν ἄχρι Ἀδριανουπό-
B *λεως ἐπῆλθε καὶ ἐζημίωσεν οὐ πολὺ, ἅτε καὶ τῆς στρατιᾶς*
εὐαριθμήτου οὔσης. τοῦ δὲ ἐπιόντος ἔτους, τοῦ νέου βασι-
λέως διὰ τὸν πρὸς τὸν πάππον πόλεμον περὶ Βυζάντιον ἐστρα-

iussis, de tota re ad avum perscripsit. Et haec quidem isto modo evenerunt. Scythae autem ad montes Hyperboreos incolentes, infinita propemodum gens et omnium ubique gentium potentissima, prisca memoria anniversarie fines Romanorum incursantes, plurimam cladem dabant, quidquid occurrisset in servitutem abripientes. Imperatores Romani ad certamina cum illis miscenda parum se posse animadvertentes, muneribus et humanitate quadam eorum satrapas demulcendo vastitatem ab iis redimebant: quos praecipue emolliebat et Romanis conciliabat, quod ex imperatoria familia uxores nanciscerentur: hoc enim decertatione dignum ducunt; propterea quod imperatorem Romanum Alexandri Macedonum et Persarum regis successorem esse arbitrantur. Scientes id Romani imperatores, eximia pulcritudine virgines, non generosas tantum, sed plebeias quoque in palatio alebant, et Scytharum satrapis, si quando peterent, collocabant: qui huiuscemodi commento et tali ratione deliniti, perdiu quieverunt. Sed quo anno Michael imperator Palaeologorum secundus e rebus humanis excessit, partem Moesiae et Odrysos usque Adrianopolin incursarunt, haud magna cum pernicie, quod numero pauci erant. Anno sequenti, iuniore imperatore causa belli adversus avum iuxta Con-

τοπεδευμένου, Σκυθικὴ στρατιὰ οὐκ ὀλίγη ἐς τὴν Ῥωμαίων A.C. 1322
ἐσβαλοῦσα, πᾶσαν μὲν ἐπέδραμε τὴν Θρᾴκην, ἐζημίωσε δὲ
οὐ πολλὰ διὰ τὸ τοὺς ἄρχοντας τῶν κατὰ Θρᾴκην πόλεων
τὴν ἔφοδον προγνόντας, τοὺς κατὰ τὴν χώραν ἐσκεδασμένους
ἀνθρώπους συστεῖλαι εἰς τὰς πόλεις. ἑβδόμης δὲ ἰνδικτιῶνος A.C. 1323
ἱσταμένης, ἐκ τῶν Σκυθῶν δυοκαίδεκα μυριάδες ἐσέβαλλον εἰς
τὴν Ῥωμαίων. ἐστρατήγουν δὲ αὐτῶν μυρίαρχοί τε καὶ χι-
λίαρχοι κατὰ τὸν ἀριθμὸν, καὶ αὐτοκράτορες στρατηγοὶ δύο,
Ταιτὰχ καὶ Τογλοὺ Τοργάν. ἐχρόνισαν μὲν οὖν οἱ Σκύθαι C
μάλιστα ἐν τῇ ἐσβολῇ ταύτῃ· τεσσαρακοστῇ γὰρ ἡμέρᾳ μετ'
αὐτὴν ἐν μέσῃ καθήμενοι τῇ Θρᾴκῃ, αὐτὴν ἐδῄουν· καὶ πλῆ-
θός τε ἀνδραπόδων εἷλον καὶ λείαν ἑτέραν οὐκ ἀριθμητὴν,
καὶ τὰ μέγιστα ἐκάκωσαν τὴν βασιλέως γῆν. βασιλεὺς δὲ ὁ
νέος τὴν μὲν ὑπὸ Ῥωμαίους ἅπασαν οὐκ ἠδυνήθη συναθροῖ-
σαι στρατιὰν, (διεσκεδασμένοι γὰρ κατὰ πόλεις ἐφύλαττον
ἕκαστος τὴν αὐτῶν,) ὅσους δὲ ἐνῆν μάλιστα συναθροίσας, ἀνι-
χνεύων περιῄει, εἴπου μέρει τινὶ τῆς Σκυθικῆς στρατιᾶς ἐν-
τυχὼν, ὅσον ἂν ἐξῇ ἀμύναιτο αὐτούς. ἐπὶ πεντεκαίδεκα μὲν
οὖν ἡμέραις τὸ αὐτὸ ἐποίει συνεχῶς· μηδὲν δὲ ὧν ἠβούλετο
ἀνύων, εἰς Ἀδριανούπολιν ἐλθὼν, τὸ μὲν πολὺ κατέλιπεν ἐκεῖ D
τῆς στρατιᾶς διὰ τὸ τῶν ἐπιτηδείων τὴν πόλιν εὐπορεῖν, αὐτὸς
δὲ τῆς στρατιᾶς ὀλίγους ἅμα τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ παραλα-
βὼν, τὴν ἐς Διδυμότειχον ᾔει. μεταξὺ δὲ τῆς τε Ἀδριανοῦ
καὶ αὐτοῦ, ἐν χωρίῳ τινὶ Προμουσούλου προσαγορευομένῳ,

5. A. C. 1324 ed. P. margo; sed in hunc annum initium certe indictionis septimae non incidit.

stantinopolin considente, ingens eorum multitudo Thraciam populabunda pervasit. Sed ideo parum nocuit, quod praefecti rem subodorati, per agros sparsim habitantes in oppida coëgerant. Septima autem indictione inchoata, centum viginti millia se intulerunt cum myriarchis et chiliarchis suis; Taetach et Toglu Torgan summi erant eorum imperatores. Et hanc depopulationem, castris in media Thracia positis, diu, nempe ad quadraginta dies, exercuerunt: multisque mortalibus servitute multatis et immani praeda capta, eam quammaxime attriverunt. Imperator nepos universum exercitum congregare non potuit, quod eius bona pars in urbibus praesidiarios agebat: congregato autem quantum licuit, operam dedit, ut manipulos hostium circumeundo iniurias pro viribus persequeretur. Quod cum diebus quinis denis continenter frustra fecisset, Adrianopolin concessit; ubi, quoniam ea urbs commeatu abundabat, maximam copiarum partem reliquit, paucisque et magno domestico assumptis, Didymotichum se convertit. Inter quam urbem et Adrianopolin apud Promusuli castellum in Scytharum globum, cum captis mancipiis et ingenti praeda venientem, inciderunt; quos pro natura

A.C. 1323 στρατιᾷ περιέτυχον Σκυθικῇ, ἀνδράποδά τε καὶ λοιπὴν λείαν ἀγούσῃ πολλήν. οὕτω δὲ τοῦ τόπου παρασχόντος, τοῖς μὲν Ῥωμαίοις ἡ τῶν Σκυθῶν στρατιὰ ἦν καταφανής, οὐκέτι δὲ καὶ ἡ Ῥωμαίων αὐτοῖς. βουλευσαμένῳ δὴ τῷ βασιλεῖ ἅμα τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ, ἐδόκει ἐπιχειρεῖν αὐτοῖς, εἰ καὶ τριπλασίους ἢ καὶ πλείους τῶν σφετέρων ἐνομίζοντο στρατιωτῶν·
V. 95 ἦσαν δὲ οὐ τρίς, ἀλλὰ καὶ δεκάκις τόσοι. ἦσαν γὰρ ἐγγὺς αὐτῶν καὶ ἕτεροι ἐστρατοπεδευμένοι, οὓς ἀφανεῖς ὁ Ἕβρος ἐποίει κειμένους παρ' αὐτῷ, οἳ προσεβοήθουν, γενομένης τῆς συμ-
P. 118 βολῆς. οὕτω δὲ δόξαν, καὶ τοῖς στρατιώταις τὴν γνώμην ἐκοινοῦντο. ὡς δὲ καὶ αὐτοῖς ἐδόκει μαχητέα εἶναι, καὶ μᾶλλον ἦσαν προθυμότεροι τοῦ βασιλέως, τῶν ἵππων ἀποβάντες καὶ θεὸν ἐπικαλεσάμενοι, τοὺς μὲν ἀδίκως ἐπιστρατεύσαντας κολάσασθαι τῆς ἀδικίας, αὐτοῖς δὲ τιμωρῆσαι δικαίως ἀμυνομένοις, σταυρῷ τε καθοπλίσαντες ἑαυτούς, ἔφιπποι γενόμενοι, ἐπῄεσαν τοῖς βαρβάροις ἀτρέπτῳ καὶ παραβόλῳ φρονήματι. καὶ οἱ Σκύθαι ἰδόντες ἀντεπῄεσαν καὶ αὐτοί· προσεβοήθουν δὲ καὶ οἱ ἐγγὺς ἐστρατοπεδευμένοι. καὶ γενομένης μάχης καρτερᾶς, θεοῦ συμμαχοῦντος τοῖς Ῥωμαίοις, ἐτρέψαντό τε τοὺς βαρ-
B βάρους καὶ ἐνίκησαν κατὰ κράτος· καὶ τοὺς μὲν ἀπέκτειναν αὐτῶν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἀπέπνιξαν εἰς τὸν Ἕβρον ἐμβαλόντες. διεσώθησαν δὲ οὐ πλείους ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν αὐτῶν, οἵτινες ἴσχυσαν διανήξασθαι τὸν ποταμόν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τούς τε νεκροὺς σκυλεύσαντες τῶν πολεμίων, καὶ τὴν ἄλλην διαρπάσαντες ἀποσκευήν, καὶ τὴν λείαν καὶ τοὺς αἰχμαλώτους λαβόντες, ἧκον εἰς Διδυμότειχον ἅμα τῷ βασιλεῖ. τῶν δὲ διασωθέντων

loci videbant ipsi quidem, sed ab illis minime videbantur. Consulto prius magno domestico, visum in eos impetum dare, tametsi amplius triplo plures apparebant: erant autem plures decies. Nam et alii iuxta tendebant, qui prope Hebrum latitabant et, pugna coepta, eos adiuvabant. Consilio militibus patefacto, cum congrueret illorum voluntas et sententia, seque imperatore ipso pugnandi cupidiores ostenderent, de equis descenderunt, Deum suppliciter orantes, ut tam iniquos praedatores punire et iniurias iuste se defendentium ulcisci vellet. Tum signo crucis communiti, rursum equos ascenderunt, constantique ac fidenti animo in barbaros se incitarunt. Scythae cum his, qui haud procul considebant, viso Romano, contra gradum inferebant. Pugna atrox conseritur; Romani, Deo auxiliante, victores evadunt, partimque hostium mactant, partim in fugam vertunt, partim in flumen Hebrum compellunt ac summergunt: quorum octo et viginti tantum tranando vitam retinuerunt. Romani cadaveribus spoliatis vasisque et sarcinis direptis, cum praeda et captivis, duce imperatore, Didymotichum ingressi sunt.

βαρβάρων εἰς τὸ μέγα στρατόπεδον ἐλθόντων, ὡς τοῖς στρατηγοῖς A.C. 1323 ἠγγέλθη τὸ συμβὰν, στρατιὰν ἐκ τῶν ἀρίστων οὐκ ὀλίγην ἐπιλεξάμενοι, ἀπέστειλαν καθ' ὃν ἡ μάχη τόπον ἐγεγόνει, ὡς ἂν εἰ μὲν ἐντύχοιεν τοῖς νικήσασι Ῥωμαίων, ἀναμαχέσωνται τὴν ἧτταν· εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ τούς τε σφετέρους θάψωσι C νεκροὺς, καὶ εἴ τινες ἐν αὐτοῖς εὑρεθῶσιν ἐμπνέοντες τραυματίαι, ἀνελόμενοι ἀξιώσωσιν ἐπιμελείας. ἐλθόντες δὲ καὶ ταφῆς ἠξιωκότες τοὺς νεκροὺς, (ζῶντα γὰρ οὐδένα εὗρον,) πρὸς μὲν τὸ στρατόπεδον ὑπέστρεψαν οὐκέτι, τὴν δὲ πρὸς τὰ οἰκεῖα φέρουσαν ἤνυον ὁδόν. ὡς δὲ ἠγγέλθη βασιλεῖ περὶ Μόῤῥαν εἶναι Σκυθικὴν στρατιὰν, Διδυμοτείχου ἐξελθὼν, ἤλαυνεν ὡς εἶχε τάχους ἐπ' αὐτούς. διαβάντων δὲ αὐτῶν τὸν Ἕβρον κατὰ τὴν Τζερνομιάνου λεγομένην πόλιν, ἐπεὶ καὶ ὁ βασιλεὺς κατὰ τὸν αὐτὸν διεβίβασε πόρον ἣν ἦγε στρατιὰν, ἡ κατὰ τὴν Ἀδριανούπολιν καταλειφθεῖσα παρὰ βασιλέως στρατιὰ ἅμα τοῖς σφετέροις ἄρχουσιν ἐνταῦθα προσέμιξαν D τῷ βασιλεῖ, συγχαίροντες μὲν αὐτῷ τῆς κατὰ τῶν βαρβάρων νίκης, ἀνιώμενοι δ', ὅτι καὶ αὐτοὶ μὴ παρῆσαν, ἀλλ' ὑστέρησαν τῆς μάχης, καὶ ἐπεδίωκον ἑνωθέντες. γενόμενοι δὲ κατὰ τὸν Τοῦντζαν λεγόμενον ποταμὸν, τὴν μὲν Σκυθικὴν ἄρτι διαβᾶσαν εὗρον στρατιάν. ὥσπερ δὲ καὶ πρότερον, τοῦ τόπου παρασχόντος, αὐτοῖς μὲν ἡ τῶν Σκυθῶν ἑωρᾶτο πᾶσα στρατιὰ, αὐτοὶ δὲ ἀθέατοι ἦσαν, πλὴν ὀλίγῳ ἐλασσόνων τῶν προτάκτων ἑκατὸν, ἐν οἷς καὶ αὐτὸς ἦν βασιλεύς.

Barbari superstites ad exercitum reversi, infortunium suum ducibus narrarunt. Ii fortissimorum delectam manum in eundem locum, ubi proelium erat factum, miserunt: ut si Romanos reperirent, pugnam instaurarent victoresque vincerent: sin minus, certe corpora suorum exanimata tumulis mandarent; et si quos inter eos adhuc spirantes offenderent, relevatos cura diligenti tractarent. Illi, sociis sepultura donatis, (vivum enim nullum invenerunt,) ad exercitum non redierunt, domum suam quisque abeuntes. Imperator, ut Scytharum copias iuxta Morrham consistere didicit, Didymoticho quam potuit festinato in eos duxit. Qui cum Hebrum prope urbem Tzernomianum transiecissent, et imperator suos eodem loco transiiceret, relicti ab eo Adrianopoli una cum ducibus suis hic se cum illo coniunxerunt, reportatam de barbaris victoriam gratulantes: verumtamen dolentes, non se in tempore pugnae huic affuisse, cum commilitonibus fugientes persecuti sunt. Ubi ad Tuntzam fluvium pervenerunt, Scythas modo transiisse significatum est. Ibi ob situm loci idem quod ante contigit. Quippe cum ipsi totum agmen Scythicum intuerentur, ab illis tamen, exceptis paulo minus centum primanis, in quibus ipse imperator, non conspiciebantur. Visis Romanis, etiam

A.C. 1323 οὓς ἰδόντες οἱ Σκύθαι, τῆς πορείας μὲν ἔστησαν καὶ αὐ-
τοὶ, οὐ μέντοι καὶ ἐχώρησαν πρὸς μάχην, τοῦτο μὲν, ὅτι
A.C. 1324 καὶ ὁ ποταμὸς πλημμυρῶν ἦν ἤδη ἔαρος ἀρχομένου· τοῦτο
P. 119 δ', ὅτι καὶ τῶν πολεμίων ἀφανῶν ὄντων ἐδεδοίκεσαν τὴν συμ-
πλοκὴν, μὴ οὐκ ἀπαλλάξουσι καλῶς πλειόνων ἢ κατὰ σφᾶς ὄν-
των. τοῖς Ῥωμαίοις τε ὁμοίως ἀλυσιτελὲς τὸ κατὰ τῶν Σκυθῶν
ἐφαίνετο χωρεῖν, οὐ δεκάκις ἀλλὰ περαιτέρω ὑπερέχοντας αὐ-
τῶν τῷ ἀριθμῷ. ὅμως δὲ βασιλεὺς ἅμα τοῖς φαινομένοις Ῥω-
μαίων καὶ Τασπουγᾶς, εἷς τῶν παρὰ Σκύθαις στρατηγούντων,
καὶ αὐτὸς ἅμα τοσούτοις βαρβάροις, ἐν ἑκατέροις μέρεσι γενό-
μενοι τοῦ ποταμοῦ, διάλογόν τινα ἐποιήσαντο βραχύν. ἐρομέ-
V. 96 νου γὰρ αὐτοὺς οἵτινες εἶεν τοῦ βαρβάρου, διά τινος ἀπεκρίνα-
το τῶν διγλώσσων ὁ βασιλεὺς, ἄνθρωποι εἶναι καὶ αὐτοὶ θη-
B ρεῦσαί τι ζητοῦντες, ὥσπερ καὶ αὐτοὶ ποιοῦσιν. οὐ καλῶς δὲ
ἔφασκεν αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς, οὐδὲ ἀνδρείων, ἀλλὰ λῃστῶν ἔρ-
γον ποιεῖν, ἀκήρυκτοί τε ἐπερχόμενοι καὶ γεωργοὺς ἐξανδρα-
ποδιζόμενοι, ἀνθρώπους οὐκ εἰδότας πολεμεῖν. ἔδει γὰρ αὐτοὺς
μᾶλλον τὴν ἔφοδον αὐτῶν προκαταγγέλλοντας, στρατιώταις
ἐντυγχάνειν εἰθισμένοις πολεμεῖν· κἂν αὐτῶν ἦτε κρείττους,
οὐδὲν ἦν θαυμαστὸν, εἰ καὶ τούτους τοὺς ἀπολέμους ἐξηνδρα-
ποδίζεσθε ἆθλον τῆς ἀρετῆς. Τασπουγᾶς δὲ οὐδὲν ἔφασκε
τούτων εἶναι πρὸς αὐτούς· ὑπ' ἐξουσίαν γὰρ ὄντες, προσταττόμενοι ἐπέρχεσθαι καὶ ἀπιέναι ἢ μένειν. ἠρώτα δὲ, εἰ αὐτοὶ
C εἶεν οἱ χθὲς καὶ πρώην τῆς Σκυθικῆς στρατιᾶς μάχῃ κρατή-

ipsi pedem represserunt; sed ad certamen non processerunt, tum quod fluvius, vere iam procedente, redundaret, tum quod, hostibus nondum omnibus conspectis, metuerent, ne, si numero superati essent, parum honeste proelio defungerentur. Romani similiter cladem timebant, si plures decem partibus et amplius aggrederentur. Ceterum imperator cum primis illis Romanis et Taspugas unus e Scytharum ducibus cum totidem barbaris ex altera ripa fluminis brevem quendam dialogum habuerunt. Interrogante Scytha, quinam mortales essent, imperator per quendam Graecae et Scythicae linguae gnarum respondit, homines esse, qui quaererent, quemadmodum et ipsi, quod caperent. Eos autem non recte, neque viriliter facere: sed latrones imitari, qui, adventu suo celato, hostilem in modum grassarentur, et agricolis belli insuetis servitutem imponerent. Oportuisse impressionem suam denuntiare et cum militibus pugnare, assuetis pedem conferre: quos si vincerent, tum mirum non esse, si et hos imbelles praemium virtutis abducerent. Tum Taspugas, nihil hoc ad ipsos, qui sub aliena essent potestate; ut proinde iussi vel incursarent, vel abirent, vel manerent etiam. Percunctabatur deinde, ipsine nuperrime Scythicam manum congressi devicissent ac

σαντες καὶ ἀνελόντες. ὁ βασιλεὺς δὲ μήτ' αὐτοὶ εἶναι, μήτ' A.C. 1324
ἀκηκοέναι ἔφασκε περὶ τούτων· ἐνδέχεσθαί γε μὴν, ὥσπερ νῦν
αὐτοῖς ἂν, εἰ μὴ κώλυμα ἦν ὁ ποταμὸς, συνέβη, ἑτέροις περι-
τυχόντας τοὺς κρατηθέντας μάχῃ διαφθαρῆναι. οὕτως, εἴρηκεν
ὁ βάρβαρος, εἰκός· ἀδικίαν μέντοι τοὺς στρατιώτας ἐκείνους
οὐδενὸς φεισαμένους εἰργάσθαι, ἀλλὰ τοὺς μὲν ἀποπνίξαντας
ἐν τῷ ῥείθρῳ, τοὺς δὲ κατακοντίσαντας ἀφειδῶς. τοιαῦτα δια-
λεχθεὶς ἀπῆλθεν, ὅτι Ῥωμαίων εἴη βασιλεὺς ὁ διαλεγόμενος
αὐτοῖς ἠγνοηκώς. τὸ δὲ πολὺ τῆς στρατιᾶς ἔτι τῇ Ῥωμαίων
ἱκανὰς ἐνδιατρίψαντες ἡμέρας, ἐπανέζευξαν καὶ αὐτοί. φήμη
μέντοι τις ἤρετο διὰ πάντων ὁμαλῶς, ὡς πρότερόν τε βασιλεὺς D
ὁ πρεσβύτερος ἔχθει τῷ πρὸς τὸν ἔγγονον Σκύθας ἐπάξαι Ῥω-
μαίοις, καὶ νῦν οὐδὲν ἧττον, κρύφα διαπρεσβευσάμενος πρὸς
αὐτοὺς, βουλόμενος ἀναστῆσαι Θρᾴκην, ὅτι προσέκειτο τῷ νέῳ
βασιλεῖ. εἶχε δὲ ὑγιὲς οὐδὲν, ἀλλὰ καίτοι ὑπὸ πολλῶν φημι-
σθεῖσα, τὸ ψεῦδος ἄκρατον εἶχεν. οὔτε γὰρ πρότερον οὔθ'
ὕστερον τῆς Σκυθικῆς αἴτιος ἐφόδου ἐγεγόνει.

μ'. Ὁ βασιλεὺς δὲ ὁ νέος κατὰ τὸ Διδυμότειχον καὶ P. 120
τὴν Ἀδριανοῦ διέτριβε πόλιν· περὶ δὲ τὴν τοῦ σίτου μάλιστα
συγκομιδὴν ἡ αὐτοῦ γαμετὴ νόσῳ κατεσχέθη. διανοούμενος
δὲ καὶ αὐτὸς εἰς Βυζάντιον ἀπελθεῖν, προέπεμψεν αὐτὴν, ἅμα
καὶ διὰ τὴν νόσον· γενομένη δὲ ἐν Ῥαιδεστῷ, ἐπεὶ μὴ ἐδύ-
νατο ἀντέχειν, ἐτεθνήκει ἑκκαιδεκάτῃ κατὰ Αὔγουστον μῆνα B
ἑβδόμης ἰνδικτιῶνος, οὐδένα ἔχουσα ἐκ βασιλέως παῖδα. τὸν
μὲν οὖν νεκρὸν αὐτῆς κομίσαντες εἰς Βυζάντιον, ἐν τῇ τοῦ

delevissent. Ad haec imperator, Neque ipsos esse, neque hac de re quidquam audivisse: fieri tamen potuisse, quod idem nunc ipsi paterentur, nisi fluvius in medio vetaret, ut in alios incidentes, pugna victi perierint. Assensit barbarus ut verisimili: crudeles nihilo minus fuisse, qui neminis miserati, alios undis praefocarint, alios iaculis nullo discrimine confixerint. Haec locutus abscessit, nescius Romanum imperatorem verba secum fecisse. Pars autem magna Scytharum multis insuper diebus Thraciae immorata, tandem suis sedibus se reddidit. Fama communis percrebuit, seniorem imperatorem prius quoque illos contra iuniorem in provinciam induxisse, et nunc occulta legatione idem ausum, quo Thraciam, utpote illius studiosam, vastitati subiiceret. Sed ea fama nihil probabile continebat, et quamvis a multis iactata, merum mendacium erat; nec antea enim, nec postea in causa fuit, ut Scythae irrumperent.

40. Imperator nepos Didymotichi et Adrianopoli agebat, cum sub messem eius coniugem morbus invasit: quam, quod et ipse Byzantium cogitaret, etiam ob invaletudinem, praemisit. Cum Rhaedestum venisset, defecta viribus, XVI. Kalendas Septembris, Indictione septima, nulla relicta sobole, in fata concessit. Corpus Byzantium

A.C. 1324 Λιβὸς ἔθαψαν μονῇ μεγαλοπρεπῶς καὶ βασιλικῶς. βασιλεὺς δὲ ὁ ταύτης ἀνὴρ τὴν ἐς Βυζάντιον βαδίζων, ἐνόσησε καὶ αὐτὸς κατὰ τὰς αὐτὰς ἡμέρας, γενόμενος ἐν Βιζύῃ, καὶ προσέμεινεν ἡμέρας τινὰς ἐκεῖ διὰ τὴν νόσον. ἐπεὶ δὲ ἐῤῥάϊσεν, εἴχετο τῆς ὁδοῦ, καὶ γεγονὼς κατὰ τὴν Ἡράκλειαν τῆς Θρᾴκης, συμβὰν οὕτω, τὴν τῆς βασιλίδος ἐπύθετο τελευτὴν, καὶ ἐπένθησεν ἐκεῖ ἐπὶ πεντεκαίδεκα ἡμέραις. ἔπειτα ἧκεν εἰς τὴν Κωνσταντίνου, καὶ συνδιῆγεν αὐτόθι τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ
C ἄχρι Νοεμβρίου τῆς ὀγδόης ἰνδικτιῶνος. τῷ δὲ πρεσβυτέρῳ
V. 97 βασιλεῖ ἐδόκει δεῖν εἶναι γυναῖκα μνηστεύσασθαι τῷ ἐγγόνῳ, τοῦτο μὲν, ὅτι καὶ κατ' αὐτὸ τὸ τῆς ἡλικίας ἀκμαιότατον ἦν, (ἑπτὰ γὰρ ἐπὶ τοῖς εἴκοσι μέχρι τότε γέγονεν ἔτη,) ἄλλως θ', ὅτι οὐδὲ παιδὸς ἦν πατὴρ, ὃ τοῖς βασιλεῦσι τῶν ἀναγκαιοτάτων ἐπὶ τῷ διάδοχον τῆς ἀρχῆς ἔχειν δοκεῖ. ἐκοινοῦτο δὴ καὶ τῷ νέῳ βασιλεῖ τὴν γνώμην καὶ ἐπεχείρει πείθειν, ἅμα μὲν τὴν ἐπὶ τῇ τετελευτηκυίᾳ λύπην ὑφαιρῶν, ἅμα δὲ καὶ τὰς αἰτίας ὡς ἀναγκαίας τοῦ δευτέρου γάμου προστιθείς. βασιλεὺς δὲ ὁ νέος ἐπὶ πᾶσιν ἐπέτρεπε τὴν κρίσιν τῷ πάππῳ,
D ὡς ἐφ' οἷς ἂν αὐτῷ δόξῃ λυσιτελεῖν αὐτοῦ πεισθησομένου πάντως. σκοπουμένοις δὲ αὐτοῖς, ὅθεν ἂν ἀγάγοιντο τὴν βασιλίδα, ἐπύθοντο ὡς τοῦ τῆς Σαβωΐας ἄρχοντος, ὃν κόντον ἡ Λατίνων γλῶττα καλεῖ, ἐπὶ υἱῷ τελευτήσαντος καὶ θυγατρὶ,

9. A. C. 1325 margo ed. P. ad h. l. perperam. 21. κόντον et in Graeco legitur et in C. Florentino animadverti; quippe sic Graeci plerumque nomina μετασχηματίζουσιν et pro suo iure faciunt; sed mirum, unde Meursius, Gretserus et Pontanus acceperint, comitem dici Conto apud Italos. *ED. P.* Vid. Ducang. Gloss. Gr. s. v.

deportatum, in Libis monasterio magnifice et regia pompa funeratum est. Maritus in itinere per eosdem dies Bizyae minus belle habuit, ut ea propter aliquamdiu ibi subsisteret. Refectus, in viam se rursus dedit, et Heracleae praeter opinionem de obitu uxoris certior factus, ad dies quindecim illic luctui vacavit. Post Constantinopoli cum avo ad Novembrem usque Indictionis octavae mansit: qui secundam uxorem ei committendam censuit; et quia ipsum aetatis ver agitabat, septimum supra vicesimum natus annum, et praesertim quia liberos adhuc nullos susceperat: id quod imperatoribus propter successionem continuandam etiam atque etiam necessarium videri solet. Aperiebat igitur illi quod mente volutabat, et cum rationibus probabilibus moerorem ob defunctam uxorem ei detrahere, tum necessariis alterum matrimonium persuadere conabatur. Nepos totam rem eius iudicio permittebat, obtemperaturus per omnia, quae ille profutura statuisset. Circumspicientes, unde imperatricem sortirentur, comperiunt, principem Sabaudiae, quem Latinorum lingua conton, hoc est, comitem vocat, filio filiaque superstitibus, e vita migrasse: et filium

ὁ μὲν υἱὸς αὐτῷ τὴν ἀρχὴν διεδέξατο τοῦ πατρὸς, ἡ θυγάτηρ A.C. 1324 δὲ ἀμνήστευτος ἔτι θαλαμεύεται παρὰ τῷ ἀδελφῷ. αὐτίκα γοῦν ἐπιλεξάμενοι πρέσβεις, τόν τε παρακοιμώμενον Ἀνδρόνικον τὸν Τορνίκην καὶ τὸν ἐπὶ τοῦ στρατοῦ Τζουϊὰν ντὲ Τζεπλὲτ, Κύπριον μὲν ὄντα τὸ γένος καὶ καθ' αἷμα προσήκοντα τῷ ταύτης ῥηγί. ὑποτεταγμένον δὲ αὐτοῖς ἀπέστειλαν εἰς Σαβωΐαν, εἰ μή τινι ἑτέρῳ ἐμεμνήστευτο ἡ κόρη, εἴγε καὶ τῷ ἀδελφῷ κατὰ γνώμην εἴη, ἄξοντες συνοικήσουσαν τῷ νέῳ βασιλεῖ. ἀφικόμενοι δὲ οἱ πρέσβεις ἐκεῖ, ἔτι μὲν ἀμνήστευτον P. 121 εὗρον περὶ ἧς ἧκον· ἐκ μέντοι Φράντζας καὶ ἕτεροι μικρὸν πρὸ αὐτῶν τῆς αὐτῆς ἕνεκα ἧκον πρεσβείας ὡς τῷ σφετέρῳ μνηστευσόμενοι ῥηγι. ὁ δὲ τῆς μνηστευομένης ἀδελφὸς Σαβωΐας κόντος μᾶλλον εἵλετο τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων κατεγγυῆσαι τὴν ἀδελφὴν, καὶ μετὰ φιλοφροσύνης πολλῆς καὶ τιμῆς προσδεξάμενος τοὺς πρέσβεις Ῥωμαίων, συνέθετο τὴν ἀδελφὴν ὡς βασιλέα πέμπειν. ἅμα δὲ τῷ βασιλίδα Ῥωμαίων αὐτὴν ὀνομασθῆναι, τήν τε δίαιταν αὐτῆς πᾶσαν πρὸς τὸ μεγαλοπρεπέστερον ἐνήλλαξεν ὁ ἀδελφὸς, καὶ αὐτὸς οὐχ ᾗ καὶ πρότερον B αὐτῇ προσεφέρετο ὁμοίως. πρότερον γὰρ τῇ τε ἡλικίᾳ προέχων καὶ τῷ ἄρχων αὐτὸς εἶναι, καὶ τῆς ἀδελφῆς διὰ ταῦτα ᾤετο δεῖν κρατεῖν· ἐπεὶ δὲ κατηγγύηται τῷ βασιλεῖ, κυρίαν ἑαυτοῦ τὴν ἀδελφὴν καὶ ᾤετο καὶ ὠνόμαζε, καὶ πρὸς τοὺς Ῥωμαίων πρέσβεις τοιαῦτα φιλοτιμούμενος διεξῄει, ὡς αὐτῷ μὲν καὶ διὰ τὴν ἡλικίαν καὶ τὴν ἄλλην ἀρχὴν προσῆκε τῶν

4. Ντζουιὰν coni. ED. P. Idem observat, nomen *Ziblet* legi etiam apud scriptores Italos. ντὲ correxi pro τὲ.

quidem parenti in principatu successisse, filiam autem a viro integram domi adhuc apud fratrem diversari. Mox lecti legati, Andronicus Tornices magnus cubicularius, et dux militaris Ioannes de Zeplet Cypriota, qui regio sanguine oriundus, tum imperatoribus in obsequio erat, in Sabaudiam mittuntur, qui puellam, nisi alteri pacta sit, et si frater approbet, iuniori imperatori nupturam adducant. Nulli etiamnum promissam inveniunt. Ac tametsi paulo ante alii e Francia legati venerant, qui eam regi suo in connubium poscerent, nihilo minus Sabaudiae comes sororem imperatori despondere maluit. Quare humanissime et honorificentissime acceptis legatis, eam se missurum pollicetur: simulque cum nomine, imperatrix Romanorum, quo illam indigitat, totam vitae rationem ad illustriorem ei magnificentiam instituit: nec de cetero ut antea se erga ipsam gerit. Etenim ante id tempus, quod aetate antecederet essetque princeps ipse, credebat ètiam sorori suae his de causis imperare debere. Verum ubi eam imperatori despondit, tum dominam suam et agnoscere et appellare coepit; legatisque gloriabundus dixit, et aetatis et principatus praerogativa spectata, decere quidem ipsum pri-

A.C. 1324 πρωτείων ἀντιποιεῖσθαι· ἐπεὶ δὲ, βουλομένου θεοῦ, καὶ μείζονος δόξης καὶ ἀρχῆς ἐπελάβετο ἡ ἀδελφὴ, δέον εἶναι καὶ αὐτὸν στέργειν τὰ ἐψηφισμένα παρὰ θεοῦ, καὶ κυρίαν ἑαυτοῦ C τὴν βασιλίδα Ῥωμαίων ἡγεῖσθαι. καὶ γὰρ οὐ βάρβαροι μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἰταλοὶ καὶ ὅσοι ἄλλοι ἄρχουσί τινων, τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν καὶ ἑαυτῶν καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος καὶ μείζονα καὶ περιφανεστέραν οἴονται.

A.C. 1325 μά. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, δευτέρᾳ ἱσταμένου Φεβρουαρίου τῆς αὐτῆς ὀγδόης ἰνδικτιῶνος, ὁ νέος βασιλεὺς παρὰ τοῦ πάππου καὶ βασιλέως ἐν τῷ τῆς τοῦ θεοῦ Σοφίας D ἐστέφθη ναῷ, Ἠσαΐου πατριαρχοῦντος. ἡ τοιαύτη δὲ βασιλικὴ τελετὴ τοῦτον γίνεται τὸν τρόπον. τῆς προθεσμίας ἐνστάσης, V. 98 καθ' ἣν ἤδη τέτακται τῷ θείῳ μύρῳ χρίειν τὸν βασιλέα, τοὺς ἐν ἀξιώμασι πάντας καὶ τοὺς ἐν τέλει καὶ τὴν στρατιὰν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν τῶν ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας τῆς νέας ταυτησὶ Ῥώμης οἰάκων ἐπειλημμένον, ἔτι δὲ καὶ πανδημεὶ τὴν πόλιν τοῖς βασιλείοις ἅμα ἕῳ πάντας παρεῖναι δεῖ. περὶ δὲ δευτέραν ὥραν μάλιστα τῆς αὐτῆς ἡμέρας, τοῦ μέλλοντος χρισθήσεσθαι βασιλέως ἐπὶ ἀσπίδος καθεσθέντος, ὁ βασιλεὺς καὶ πατὴρ τοῦ ἀναγορευομένου, εἴγε περίεστι, καὶ ὁ πατριάρχης τῶν ἐμπροσθίων μερῶν ἐπιλαμβανόμενοι τῆς ἀσπίδος, τῶν δ' ἐπιλοίπων οἱ ἐν ἀξιώμασιν ὑπερέχοντες δεσπόται τε καὶ σεβαστοκράτο- P. 122 ρες, εἴπερ εἰσὶν, ἢ οἱ ἐπιφανέστατοι μάλιστα τῶν συγκλητικῶν, καὶ μετεωρίσαντες ὡς ἔνι μάλιστα αὐτὸν ἅμα τῇ ἀσπίδι,

8. Totum hoc caput de coronationis ritu ad verbum fere in librum suum de officiis transtulit Georgius Codinus. *ED. P.*
9. Antea Φεβρουάρου, quod ED. P. ex Italo fluxisse putat.

mas vindicare, quia tamen soror Dei nutu et decus et imperium maius adepta sit, in divina voluntate conquiescendum Romanorumque imperatricem dominam suam ducendam. Sane non barbari tantum, sed Itali quoque et alii, quibus imperia sunt, Romanorum regnum et suis et aliorum imperiis maius longeque clarius existimant.

41. Per idem tempus, eadem indictione octava, quarto Nonas Februarias, nepos imperator ab avo in aede Sophiae, Esaia patriarchatum obtinente, coronatus est: quae quidem imperatoria initiatio tali modo peragitur. Instante die praefinita, qua constitutum est sacrato unguento imperatorem inungere, omnes, qui aliqua dignitate funguntur, et proceres et milites, quin etiam ad sacra ecclesiae huius novae Romae gubernacula sedentem, populum insuper universum oriente luce ad palatium convenire oportet. Sub horam diei maxime secundam, imperatore inungendo super scutum elevato, imperator parens renuntiati imperatoris, si superest, et patriarcha anteriora scuti apprehendentes, latera autem et posteriora qui

τοῖς πλήθεσιν ἐπιδεικνύουσι τὸν βασιλέα πάντοθεν περιϊστα- A.C. 1325
μένοις. ἐπευφημησάντων δὲ αὐτῶν, καταθέντες ἄγουσιν εἰς τὸν ναὸν, ἔνθα δεῖ τὴν τελετὴν γενέσθαι. οἰκίσκου δ' ἐν αὐτῷ ξυλίνου τῆς τοιαύτης ἕνεκα χρείας προκατεσκευασμένου, τὸν νέον εἰσάγουσι βασιλέα, καὶ τὴν πορφύραν καὶ τὸ διάδημα ἐνδιδύσκουσι, πρότερον τῶν ἀρχιερέων εὐλογούντων αὐτά. ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς οὐ νενομισμένον περιτίθεταί τι, ἀλλ' ἢ στέφανος, ἢ ὅ,τι ἂν ἄλλο δοκῇ. τούτων δὲ γινομένων, ἡ θεία B
τελεῖται μυσταγωγία. ἐχόμενα δὲ τοῦ εἰρημένου οἰκίσκου καὶ ἀναβάθρα ἐκ ξύλων προκατασκευάζεται καὶ αὐτὴ, καὶ περιειλοῦσιν αὐτὴν πάντοθεν πέπλοις Σηρικοῖς ἐρυθροῖς· ὑπεράνω δὲ αὐτῆς κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν βασιλέων τίθενται θρόνοι χρυσοῖ οὐ κατὰ τοὺς εἰωθότας, ἀλλ' ἐπηρμένοι μάλιστα τῷ ὕψει, τέτταρας ἢ καὶ πέντε ἔχοντες ἀναβασμοὺς, ἐφ' οὓς, ἐξιόντες τοῦ οἰκίσκου, ἀναβαίνοντες καθίζουσιν οἱ βασιλεῖς, ἤν γε μὴ εἷς, ἀλλὰ πλείους ὦσι. συναναβαίνουσαι δὲ αὐτοῖς καὶ αἱ βασιλίδες, καθίζουσιν ἐπὶ θρόνων, αἱ μὲν προεστεμμέναι τὰ στέμματα περικείμεναι, ἡ μέλλουσα δὲ στεφανηφοροῦσα. πρὸ C
δὲ τῆς τοῦ τρισαγίου θείας ὑμνολογίας ἄνεισιν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα ὁ πατριάρχης τῶν ἀδύτων ἐξιών. συνανέρχονται δὲ αὐτῷ καὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας ἀρχόντων οἱ ἐπιφανέστεροι, τὰς ἱερὰς καὶ αὐτοὶ ἐνδεδυμένοι στολάς· οὓς ἀποστέλλων προσκαλεῖται τοὺς βασιλέας. οἱ δ' εὐθὺς ἐξανιστάμενοι τῶν θρόνων, ἐπὶ

dignitate antistant despotae et sebastocratores, si sunt, alioqui principum nobilissimi, ipsumque cum scuto in altum quantum possunt tollentes, undique circumfuso populo ostentant. Post faustam acclamationem eum deponunt, atque in templum, in quo solenni ritu coronandus est, deducunt. Ubi parvula domus, ad hunc usum e ligno praeparata, in quam introducitur novus imperator: ibi eum purpura et diademate prius per episcopos consecratis induunt. Capiti non certum quid ac definitum imponitur, sed vel sertum vel aliud, quod videtur. Dum haec fiunt, sancta missa habetur. Proxime domunculam iam dictam pulpitum aeque e ligno paratum est, quod undique velis sericis rubris circumdatur. Super illo throni collocantur aurei pro imperatorum numero: non quales alii eorum throni sunt, sed excelsi admodum cum quatuor aut quinque gradibus, quos domicilio egressi imperatores, si plures fuerint, conscendunt et in iis considunt. Ascendunt tabulatum simul imperatrices et suos item thronos occupant: quae prius coronatae fuerant, coronam; coronanda autem sertum in capite ferens. Iam vero antequam divinus trisagii hymnus decantetur, ex adytis egrediens patriarcha, ambonem sive sacrum suggestum ascendit, cum illustrioribus ecclesiae principibus, qui et ipsi sacris stolis cooperti sunt, quos ad imperatores accersendos mittit. Illi confestim e soliis surgentes, ad ambo-

A. C. 1325 τὸν ἄμβωνα χωροῦσι. σιωπὴ δὲ βαθεῖα καὶ ἀταραξία τὸ πλῆθος κατέχει πᾶν. ὁ δὲ πατριάρχης τὰς ἐπὶ χρίσει τῶν βασιλέων συντεθειμένας δίεισιν εὐχὰς, τὰς μὲν ἡσυχῇ καθ' ἑαυτὸν, ἔστι δ' ἃς καὶ εἰς ἐπήκοον πάντων, καὶ τῷ χρισθησομένῳ ἐξιλάσκεται τὸ θεῖον. μετὰ τοῦτο δὲ ὁ μέλλων χρισθήσεσθαι βα- D σιλεὺς τὸ ἐπικείμενον, ὅ,τι ἂν ᾖ, τῇ κεφαλῇ ἀφαιρεῖ. νενόμισται δ' αὐτίκα πάντας, ὅσοι πάρεισιν ἐντὸς τοῦ ναοῦ, γυμναῖς καὶ αὐτοὺς ἑστάναι κεφαλαῖς. ὁ πατριάρχης δὲ τῷ θείῳ μύρῳ σταυροειδῶς χρίει τὴν βασιλέως κεφαλὴν, ἐπιλέγων μεγάλῃ φωνῇ· ἅγιος. διαδεχόμενοι δὲ οἱ ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος ἱστάμενοι τὴν φωνὴν, ἐκ τρίτου καὶ αὐτοὶ λέγουσιν· ἅγιος. ἐφεξῆς δὲ καὶ πᾶν τὸ πλῆθος τὸ αὐτὸ ἐπιφωνοῦσι τοσαυτάκις. μετὰ τοῦτο τῶν ἀδύτων ἐντὸς παρὰ διακόνων τὰς ἱερὰς ἐνδεδυμένων στολὰς κατεχόμενον τὸ στέμμα, (οὐ γὰρ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς, ὥς τινές φασι, τραπέζης κεῖται,) ἄγουσιν ἐπὶ τὸν ἄμβωνα. καὶ εἴγε πάρεστι προεστεμμένος βασιλεὺς, ἅμα τῷ πατριάρχῃ τὸ στέμμα λαβόντες, ἐπιτιθέασι τῇ κεφαλῇ τοῦ νέου P. 123 βασιλέως, καὶ ἐκφωνεῖ ὁ πατριάρχης· ἄξιος. διαδεχόμενοι V. 99 δὲ οἱ ἐπὶ τοῦ ἄμβωνος, ἐκ τρίτου λέγουσιν αὐτοί τε καὶ πᾶν τὸ πλῆθος ὃν τρόπον ἐπὶ τοῦ μύρου. εἶτα ἐπιλέγει πάλιν ὁ πατριάρχης εὐχὰς, καὶ κατέρχεται τοῦ ἄμβωνος ὁ βασιλεὺς, οὐκ ἐξ οὗπερ ἀνῆλθε μέρους, ἀλλ' ἐκ τοῦ πρὸς τὸν σωλέαν τετραμμένου. εἰ μὲν οὖν συμβῇ μὴ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἔχειν γυναῖκα τὸν βασιλέα, εὐθὺς ἐπὶ τὴν ἀναβάθραν ἀνιὼν,

22. ὁ σωλέας pars templi. De hac voce Gretserus ad Codinum. *ED. P.* Add. Ducang. CP. Christ. L. III. p. 64., qui *soleam* docet pavimentum fuisse eminentius ante sacrarium, ubi erat altare.

nem vadunt: populus universus altum quietissime silet. Patriarcha precationes ad imperatorum unctionem compositas, alias summissa, alias clara voce, omnibus audientibus, ordine recitat, ac Deum ei, qui ungendus est, propitiat. Tum novus imperator tegmen capitis quodcunque fuerit, deponit, et quotquot in templo adsunt solenni more, nudatis verticibus, astant. Patriarcha in formam crucis verticem imperatoris sacro unguento perlinit, et elata voce addit: sanctus, quam excipientes qui in ambone stant, ter pronuntiant: quod deinde populus similiter facit. Postea coronam, quam in adytis Diaconi sacras stolas ferentes tenent, (nec enim, ut quidam aiunt, super mensam sacram reponitur,) ad ambonem portant. Quod si adest imperator antea coronatus, cum patriarcha novo imperatori coronam imponit, et exclamat patriarcha: dignus. Idem tertium exclamant qui in ambone sunt, et post eos populus: perinde, ut post unctionem fiebat. Tum rursus patriarcha preces recitat, descenditque ex ambone imperator, non qua parte ascenderat, sed versus soleam. Si forte

ἐπὶ τοῦ θρόνου καθίζει πάλιν· εἰ δ' ἔχει, τότε καὶ αὐτὴν ἀνάγ- A.C. 1325
κη στεφθῆναι πᾶσα. διὸ καὶ ἐξανισταμένην τοῦ θρόνου, δύο
τῶν γνησιωτάτων ἑκατέρωθεν λαβόμενοι συγγενῶν, ἢ εἰ μὴ B
γνησίους ἔχοι, ἐκτομίαι τοσοῦτοι τῆς ἀναβάθρας τε κατάγουσι
καὶ φέροντες ἱστῶσι πρὸ τοῦ σωλέου. κατερχόμενος δὲ ὁ βασι-
λεὺς, τὸ δι' αὐτὴν ηὐτρεπισμένον στέμμα λαμβάνων ὑπὸ γνη-
σίων τινῶν ἢ ἐκτομιῶν κατεχόμενον, καὶ αὐτὸ ἐπιτίθησι τῇ
κεφαλῇ τῆς γυναικός· ἡ δὲ τὸν ἄνδρα καὶ βασιλέα προσκυνεῖ,
δουλείαν ὁμολογοῦσα. ὁ πατριάρχης δὲ παρὰ τὸν σωλέαν ἱστά-
μενος καὶ αὐτὸς, ἐπιλέγει εὐχὴν ὑπέρ τε τοῦ βασιλέως καὶ
βασιλίδος καὶ τοῦ ὑπηκόου παντός. οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ βασι-
λεὺς τὴν ἰδίαν γυναῖκα στέφει. εἰ δὲ συμβῇ προεστεμμένον
εἶναι τὸν βασιλέα, ἐπὶ τῆς τῶν γάμων τελετῆς ὁ βασιλεὺς τὴν C
ἰδίαν ὡσαύτως στέφει γυναῖκα. αὖθις δὲ ἀμφότεροι ἐπὶ τὴν
ἀναβάθραν ἀνερχόμενοι, κάθηνται ἐπὶ τῶν θρόνων, τῆς ἄλλης
μυσταγωγίας τελουμένης. ᾀδομένου μέντοι τοῦ τρισαγίου ἢ
τῶν ἀποστολικῶν γραφῶν ἢ τῶν θείων λογίων ἀναγινωσκομέ-
νων, ἀνίστανται καὶ αὐτοί. ἐξ ἑκατέρων δὲ τῶν τοῦ ναοῦ με-
ρῶν ἐπὶ ξυλίνων ἀναβαθρῶν εἰς αὐτὸ τοῦτο πεποιημένων οἱ
πρωτοψάλται ἱστάμενοι καὶ δομέστικοι λεγόμενοι, καὶ ἕτεροι
τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως ᾄδειν εἰδότες, οὓς ἐπὶ τῆς τοιαύτης
τελετῆς κράκτας ἔθος ὀνομάζειν ἐστὶ, μέλη τινὰ ᾄδουσιν
ἐξεπίτηδες συντεθειμένα ἁρμόζοντα τῇ ἑορτῇ. τῆς μεγάλης δὲ

20. Dicebantur illi *domestici cantorum. ED. P.*

illo tempore caruerit uxore, recta conscenso throno, iterum sedet: si habet, omnino et illam corona insigniri necesse est. E throno itaque surgentem duo e propinquissimis dextra laevaque eam prensantes, aut, si illi desint, eunuchi de anabathra deducunt, et ante soleam constituunt. Tum descendit de ambone imperator, et paratam illi coronam a propinquis aut eunuchis, eam similiter tenentibus, accipiens, uxoris capiti imponit: quae maritum imperatorem adorans ita se illi subiectam profitetur. Patriarcha vero ad soleam consistens pro imperatore, imperatrice et eorum populis preces pronuntiat. Hoc igitur modo imperator coniugem suam coronat. Si antea corona ipse indutus fuit, inter sacra nuptiarum id facit. Coronati ambo qua dictum est cerimonia, denuo anabathram ascendentes, in thronis resident. Dum reliquum missae absolvitur et trisagion cantatur, aut de apostolicis litteris sacrisve scripturis aliquid recitatur, et ipsi assurgunt. Ex utraque vero templi parte super ligneis anabathris, ad hoc ipsum comparatis, stantes protopsaltae, qui domestici vocantur, et ceteri ordinis ecclesiastici, qui cantare norunt, quos in talibus sacris clamatores appellari mos est, cantica quaedam de industria ad huius diei festi celebritatem confecta modulantur. Quando autem in sacra mystagogia iam tempus est, ut instituatur processio, quae *μεγάλη εἴσοδος* appella-

A. C. 1325 εἰσόδου ἐπὶ τῆς ἱερᾶς μυσταγωγίας λεγομένης ἤδη ἀρχομένης, D οἱ τῆς ἐκκλησίας ἐπιφανέστεροι τῶν διακόνων ἐρχόμενοι προσκαλοῦνται τὸν βασιλέα· ὁ δὲ εἰς τὴν λεγομένην πρόθεσιν, ἔνθα τὰ ἅγια κεῖται, ἔρχεται μετ' αὐτῶν. ἔξω δὲ ἱστάμενος τῆς προθέσεως, περιβάλλεται μανδύαν χρυσοῦν ἐπὶ τὸ διάδημα καὶ τὴν πορφύραν. καὶ τῇ μὲν δεξιᾷ χειρὶ κατέχει σταυρὸν, ὃν ἔθος κατέχειν ὅσον ἂν χρόνον τὸ στέμμα φορῇ, τῇ δὲ λαιᾷ νάρθηκα φέροντες ἐγχειρίζουσιν, ὥστε τάξιν ἐκκλησιαστικὴν τὴν τοῦ δεποτάτου λεγομένου ἐπέχειν· ἃ ἀμφοτέραις ἔχων, τῆς εἰσόδου πάσης ἡγεῖται τῆς ἱερᾶς. ἐξ ἑκατέρων δὲ αὐτοῦ μερῶν κατὰ τὰ πλάγια οἵ τε τοὺς πελέκεις ἔχοντες Βάραγγοι P. 124 προσαγορευόμενοι, καὶ νέοι τῶν εὐπατριδῶν περὶ ἑκατὸν ὡπλισμένοι διαπρεπῶς παρέπονται ἢ καὶ ἄνοπλοι· κατ' εὐθεῖαν δὲ μετ' αὐτὸν οἵ τε διάκονοι ἐφεξῆς ἕπονται καὶ οἱ ἱερεῖς, ἔπιπλά τε καὶ σκεύη τῶν ἱερῶν καὶ αὐτὰ τὰ ἁγιώτατα ἐπιφερόμενοι. τὸν δὲ ναὸν περιελθόντες κατὰ τὸ ἔθος, ἐπειδὰν γένοιντο ἐν τῷ σωλέᾳ, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἑστᾶσιν ἐκτὸς, αὐτὸς δὲ μόνος εἰσερχόμενος τὸν σωλέαν, τὸν πατριάρχην ἐπὶ ταῖς ἱεραῖς κιγκλίσιν ἑστηκότα εὑρίσκει. προσαγορεύσαντες δὲ ἀλλήλους, ὁ πατριάρχης μὲν ἐσωτέρω, ἔξω δ' ὁ βασιλεὺς περιμένουσιν ἑστῶτες· εὐθὺς δὲ ὁ μετὰ τὸν βασιλέα τῶν ἄλλων ἡγούμενος B διακόνων, τῇ δεξιᾷ μὲν κατέχων θυμιατὸν, τῇ δ' ἑτέρᾳ τὸ

9. Al. *διποτάτου* et *δαιποτάτου*. *ED. P.* Vid. Ducang. Glossar. Graec. p. 208. 11. *Barangi* milites praetoriani ex Anglia, ut patet ex libro de aulae CP. officiis. *ED. P.* Vid. Reiskius ad Constant. Porph. p. 149. sq. 19. *κιγκλίσιν* em. ED. P. pro *κυγκλίσιν*. Ducang. CP. Christ. L. III. p. 62.

tur, qua panis et vinum consecranda ad altare deferuntur, honoratiores ecclesiae diaconi accedentes, imperatorem vocant, et is cum illis ad locum, quae prothesis dicitur, ubi res ad sacra facienda necessariae sunt positae, accedit. Stans autem adhuc foris, pallium circulis aureis depictum supra diadema et purpuram induitur: ac dextra quidem gestat crucem, quam gestare solet quamdiu coronam gestat; sinistrae ferulam tradunt, ut munere fungatur ecclesiastico eius, qui deputatus appellatur. Haec manibus tenens, tota pompa praecedit. Ad utrumque latus Barangi cum securibus, et claro sanguine iuvenes armati aut etiam inermes circiter centum composite sequuntur, rectaque post ipsum linea diaconi et sacerdotes ordine incedunt, sacra vasa et instrumenta cum reliquiis et ipsam eucharistiam ferentes. Templo de more circuito, ubi ad soleam veniunt, alii quidem omnes foris manent, imperator solus ingressus, patriarcham ad sanctas fores stantem invenit. Postquam consalutarunt, patriarcha intus, imperator foris stantes, exspectant. Protinus qui pone imperatorem alios diaconos antecedit, dextra tenens thu-

τοῦ πατριάρχου λεγόμενον μαφόριον, τὸν βασιλέα παριὼν θυ- A. C. 1325
μιᾷ· κλίναντος δὲ αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, ὁ διάκονος εἰς ἐπήκοον πάντων „μνησθείη κύριος ὁ θεὸς" λέγει „τοῦ κράτους τῆς βασιλείας ὑμῶν ἐν τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ πάντοτε, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων," ἐπιλέγων καὶ τὸ ἀμήν. V. 100
ἐφεξῆς δὲ καὶ οἱ λοιποὶ διάκονοι παριόντες καὶ ἱερεῖς λέγουσι τὸ αὐτό. τούτου δὲ τελεσθέντος, ὁ βασιλεὺς τὸν πατριάρχην προσαγορεύσας, ἀποδύεται τὸν μανδύαν. καὶ τὸν μὲν ὁ τῆς ἐκκλησίας ῥαιφερενδάριος ἀποφέρεται, (οὕτω γὰρ ἔθος·) ὁ βα- C
σιλεὺς δ' ἐπὶ τὴν ἀναβάθραν ἀνερχόμενος, ἐπὶ τοῦ θρόνου κάθηται πάλιν, τοῦ συμβόλου τῆς πίστεως τῆς τε προσευχῆς τοῦ πάτερ ἡμῶν λεγομένων, καὶ τῆς ὑψώσεως γινομένης τοῦ δεσποτικοῦ καὶ ἁγίου σώματος, ἀνιστάμενος. τῆς ὑψώσεως δὲ τελεσθείσης, εἰ μὲν ἀνεπιτηδείως πρὸς τὴν τῶν ἁγιασμάτων κοινωνίαν ὁ βασιλεὺς ἔχει, μέχρι συμπληρώσεως τῆς θείας μυσταγωγίας κάθηται ἐπὶ τοῦ θρόνου· εἰ δὲ παρεσκεύασται πρὸς τοῦτο, πάλιν αὐτὸν οἱ διάκονοι ἐρχόμενοι προσκαλοῦνται. καὶ μετ' αὐτῶν εὐθὺς εἴσεισιν εἰς τὰ ἄδυτα, καὶ θυμιατοῦ αὐτῷ διδομένου, τὴν ἱερὰν τράπεζαν πρῶτα μὲν κατὰ ἀνατολὰς θυμιᾷ, εἶτα πρὸς ἄρκτον καὶ μετὰ τοῦτο πρὸς ἑσπέραν καὶ τέταρτον πρὸς μεσημβρίαν βλέπων· πάλιν δὲ πρὸς D
ἀνατολὰς θυμιάσας, θυμιᾷ καὶ τὸν πατριάρχην· προσαγορεύσας δὲ αὐτὸν ὁ πατριάρχης καὶ τῆς χειρὸς αὐτοῦ λαβὼν τὸν

1. ὠμοφόριον coni. Intpr., sed ED. P. recte nihil mutandum dicit. Vid. Ducang. ad Alexiadem p. 329. 59. 3. λέγει scripsi pro λέγειν.

ribulum, sinistra humerale patriarchae quod dicitur, accedens imperatorem thure vaporat. Quo caput inclinante, diaconus sublata voce inquit, Memor sit dominus Deus potentiae imperii vestri in regno suo ubique, nunc et semper et in saecula saeculorum; addens: Amen. Deinceps et reliqui diaconi ac sacerdotes adeuntes, idem comprecantur. Hoc perfecto, imperator rursus salutato patriarcha, penulam deponit, quam pro consuetudine ecclesiae referendarius aufert; denuoque anabathram ascendens, in throno considit, sub symbolo fidei, oratione dominica et elevatione dominici et sacri corporis exsurgens. Facta elevatione, imperator si ad sacram communionem paratus non est, usque ad finem sacrae mystagogiae in throno sedet; si paratus, venientes diaconi eum rursus accersunt: quibuscum statim in adyta ingreditur, traditoque sibi thuribulo, sacrae mensae suffitum facit, primum quidem ad orientem, tum ad septemtrionem, post ad occidentem, et tandem ad meridiem respiciens. Dumque iterum ad orientem thuris fumum spargit, in ipsum quoque patriarcham id facit; qui imperatorem salutans deque eius manu thuribulum capiens, illum vicissim suffitu honorat. Post haec coronam de

ret: nam et in palatio eius memoriam e sacris eiectam esse. Patriarcha huius rei causam sciscitari: nam si vel in dogma aliquod ab ecclesiae placitis diversum praecipitasset, ne sic quidem citra admonitionem et conatum eius sanandi e sacris eiectum illius nomen oportuisse. Quin se ipsum, a Deo sacrorum ecclesiae dogmatum antistitem animarumque procuratorem institutum, non Rhegium modo, ubi iunior esset, sed ad ultimas terras etiam pro anima in salutis periculo versante et debere et velle alacriter proficisci. Quare faciendum, ut primum adeatur; et siquidem, Deo favente, longa disputatione ac monitis victus, dogmatum nostrorum sinceritate perspecta, pravam opinionem deseruerit veritatemque amplexatus fuerit, quid melius optari posse? cum et ecclesia secundum spiritum, et is secundum carnem filium, et Romani imperatorem suum recuperaverint. Sin se in improbitate obfirmaverit atque ad radios veritatis oculos clauserit, nec qualemqualem spem futurae sanitatis fecerit, non solum e sacris Byzantinis eius nomen expuncturum, sed Christianis per orbem universis etiam ut piorum communione seclusum promulgaturum. Tum imperator, non se pra-

στην, τὸ πρὸς αὐτὸν ἐπιτρέψαι ἀπελθεῖν" ἐλπίζειν γὰρ βα- A. C. 1327 σιλέα τὸν νέον πείσειν, εἴ τί τε ἡμάρτηται πρότερον, ἐπανορθώσασθαι καὶ ἀσφαλῶς εἰς τὸ ἑξῆς τὰ δέοντα ποιεῖν, τά τε μεταξὺ προσκόμματα καὶ τὰς αἰτίας τοῦ πολέμου ποιήσειν ἐκποδών. ἀηδῶς δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις διατεθεὶς, „ἐχρῆν" εἶπε „τοῖς ἐμοῖς ἀπολυπραγμόνως πείθεσθαι λόγοις, καὶ τὸ κελευόμενον ἀντιλέγοντα μηδὲν ποιεῖν· ἐπεὶ δ' οὐκ C οἶδ' ᾧτινι χρώμενος λογισμῷ τἀναντία καὶ λέγειν καὶ πράττειν προήρησαι, ἐμοὶ δέον συνεργεῖν, αὐτὸς ἂν εἰδείης ἃ δέον ποιεῖν." οὕτω μὲν οὖν βασιλεύς τε καὶ πατριάρχης ἀσύμφωνοι ταῖς γνώμαις ἦσαν. διὸ καὶ ἐν μὲν βασιλείοις τὴν τοῦ νέου βασιλέως ἀπείρητο ποιεῖσθαι μνήμην· ἐν δὲ τοῖς κατὰ Βυζάντιον λοιποῖς ἱεροῖς καὶ ἐν αὐτῷ τῷ τῆς Σοφίας τοῦ θεοῦ τεμένει τῷ ἱερῷ, ὡς ἔθος ἦν, ἡ μνήμη τῶν βασιλέων ἐτελεῖτο. D

με'. Βασιλεὺς δὲ ὁ νέος ἐν τῷ περὶ τὸ Ῥήγιον Ἐννακόσια προσαγορευομένῳ χωρίῳ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς μάλιστα Ὀκτωβρίου ἄχρι καὶ Δεκεμβρίου διατρίβων μηνὸς, ἐδεῖτο τοῦ πρε- V. 109 σβυτέρου βασιλέως, μὴ αὖθις τὰ Ῥωμαίων πράγματα εἰς φθορὰν καὶ ταραχὴν ἐμβαλεῖν, ἀλλ' ἔλεον τῶν ὑπηκόων σχόντα, μὴ ἐπὶ πλέον τὸν πόλεμον ἐξάγειν. ὡς ἂν δὲ αὐτὸν τὴν εἰρήνην πείσῃ μᾶλλον ἑλέσθαι, καὶ τοιοῖσδε πρὸς αὐτὸν διὰ P. 136 πρέσβεων ἐχρῆτο λόγοις· „τῆς ἐμῆς, ὦ βασιλεῦ, σπουδῆς τε

vitatem in fidei capitibus nepoti obiicere, sed iurisiurandi foederumque contemptum, superbiam insuper et contumaciam. Atque idcirco illius commonefaciendi et castigandi causa istuc excogitasse. Si rursus emendationem pro portione peccatorum ostenderit, se, quod sui muneris sit, non neglecturum. Ergo, subiicit patriarcha, oro te, imperator optime, uti hoc maximum apud me beneficium ponas meque ad illum abire sinas. Etenim effecturum me divinat animus, et ut nepos, si quid antehac peccavit, id corrigat atque in posterum quod suarum est partium fideliter praestet, et offendicula bellique irritamenta e medio auferantur. Hic sermo imperatorem pupugit: Atqui oportebat, inquit, omissa hac supervacanea in negotio alieno sollicitudine verbis meis obtemperare et iussa non repugnanter exsequi. Sed quoniam nescio quomodo ratiocinatus, contra et dicere et facere maluisti, cum mecum facere deberes, ipse noveris quid conveniat. Hoc itaque modo imperator et patriarcha sententiis dissidebant: unde in palatio quidem interdicta erat nepotis mentio; in reliquis autem per urbem Byzantinam sacris, etiam in ipsa aede Sophiae, sacrorum tempore solenni more uterque imperator nominabatur.

45. Iunior imperator in castello Ennacosia, non procul Rhegio a principio Octobris usque ad Decembrem sedens, avum precabatur, ne rem Romanam rursus in tumultum perniciemque coniiceret, sed misericordia suorum civium motus, bellum inhiberet. Quo autem illum ad pacem flecteret, sic per legatos egit: Sedulitatis et volunta-

A. C. 1327 καὶ προθυμίας ὑπὲρ τῶν κοινῇ τῇ Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ συμφερόντων οὐχ ἕτερόν τινα ἀξιόχρεων ἢ σὲ μάρτυρα ἔξεστι παρασχεῖν. οἶσθα γάρ, ὅπως, Προυσηνῶν ὑπὸ Περσῶν πολιορκουμένων καὶ ὅσον οὔπω ἁλώσεσθαι προσδοκωμένων διὰ τὸ τὸν σῖτον παντάπασιν ἐπιλελοιπέναι, πυθόμενος αὐτὸς αὐτόκλητος εἰς Βυζάντιον ἧκον, δεόμενός τε ἅμα καὶ συμβουλεύων, τοῖς πολιορκουμένοις τὴν δυνατὴν πρόνοιαν εἰσενεγκεῖν. αὕτη δ' ἦν τὸ ἐμὲ ἅμα τῇ στρατιᾷ ναυσὶ πρὸς τὴν B Τρίγλειαν περαιωθέντα, ἐπεὶ οὐ πολὺ Προύσης διέχει, τοῖς τε βαρβάροις, ἣν δύνωμαι, ἐπιθέσθαι καὶ Προυσηνοῖς τὰ ἐπιτήδεια ἐσκομίσαι· τούτου δὲ γενομένου, ἐλπὶς αὐτοὺς χρόνον πολὺν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀντισχήσειν· τἄλλα γὰρ ἡ πόλις ἅπαντα κατεσκεύασται καρτερῶς. ἐγὼ μὲν οὖν οὕτω προθυμίας εἶχον πρὸς τὸ Προυσηνοῖς βοηθεῖν αὐτὸς διακινδυνεύων, σοῦ δὲ μὴ ἐφιέντος, ἄκων κατεσχέθην· ὃ καὶ μάλιστα αἴτιον ἔδοξε γεγενῆσθαι τοῦ Προῦσαν ὑπὸ τοῖς πολιορκοῦσι βαρβάροις C γεγενῆσθαι. ταῦτα δὲ διῆλθον, οὐχ ἵν' ἁπλῶς οὕτω φιλοτιμήσωμαι, ἀλλ' ἵν' ἐπιδείξαιμι ἐκ πολλοῦ τοῦ περιόντος, ὅτι εἰ μιᾶς ἕνεκα πόλεως κινδυνευούσης οὕτω περιεκαιόμην καὶ δεῖν ἐνόμιζον ἢ βοηθεῖν αὐτῇ ἢ καὶ αὐτὸς συγκινδυνεύειν, πολὺ μᾶλλον ἂν ἀλγοίην νῦν, ὁμοῦ Ῥωμαίων σύμπασαν τὴν ἡγεμονίαν κινδυνεύουσαν ὁρῶν. τὸ γὰρ ἡμᾶς, τοὺς ὑπὲρ αὐτῆς πρὸς τοὺς ἔξω πολεμίους πολεμεῖν δικαίους ὄντας, συῤῥήγνυσθαι ἀλλήλοις οὐκ ἄλλο τι ἢ καταστροφὴν αὐτῆς τελεωτάτην οἴε-

tis meae, imperator, ad providenda ac tuenda Romani imperii commoda praeter te idoneum testem laudare alium non queo. Manet enim in memoria tibi, quo pacto, cum Pruseni a Persis obsidione vallarentur, et iam inibi esset, ut penitus defecti cibariis, in hostium manus venirent, ego, re comperta, Byzantium non vocatus advolarim, teque rogando et hortando impulerim, ut qua posset providentia victus importaretur. Poterat autem sic, ut ego cum militibus Trigliam Prusae vicinam traiicerem, barbaros, si liceret, invaderem, et Prusenis alimenta inferrem. Quo quidem modo obsidionem diu toleraturam sperabatur, quando undiquaque firmiter communita est. Cum igitur ego Prusenis quamvis cum capitis mei discrimine succurrendi desiderio arderem, tu me invitum cohibuisti: id quod potissimum videtur in causa fuisse, cur Prusenorum barbari potirentur. Haec narravi, non ut gloriarer tantummodo, sed ut ex ea, quae mihi suppeditat copia, quod volo uno argumento demonstrarem. Si enim propter unicam urbem tantum cruciabar eique aut ferendum auxilium, aut cum ea omnes casus mihi subeundos existimabam, quanto magis nunc cruciarer, si universum imperium Romanum simul in discrimen vocatum aspicerem? Nam quod nos, qui pro eo adversum exteros propugnare summo iure debebamus, bello concurrimus, hoc

σθαι χρή. διὸ δὴ καὶ σφόδρα σου δέομαι, βασιλεῦ, εἰ μὲν A. C. 1327
οἷόν τε, καταλῦσαι τὴν ἔχθραν καὶ τὴν εἰρήνην μᾶλλον ἢ
τὸν πόλεμον ἑλέσθαι. εἰ δ' ἐπὶ τοσοῦτον οἱ τῶν συκοφαντῶν
ἴσχυσαν λόγοι, ὥστ' ἐμὲ πολλὰ περὶ εἰρήνης δεόμενον ἀνύειν
μηδὲν, τό γε δεύτερον ἱκετεύω, ἐπὶ σοῦ ἅμα δύο ἢ καὶ τρισὶν D
ἐλθόντα δικασθῆναι. κἂν μὲν ἀπολύσωμαι τὰς αἰτίας, καλῶς
ἂν ἔχοι· ἂν δ' ἀδικῶν ἁλῶ καὶ ἐπιορκῶν, τῶν μακρῶν ἀπαλ-
λαγήσῃ πόνων, ἔχων ἐν χερσὶ τὸν ἀδικοῦντα, καὶ μὴ φείσῃ,
πρὸς αὐτοῦ θεοῦ, ἀλλὰ κόλασον ἀξίως τῶν ἁμαρτημάτων. εἰ
δὲ μὴ τοῦτό σοι ἀρεστὸν, τὸ αὐτὸν ἐμὲ ἐπὶ σοῦ ἐλθόντα δι-
κασθῆναι, ἀλλ' ὁ μέγας δομέστικος γοῦν ἐλθὼν δικαζέσθω
ὑπὲρ ἐμοῦ. κἂν καὶ αὐτὸς ἁλῷ, τὰ ἔσχατα ὑπομενέτω· πάν-
τως δὲ οὐδὲν ἧττον ἀλγήσω, ἢ εἰ αὐτὸς ἐν τῷ σώματι ὑφι-
στάμην τὰ δεινά." Τοιαῦτα μὲν βασιλεὺς ὁ νέος ἐπέστελλε
πρὸς τὸν πάππον καὶ βασιλέα· καὶ ὁ μέγας δὲ δομέστικος
τοιαῦτα ἔγραψε, δεόμενος περὶ τῶν αὐτῶν· „κράτιστε βασι- P. 137
λεῦ, ἀμφότερά σε οἴομαι σαφῶς πεπεῖσθαι περὶ ἐμοῦ, ὅτι τε
εὐνοϊκῶς διάκειμαι καὶ φιλίως περί σε καὶ οὐδενός σοι δου-
λεύειν ἧττον αἱροῦμαι, τούτων ἀποδείξεις σαφῶς τῶν πρα-
γμάτων ἐν πολλοῖς παρασχομένων, καὶ ὅτι τὴν κοινὴν τῶν
Ῥωμαίων εὐδαιμονίαν οὐ τῶν ὄντων μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς
ζωῆς προθύμως ἀλλαξαίμην ἄν. νυνὶ δέ σε ὁρῶν ἐξ οὐδεμιᾶς B
αἰτίας λύοντα μὲν τὰς σπονδὰς, ὡρμημένον δὲ πολεμεῖν, σφό-
δρα μὲν ἀλγῶ καὶ παραπλήσιον θανάτου, τὰς συμφορὰς, αἳ

profecto non aliud, quam ultimum illius exitium par est arbitrari. Quare te magnopere quaeso, imperator, si potes, inimicitias depone, et pacem bello antepone. Sin calumniatorum voculae apud te tantum valuerunt, ut quam saepius petivi pacem, nondum obtinuerim, saltem hoc mihi largire, precor, ut duobus aut tribus comitatus, apud te causam dicam. Si crimina refellero, bene habebit: si periurii iniustitiaeque damnatus fuero, tu diuturna molestia liberaboris, reum manibus tenens: cui ut ne parcas, sed pro eo ac scelera eius merentur illum punias, per Deum te oro. Sin autem non placet, ut ipse praesens abs te praesente iudicer, at magno domestico sit fas se loco meo sistere. Qui si et ipse damnabitur, atrocissimam poenam exsolvat: qua plane non minus dolebo, quam si corpore meo illam excepissem. Haec imperator iunior ad avum scripsit: quibus germana etiam magnus domesticus his verbis: Utrumque tibi, imperator optime, persuasissimum credo, et benevolo atque amico esse me erga te animo, ad obsequia tua paratissimum, quod rebus saepenumero clare demonstravi, et pro communi Romanorum felicitate non facultates duntaxat meas, verum et ipsam animam perlibenter impensurum. Nunc quia cerno, te sine causa foedus solvere et ad arma prorumpere, incredibilis me dolor propemodum exanimat, conside-

A. C. 1327 περιστήσονται Ῥωμαίους ἐκ τοῦ πρὸς ἀλλήλους ἐννοῶν πολέ-
V. 110 μου· δέομαι δέ σου μὴ τοιούτοις κακοῖς τοὺς ὑπηκόους περιπεσόντας περιϊδεῖν, ἀλλὰ στῆσαι τὴν συμφορὰν, βασιλεῖ τῷ ἐγγόνῳ διαλλαγέντα, οὐδὲν, ὅσα γε ἐμὲ εἰδέναι, οὔτε ἐν πράγμασιν οὔτε ἐν λόγοις, οὔτε πρότερον προσκεκρουκότι οὔτε νῦν, (οἶσθα δὲ σαφῶς, ὡς οὐδὲν οὔτε φθέγγεται οὔτε πράττει, μὴ
C συνειδότος ἐμοῦ·) μὴ δὴ τὰς συκοφαντίας τῶν ἐπ' ὀλέθρῳ ἡδομένων τῷ κοινῷ τῆς κοινῆς προθεῖναι σωτηρίας, μηδ' αὐτοῖς πεισθῆναι πρὸς τὸ πολεμεῖν ἐνάγουσιν, ἐξ αὐτῆς τῆς πείρας ἀκριβῶς δεδιδαγμένος, ὡς ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦσι καὶ ἄχθος ἆραι τὴν δύναμιν αὐτῶν ἐθέλουσιν ὑπερβαῖνον. καταλύων μὲν οὖν τὸν πόλεμον, τὰ δέοντα βουλεύσῃ καὶ σαυτῷ καὶ ἡμῖν· τοὐναντίον δὲ ποιῶν, οὐκ οἶδα ὁποτέροις μᾶλλον ἀλυσιτελέστερον βουλεύσῃ. βασιλεὺς μὲν οὖν ὁ σὸς ἔγγονος δίκῃ διαλύεσθαι τὰ ἐγκλήματα προκαλεῖται, καὶ παρὰ σοὶ δικαστῇ, ὃ πάντες ἂν αὐτῷ συμφαῖεν, ὡς δικαία ἡ ἀξίωσις· ἢ, τό γε δεύτερον, εἰ μὴ αὐτόν σοι κατὰ γνώμην πρὸς τὴν δίκην ἀπαν-
D τῆσαι, ἀλλ' αὐτὸν ἐμὲ ὑπὲρ τῶν αὐτῷ διαφερόντων τὰς εὐθύνας παρασχεῖν. εἰ μὲν οὖν αὐτὸν ἐλθεῖν κελεύσεις, πέπεισμαι σαφῶς, ὡς ὀφθεὶς μόνον ἀραχνίων ἱστῶν ἀδρανεστέρας ἀποδείξει τὰς συκοφαντίας· εἰ δὲ, τό γε δεύτερον, ἐμὲ, ἐλπίζω καὶ αὐτὸς οὐ μόνον οὐδὲν ἠδικηκότα, ἀλλὰ καὶ φιλοπάτορα καὶ τὴν προσήκουσαν αἰδῶ καὶ εὐπείθειαν μέχρι παντὸς ἐπιδεδειγμένον ἀποδείξειν. εἰ δ' ἀμφοτέρων τούτων καταφρονήσεις, πεισθεὶς τοῖς συκοφαντοῦσιν, ἡμᾶς μὲν ὁ θεὸς οὐ περιό-

rantem calamitates, quae Romanos propter bellum vestrum oppressurae sunt. Ego vero te obsecro, ne populos tuos tantis cladibus mactari sinas, malumque imminens reprimas, cum nepote redactus in concordiam: qui, quantum mihi constat, nec facto, nec verbo neque pridem, neque recens te offendit. Neque enim ignoras, eum me inscio nihil vel dicere solere vel facere. Noli igitur obtrectatorum in communi peste exsultantium sermunculos communi saluti anteferre: noli ad arma incitantibus illis aures accommodare: siquidem experiundo probe didicisti, eos conari quae fieri nequeunt, et onus tollere, quod eorum humeri sustinere haud possunt. Itaque si bellum valere iusseris, tibi nobisque consulueris. Si secus faxis, de te an de nobis peius mereare, equidem nescio. Nepos igitur tuus ad iudicium provocat tuumque tribunal appellat: cuius petitionem esse iustam nemo negabit: et si ipsum in iudicium venire non vis, ut a me rationes illius reposcas, rogat. Si eum per se sisti volueris, solo aspectu calumnias aranearum telis invalidiores ostensurum nihil penitus dubito: sin, quod huic proximum optat, me, spero non solum nihil eum sceleris fecisse, sed etiam tui ut parentis semper amantem fuisse, debitamque tibi reverentiam praestitisse in omnibus, me pa-

ψεται ἀδικουμένους· ὑμῖν δὲ ὅποι τὰ πράγματα τελευτήσει, A.C. 1327 ἐμοὶ μὲν ἄμεινον σιωπᾷν, ἡ πεῖρα δὲ διδάξει σαφῶς. πλὴν τὰ παρόντα μοι γράμματα τηρεῖσθαι δέομαι ἐν ἀσφαλεῖ, ὅπως ἐκ τῶν ἀποβησομένων εἰ ἀγαθὸς σύμβουλος ἐγὼ φανῇ."

μς'. Οἱ μὲν οὖν τοιαῦτα τῷ πρεσβυτέρῳ ἐπέστελλον βα- P. 138 σιλεῖ· ὁ δὲ τὰ γράμματα ἀναγνοὺς, οὐδὲν ἀπεκρίνατο πλέον, ἢ ὡς οὐ ῥᾴδιον ἐπὶ δίκῃ οὔτε τὸν ἔγγονον, οὔτε τὸν Καντακουζηνὸν ἐν Βυζαντίῳ δέχεσθαι. βασιλεὺς δὲ ὁ νέος ἀκούσας τὴν βασιλέως ἀπόκρισιν, ἤλγησε μὲν σφοδρῶς ἐφ' οἷς οὕτω παρὰ πάντα δικαίου λόγον καὶ αὐτῆς εἴργετο ἀπολογίας· ἀπαγορεύσας δὲ τὸ βασιλέα πείθειν ἐπιχειρεῖν, τῷ πατριάρχῃ γράφει τοιαῦτα· „δέσποτα πατριάρχα καὶ ἡ περὶ αὐτὸν θεία σύνοδος καὶ ἱερὰ, ἴστε σαφῶς ὅσα βασιλέως μεταξὺ καὶ ἐμοῦ B πρὸ χρόνου συμβέβηκέ τινος, διὰ τὰς ἁμαρτίας φαίην ἂν ἔγωγε τὰς ἐμάς. ταῦτα μὲν οὖν ὁ πάντα σοφῶς οἰκονομῶν θεὸς διέλυσέ τε ῥᾳδίως καὶ βαθεῖαν ἐχορήγησεν εἰρήνην· ὅτε δὲ πάντα τὰ ἐν μέσῳ σκῶλα καὶ προσκόμματα περιῃρέθη, καὶ βαθείας ἀπελαύομεν γαλήνης, οὐδ' ἄχρι λογισμοῦ ἐμφυλίου πέρι μηδὲν πολέμου ἐννοοῦντες, αἰφνίδιον ἀνεῤῥάγη κλύ- V. 111 δων βαρὺς καὶ χαλεπὴ τρικυμία τὴν Ῥωμαίων αὔτανδρον ἡγεμονίαν ἀπειλοῦσα καταδύειν, καὶ συμβέβηκέ τι παραπλήσιον ἡμῖν ὥσπερ καὶ τοῖς νοσοῦσιν. ἐκεῖνοί τε γὰρ κατὰ μὲν τὴν πρώτην μάλιστα τῆς νόσου προσβολὴν, κἂν σφοδρὰ τύχῃ C οὖσα χαλεπὴ, ἀντέχουσιν ἰσχυρῶς· ἂν δὲ ῥαΐσασι δεύτερον

tefacturum. Si tu utramque conditionem, a criminatoribus praeoccupatus videlicet, contemnis, Deus nos certe indigne habitos non contemnet: res autem vestra quo evasura sit, silere praestat; experientia manifeste docebit. Ceterum has litteras meas tuto asservari rogo, donec ex eventis constiterit, ecquid bonus consiliarius fuerim.

46. Haec ambo ad imperatorem seniorem scripserunt: quibus ille perlectis, aliud non respondit, quam, difficile esse vel nepotem vel Cantacuzenum ad causam dicendam Constantinopolin admittere. Ex quo responso iunior magnum dolorem accepit, cum se praeter omne ius fasque defensione excludi cerneret: fessusque conatibus ad persuadendum irritis, patriarchae scribit hoc exemplo: Non sunt inaudita vobis, domine patriarcha et qui cum eo estis sacrosancti episcopi, quaecunque inter me avumque meum haud ita pridem, peccatis meis fortasse id exigentibus, contigerunt. Quae omnium rerum sapiens moderator Deus facile dissipavit concordiamque summam largitus est. Cum iam remotis e medio obstaculis impedimentisque omnibus, tranquillissima quiete frueremur, belli civilis obliti funditus, derepente vastus quidam fluctus et turbulenta tempestas exstitit, quae Romanum imperium velut navim cum ipsis vectoribus summersuram se minaretur. Ac nobis idem, quod aegrotis

A. C. 1327 αὖθις ἢ καὶ τρίτον ἐπίθηται εἰ τύχοι, ἀσθενεστέροις περιτυχοῦσα, κατεργάζεται ῥᾳδίως τοὺς ἀνθρώπους. καὶ ἡμῖν τὸ αὐτὸ συμβέβηκε νῦν. ὑπό τε γὰρ τῶν πρότερον ἐμφυλίων γεγενημένων πολέμων καὶ τῶν ἔξωθεν ἡμῖν ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐπενεχθέντων τῷ πλείονι κατειργασμένοι μέρει, οὐδὲ ἄν τι βλέψαι δυνησόμεθα πρὸς τὰ ἀναφυόμενα κακὰ, ἀλλὰ διαφθαρησόμεθα αὐτοὶ ὑφ' ἑαυτῶν. ἅπερ ἅπαντα συνορῶν καὐτὸς, καὶ τὸν κίνδυνον οὐκ ἴδιον, (ἦν γὰρ ἂν ἀνεκτὸν,) ἀλλὰ κοινὸν τῶν Ῥωμαίων ἁπάντων ὄντα σαφῶς ὁρῶν, ἐν ἑξήκοντα ἡμέραις ἤδη μάλιστα περὶ Ῥήγιον κάθημαι, καθάπερ D ἴστε καὶ αὐτοὶ, βασιλέως δεόμενος ὁσημέραι μετὰ τῆς προσηκούσης αἰδοῦς ἐμοὶ καὶ μετριότητος καὶ δουλείας, συγγνώμης τυχεῖν, καίτοι γε μηδὲν ἑαυτῷ συνειδὼς ὀργῆς ἄξιον πεπραγμένῳ. ὡς δὲ πολλὰ μοχθήσας, εὕρισκον οὐδεμίαν ὄνησιν ἀπὸ τῶν πόνων, ἐτραπόμην ἑτέραν, μετὰ κομιδῇ τινων P. 139 εὐαριθμήτων ἐπὶ τοῦ βασιλέως ἐλθεῖν αἰτῶν, καὶ ὑπὲρ ὧν ἐγκαλοῦμαι εὐθύνας ταύτῃ παρασχεῖν· ἢ εἰ μηδὲ τοῦτο κατὰ γνώμην εἴη βασιλεῖ, τὸν μέγαν δομέστικον ἐλθόντα ὑπὲρ ἐμοῦ ἀπολογεῖσθαι. καὶ ἐπ' οὐδεμιᾷ προκλήσει εἰσηκούσθην, ἀλλ' οὕτως ἐρήμην παρὰ πάντα τοῦ δικαίου νόμον καταδικάζομαι. ἐγὼ δὲ, εἴγε βασιλεὺς αὐτὸς ῥητήν τινα δίκην ὁποίαν ἂν αὐτῷ ἐδόκει ἐκέλευεν ὑπὲρ ὧν ἐγκαλοῦμαι δοῦναι, ἠγάπησα ἂν, καὶ σὺν προθυμίᾳ πολλῇ παρέσχον· νυνὶ δὲ ὁρῶν τὴν εἰς ἐμὲ ὀργὴν κατὰ πάντων Ῥωμαίων ἐξάγουσαν τὴν βλάβην, οὐκ

usuvenit. Illi namque in primo morbi accessu quantumvis rapido, potenter resistunt: sin recreatos iterum forte ac tertium occuparit, viribus iam debilitatos inveniens, cito interficit. Sic nos superioribus bellis civilibus et externis, quae barbari intulerunt, propemodum confecti, adversus surgentia mala ne oculos quidem tollere poterimus, sed mutuis caedibus peribimus. Quae omnia cum et ipse animadvertam et periculum non privatum, (esset enim id ferendum,) verum publicum considerem, iam sexagesimum omnino diem, ut nostis, prope Rhegium sedeo, quotidianis precibus, qua par est reverentia, modestia et subiectione veniam ab imperatore flagitans; tametsi nihil mali facinoris in me reperio, quod eius ira dignum sit. Postquam vero multum laborem frustra consumpsi, alia expertus sum via, rogans, ut mihi cum paucissimis in eius conspectum venire ibidemque criminibus respondere liceret: aut si id non placeret, magnus domesticus meo nomine idem facturus veniret. Reiecta utraque conditio, atque ita contra omnium legum iura, indicta causa, damnationem subeo. Atqui si avus poenas certas pro arbitratu suo pendere me iussisset, pro iis, quae mihi obiectantur, non aequo tantum, sed etiam promptissimo animo pependissem. Nunc cum eius in me furorem Romanis universis pestiferum fore praevi-

ἀνεκτῶς ἀλγῶ. διὰ τοῦτο καὶ δεόμενος τῆς ὑμῶν ἁγιότητος A.C. 1327
γράφω, εἴγε τοῦ θεοῦ ἐστε ὑμεῖς, σπουδάσαι ὑπὲρ τῆς εἰρή- B
νης καὶ μὴ περιϊδεῖν ἡμᾶς τοῖς ὁμοφύλοις αἵμασι καταχραν-
θέντας, ἀλλ' ἢ πεῖσαι βασιλέα πρὸς ὑμᾶς ἐμὲ γενόμενον ὑπὲρ
ὧν ἐγκαλοῦμαι λόγον ὑποσχεῖν, ἢ ἐνταῦθα γενομένων ὑμῶν,
ὑπὲρ τῶν ἴσων τὴν ἀπολογίαν θέσθαι." Τοσαῦτα μὲν βασι-
λεὺς ὁ νέος πατριάρχου καὶ τῶν ἄλλων δεόμενος ἀρχιερέων
ἔγραψεν ὑπὲρ τῆς εἰρήνης, ἃ καὶ φέρων ὁ διακομιστὴς ἐνεχεί-
ρισε τῷ πατριάρχῃ. καὶ τῶν ἀρχιερέων συνεδριαζόντων, ἀνα-
γνωσθέντων δὲ τῶν γραμμάτων, ὡς ἐδόκει ἡ ἀξίωσις δικαία
τοῦ νέου βασιλέως, πάντες εὐθὺς πρὸς βασιλέα τὸν πρεσβύτε- C
ρον ἐλθόντες, τά τε γράμματα ἐδείκνυσαν τοῦ ἐγγόνου καὶ
συνηγόρουν αὐτῷ ὡς δίκαια ἀξιοῦντι. καὶ αὐτὸ γὰρ ἔφασαν τὸ
περὶ πλείστου ποιεῖσθαι ἢ αὐτὸν ἐνταῦθα ἐλθόντα ὑπὲρ ὧν
ἐγκαλεῖται παρέχειν ἐθέλειν εὐθύνας, ἢ τοῦ πατριάρχου ἐκεῖ
γενομένου τὸ αὐτὸ ποιεῖν, τεκμήριον ἂν εἴη μέγιστον ἢ τοῦ
μηδὲν ἡμαρτηκέναι, ἢ εἰ καὶ ἥμαρτε, τοῦ βούλεσθαι ἂν διορ-
θωθῆναι. τούτου δὲ οὕτως ἐξ αὐτῶν πραγμάτων ἀποδεικνυ-
μένου, δίκαιον ἂν εἴη καὶ ἅμα λυσιτελὲς καὶ ἀναγκαῖον, ἐκ
δύο τῶν ζητουμένων γενέσθαι θάτερον. ὁρῶν οὖν καὶ ὁ βα-
σιλεὺς τό,τε ἀναντίῤῥητον τῆς ἀξιώσεως καὶ τὴν τοῦ πατρι-
άρχου καὶ τῶν ἀρχιερέων πρὸς τοῦτο σπουδὴν, τὸ μὲν τὸν D
νέον βασιλέα πρὸς ἐκεῖνον ἥκειν ἀπηγόρευεν, ὥσπερ καὶ τὸ
τὸν πατριάρχην ἐκεῖ γενέσθαι, οὐδὲν εἶναι προὔργου φάμενος
ἑκάτερον· ἐπένευσε δὲ τῶν τε ἀρχιερέων καὶ τῶν τῆς συγκλή-

4. ὑπὲρ corr. pro ὑπό.

deam, angor vehementissime. Quocirca ad sanctitatem vestram scribo rogoque, si ex Deo estis, ut paci redintegrandae navetis operam. Ne permittite nos cognatorum sanguine maculari; sed imperatorem eo permovete, ut aut me illuc ad vos proficisci et pro me causam orare, aut, vobis huc profectis, id ipsum hic facere concedatur. Sic patriarcham et pontifices per epistolam de pace obtestatus est iunior imperator. Qua a tabellario patriarchae in manus reddita et in consessu episcoporum recitata, ut visa est aequa petitio, omnes protinus ad seniorem adeunt, eam monstrant et ut iusta cupienti suffragantur. Nam hoc ipsum aiebant firmissimum argumentum, aut nihil eum deliquisse, aut, si quid deliquerit, id velle corrigere, quod in beneficio numeraret, si aut hic aut ibi, patriarcha praesente, posset intentata sibi scelera depellere. Quoniam igitur res ipsa clamaret, iustum pariter et utile ac necessarium sibi videri, ex duobus, quae desiderarentur, alterum concedi. Imperator postulati necessitatem et patriarchae episcoporumque in eo urgendo studium perspiciens, nepotem quidem ad se venire aut patriarcham ad illum abire vetuit: neutrum enim esse operae pretium, sed ut ex episcopis et

A. C. 1327 του τινάς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν τῆς ἐκκλησίας ἀρχόντων καὶ
V. 112 τῶν ἀρχιμανδριτῶν, πρὸς τὸν ἔγγονον παραγενομένους, τά τε ἐγκλήματα κομίζειν καὶ ἀπολογίαν ζητεῖν ὑπὲρ αὐτῶν. πέμπονται τοίνυν ἀπὸ μὲν τῶν ἀρχιερέων ἕξ, καὶ τοσοῦτοι συγκλητικοὶ, ἔκ τε τῶν τῆς ἐκκλησίας ἀρχόντων καὶ τῶν ἀρχιμανδριτῶν λεγομένων ἀνδρῶν εὐλαβῶν ἴσοι τὸν ἀριθμὸν ἕξ ἑκατέρων. σὺν τούτοις καὶ οἱ παρὰ βασιλέως πρότερον ἀποσταλέντες, ὅ, τε τῶν Μογλαίνων ἐπίσκοπος Νίφων καὶ Κλειδᾶς ὁ δικαιοφύλαξ, οἷς δὴ καὶ τὰ κατὰ τοῦ νέου βασιλέως ἐγ-
P. 140 κλήματα ὁ πρεσβύτερος ἐνεχείρισε βασιλεύς. ἐπὶ τούτοις πᾶσι καὶ ὁ ἀρχιεπίσκοπος Βουλγαρίας Γρηγόριος, ἀνὴρ σοφός τε εἰς λόγους καὶ θαυμάσιος ἐν συνέσει καὶ τῆς ὄντως σοφίας ἄκρως ἐπειλημμένος, καὶ σὺν αὐτῷ Θεόδωρος ὁ Ξανθόπουλος, καὶ αὐτὸς ἀρετῇ τε καὶ συνέσει καὶ παιδείᾳ κεκοσμημένος. οὗτοι μὲν οὖν εἰς Ῥήγιον πάντες ἦλθον τὰς τοῖν βασιλέοιν ἐξετάσοντες διαφοράς. ἰδὼν δὲ αὐτοὺς βασιλεὺς ὁ νέος, εὐθὺς μὲν ἡδονῆς ἀνάπλεως καὶ θυμηδίας ἦν, ἅτε δὴ μέλλων ὑπὲρ ὧν κατηγορεῖτο διδόναι λόγον· προσαγορεύσας δὲ αὐτοὺς,
B ἐκέλευεν ἀναπαύλης ἀπολαύειν, ὡς ἐς τὴν ὑστεραίαν ἅμα πρωῒ τοῦ συλλόγου γενησομένου. οἱ μὲν οὖν οὕτως ἐποίουν· βασιλεὺς δὲ ἅμα ἕῳ τῶν τε ἰδίων τοὺς ἐπιφανεστέρους καὶ τοὺς ἐκ βασιλέως ἀφιγμένους εἰς τὸν σύλλογον ἐκάλει. ὡς δὲ πάντες παρῆσαν, σιωπὴ μὲν τὸ θέατρον κατέσχεν ἐπὶ μικρὸν, καὶ πάντες ὡς ἐπὶ καινοῖς τισι παρεῖχον μετεώρους τὰς ἀκοάς. ἤρξατο δ' ἀρχιεπίσκοπος οὕτως εἰπών· „κράτιστε βασιλεῦ,

proceribus, item ex ecclesiae principibus et archimandritis religiosis, ut ferebatur, hominibus irent aliquot, qui accusationem illi proponerent ab eoque responsionem requirerent, id annuit. Mittuntur itaque seni de singulis, quos nominavi, ordinibus, omnes simul quatuor et viginti. Adduntur quos imperator ante legaverat, Niphon Moglaenorum antistes, et Clidas dicaeophylax, quibus accusationis capita traduntur. Post hos omnes Gregorius Bulgariae archiepiscopus, vir et disciplinis eruditus et admirabili prudentia praeditus et in sapientia divina plane perfectus; cumque eo Theodorus Xanthopulus, ipse quoque virtute, intelligentia et doctrina ornatissimus. Hi omnes Rhegium controversias imperatorum disceptaturi venerunt: quorum e conspectu magnam laetitiae voluptatem persensit, quod esset tandem ad obiecta responsurus. Salutatos igitur quietem capere iussit, et in diem posterum usque a matutino conventum indixit. Illi ita fecerunt. Initio lucis nobiliores de suis et eos, qui avi missu advenerant, in coetum cogit. Ubi omnes affuerunt, conticuerunt paulisper et singuli, ut novi quippiam audituri, aures arrexerunt. Archiepiscopus his vocibus usus est: Propter natum inter te avumque dis-

τῶν μεταξὺ τῶν βασιλέων ὑμῶν κεκινημένων νῦν ἕνεκα δια- A.C. 1327 φορῶν αὐτὸς μὲν ᾔτησας, εἰς Βυζάντιον ἐλθὼν ἐπὶ τοῦ βασιλέως τὰς εὐθύνας παρέχειν, ἢ εἰ μὴ τοῦτο, τοῦ πατριάρχου C ἐνταυθοῖ γενομένου, δίκῃ διαλύεσθαι τὰ ἐγκλήματα. τούτων μὲν οὖν ἑκάτερον οὐ ῥᾴδιον ἦν ἢ αὐτὸς ἠξίωκας γενέσθαι· προστάξαντος δὲ βασιλέως καὶ πατριάρχου, ἥκομεν ἡμεῖς ὑπὲρ ὧν ἐγκαλῇ τὰς ἀπολογίας ἀκουσόμενοι. σύ τε δίκαιος ἂν εἴης, εἴ τι περὶ αὐτῶν ἔχεις λέγειν, διεξιέναι." εἶπεν οὖν ὁ βασιλεύς·

μζ. „Καὶ βουλομένῳ μοι πάνυ ἡ πρὸς ἐμὲ ἄφιξις γε- D γένηται ὑμῶν, καὶ εὐχῆς ἔργον ἡγοῦμαι τὸ καὶ ὁπωσοῦν ὑπὲρ ὧν κατηγοροῦμαι καιρόν τινα εὑρήσειν ἀπολογίας. οὐ δίκαιον δὲ ἡγοῦμαι, οὔτε μήν τινα λόγον σῶζον, ἐμὲ μὲν πολλάκις τῆς εἰς τὸν βασιλέα αἰδοῦς καὶ εὐπειθείας αὐτοῖς ἔργοις ἐναργεῖς παρέχεσθαι τὰς ἀποδείξεις, τῆς ἴσης δὲ εὐνοίας οὐδὲ λόγοις γοῦν ψιλοῖς ἀξιοῦσθαι παρ' αὐτοῦ. καίτοι γε ἐχρῆν V.113 πρὸς τὰς πράξεις τὰς ἐμὰς τοὺς τῶν συκοφαντῶν παραβάλλοντα λόγους, ἢ κολάζειν αὐτοὺς ἀξίως τῆς κακουργίας ἑαυτῶν, ὡς ἂν αὐτοί τε παύοιντο συκοφαντοῦντες καὶ τοῖς ἄλλοις εἶεν παράδειγμα σωφροσύνης, ἤ, τό γε δεύτερον, αὐτοῖς μὲν σφοδρῶς ἐπιπλήττειν καὶ ἐπιτιμᾷν τοῦ τοιαῦτα ἕνεκα τολμᾷν· βε- P.141 βαίαν δὲ καὶ ἡδρασμένην τὴν εἰς ἐμὲ εὔνοιαν τηρεῖν, ὅπερ ἔφην, ἐκ τῶν ἔργων σαφεῖς ἔχοντα τὰς ἀποδείξεις, ὡς εὐνούστατος ἐγὼ περὶ αὐτὸν καὶ τὴν παιδὶ πρέπουσαν ἀγαθῷ πρὸς πατέρα αἰδῶ τε καὶ εὐπείθειαν καὶ δουλείαν ἀποσώζων. ἐπεὶ δὲ

sidium, imperator optime, rogasti, ut tibi Byzantium pateret ingressus, quo illic apud eum causam tuam ageres; aut saltem, ut patriarcha ad te mitteretur, quo iudice id ipsum praestares. Neutrum erat concessu facile. Auctoritate tamen imperatoris et patriarchae nos advenimus, defensionem tuam audituri. Te aequum est afferre, si quid habes dicere ad ea, quae tibi obiectantur. Tum imperator:

47. Et summa voluntate mea advenistis, et perquam optabile est, ut ego sentio, quomodocunque tandem mei adversus criminationes defendendi tempus adipisci. At iniustum et a ratione abhorrens duco, cum factis ipsis multa frequenter et minime dubia observationis et obedientiae erga avum documenta dederim, me pari benevolentia nec verbis quidem tenus ab ipso dignatum. Oportebat autem facta mea cum obtrectatorum sermonibus comparantem, aut eorum improbitatem condignis vindicare suppliciis, ut ne quid et ipsi tale posthac, et alii ex eorum eventu modestiam discerent, aut certe, quod alterum est, iisdem de audacia severe obiurgatis ac reprehensis, firmam constantemque erga me benevolentiam conservare; ut qui evidentibus exemplis docere possim, me in ipsum effusum esse suavissime, et quemadmodum bono filio pulcrum est, erga patrem reverentiam, obedientiam subiectionemque retinere. Sed

A.C. 1327 τοῦτο μὲν τὴν ἐναντίαν ἢ προσῆκεν εἴληχε τάξιν, καὶ τὰ μὲν
ἡμέτερα ἔργα τῆς βασιλέως ἐξεῤῥύηκε μνήμης παντελῶς· οἷς
δὲ ἔργον ἐπιμελὲς, ἡμᾶς ἀλλήλοις διαβάλλοντας, τῇ κοινῇ λυ-
B μαίνεσθαι Ῥωμαίων εὐδαιμονίᾳ, τοῖς λόγοις κατάκρας ἑάλω,
τί λοιπὸν ἢ σφόδρα μὲν ἀλγῆσαι ἐφ' οἷς παρ' ἀξίαν ἀτυχῶ,
συγγνώμην δὲ πρὸς πατρὸς καὶ τῶν διαβολῶν ἕνεκα αἰτεῖν,
ἢ, τό γε δεύτερον, βάσανον καὶ δίκην ἐφ' οἷς ἀδίκως ἐγκαλοῦ-
μαι; ὃ δὴ καὶ διετέλεσα ποιῶν, εἰς ἑξηκοστὴν τήνδε ἡμέραν
ἢ καὶ μᾶλλον ὑπαίθριος ταλαιπωρῶν μετὰ τουτωνὶ πάντων
ὧν ἄγω, ἐν ὥρᾳ μάλιστα χειμῶνος, καθάπερ δὴ ἴστε καὶ αὐ-
τοί. ἦν μὲν οὖν κράτιστον, ἐπὶ βασιλέως αὐτοῦ, παρόντος καὶ
πατριάρχου καὶ τοῦ κοινοῦ τῶν Ῥωμαίων παντὸς, ποιεῖσθαι
C τὰς ἀπολογίας, ἵν' ἢ διαφυγὼν τὰς αἰτίας, πᾶσι καταστήσω
ἐμφανὲς, ὡς βιαιότατα καὶ ἄδικα ὑπὸ τῶν συκοφαντούντων
ὑπομένω, ἢ ἁλοὺς ταῖς ἁπάντων ψήφοις ἀδικῶν, μηκέτι δύ-
νωμαι πρὸς ἀναβολὰς χωρεῖν μηδ' ἔφεσιν ζητεῖν, ὡς ἢ πρὸς
χάριν ἢ πρὸς φιλονεικίαν ὑπὸ τῶν δικασάντων καταψηφι-
σθεὶς, ἀλλὰ τὴν ἀξίαν δίκην δῶ. ἐπειδὴ δὲ οὕτω δεῖν εἶναι
κέκρικεν ὁ βασιλεὺς, χάριτας μὲν πολλὰς ὁμολογῶ τῷ πάντων
βασιλεύοντι θεῷ, ὅτι καιρὸν παρέσχεν ἀπολογίας, οὐχ ἧττον
δὲ βασιλεῖ τε καὶ πατριάρχῃ, τῷ μὲν πείσαντι τὴν ἐξέτασιν,
τῷ δὲ πεισθέντι· καὶ ὑμῖν τοῖς ἀφιγμένοις ἕνεκα τῶν πό-
D νων. δέομαι δὲ ὑμῶν, μὴ ὡς βασιλεῖ μοι προσέχειν ἐπὶ τῆς

quia haec secus, quam dignum fuit, evenerunt, quaeque fecimus ex animo avi penitus effluxerunt; quorum autem industria in eo consumitur, ut alterum nostrum apud alterum in invidiam vocando communi Romanorum felicitati perniciem struant, eorum mendaciis prorsus irretitus est; quid relinquebatur, nisi ut vel angori me dederem, in miseriam immerito meo praecipitatus, veniamque a patre, quamquam meris calumniis oppugnatus, peterem? aut certe propter ea, quae mihi falso affinguntur, examen ac iudicium? Quod etiam feci, iam plus sexagesimum diem sub dio cum his omnibus, quos duco, hibernis mensibus incommoda perferens, quod nec vos nescitis. Fuisset optimum, imperatore, patriarcha totoque Romano populo praesentibus, defensionem peragere, ut vel absolutus declararem omnibus, me ab istis sycophantis indignissime violari; vel sceleris omnium calculis condemnatus, non ultra ampliationem quaererem neque provocarem, quasi a iudicibus aut ad gratiam aut ex aemulatione damnatus, sed quas commeruissem poenas sustinerem. Sed quia sic placitum imperatori, magnas universorum imperatori Deo, qui defensioni meae hanc opportunitatem obtulit, nec minus ipsi avo et patriarchae gratias ago: huic, quod auctor fuit, ut res in inquisitione poneretur; illi, quod sibi id passus est persuaderi: vobis item, qui huc iter suscepistis, de labore vestro. Velim autem rogatos, ne in hoc iudicio mihi

δίκης ταυτησί, μηδέ τι ὧν ἂν καταγνώσησθε διὰ τὸ ἀξίωμα A. C. 1327
συγχωρεῖν, ἀλλ' ἀπαραιτήτως ἐφ' οἷς ἂν οἴησθε καταψηφί-
ζεσθαι ἀδικεῖν. ἂν μέντοι μεταξὺ ἀπολογούμενος ἀνάγκῃ γε
(οὐ γὰρ ἑκοντὶ πρὸς τοιούτους ἄν ποτε ἦλθον λόγους) τὸν
βασιλέα καὶ πάππον τὸν ἐμὸν ἀποφαίνω ἀδικοῦντα καὶ ἐπι-
ορκοῦντα, μήτ' ἐμοὶ λογίζεσθαι ἀλλ' αὐτῇ τῇ τοῦ πράγματος
δέομαι φύσει τοὺς λόγους μήτ' αὐτοὺς ψῆφον ἐξάγειν, ἀλλ'
ἐμοὶ μὲν κριτὰς καθῆσθαι, ἐκείνῳ δὲ ἀκροατὰς καὶ μόνον.
ἐπεὶ δέ με ἐκελεύσατε ἀπολογεῖσθαι, ἀναγκαῖον τοὺς κατηγο-
ροῦντας πρῶτον τὰ ἐγκλήματα εἰς μέσον ἄγειν, ὡς ἂν ἐφε- P. 142
ξῆς αὐτὸς ποιῶμαι τὰς ἀπολογίας." Βασιλεὺς μὲν οὖν τοι-
αῦτα εἶπεν· οἱ δικασταὶ δὲ ἐπαινέσαντες τοὺς λόγους, τὰ ἐγ-
κλήματα ἐκέλευον τοὺς ἐπιτετραμμένους εἰς μέσον ἄγειν. καὶ
παρελθόντες εἰς μέσους ὅ, τε δικαιοφύλαξ καὶ ὁ τῶν Μο-
γλαίνων ἐπίσκοπος, διεξῄεσαν πάντα καθ' ἕν. ἀπολογουμένου
δὲ βασιλέως, βέβαιον μὲν οὐδὲν ἐδόκουν ἔχειν, οὐδ' ἀπόδει- V. 114
ξιν ἐναργῆ οὔτ' ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων, οὔτε μὴν ἐκ μαρ-
τυρίας τινός· ἐδόκουν δὲ ἐξ ὑποψίας μᾶλλον ἢ ἀληθείας συνει- B
λέχθαι. τελευταῖον δὲ τόδε εἶπον· „ἐν τοῖς ὅρκοις τοῖς ἐπὶ τῇ
εἰρήνῃ γεγραμμένοις γέγραπται καὶ τοῦτο, τὸ τὸν μὲν βασιλέα
τὸν πάππον τὸν σὸν τὴν διοίκησιν πᾶσαν ἔχειν καὶ ἡγεμονίαν
τῆς ἀρχῆς, σὲ δὲ ὑπ' αὐτὸν τελεῖν καὶ τὰ προσταττόμενα ἐκ-
πληροῦν· τὸν δὲ παρὰ ταῦτα ποιοῦντα, ἐπίορκον καὶ ἄδικον
εἶναι. σὺ δὲ, μήτ' ἐπιτρέψαντος μήτε μὴν εἰδότος βασιλέως,

tamquam imperatori assentiamini, neve aliquid eorum, quae damnanda senseritis, propter dignitatis amplitudinem condonetis, sed ad ignoscendum inexorabiles sitis. Si tamen interim dum me defendo, avum meum iniquum et periurum ostendero, quod nonnisi necessario faciam, (nunquam enim volens aliquid tale dicerem,) ne eam orationem mihi, sed conditioni huius negotii adtribuendam putetis, neve ex illa decernatis, verum mihi iudices, illi tantummodo auditores sedeatis. Et quia me respondere iussistis, res postulat, ut accusatores crimina prius in medium adducant, quo ad singula ordine respondeam. Hactenus imperator. Iudices dicta probaverunt, mandaveruntque Niphoni et Clidae, accusationis capita sibi a seniore tradita depromerent. Illi prodeuntes in medium sigillatim omnia percensuerunt. Ad quae cum respondisset imperator, infirma, incerta, non ex rebus ipsis deducta, nullo teste nitentia, sed ex inani potius suspicione, quam ex vero collecta, apparuerunt omnia. Ad extremum hoc allatum est, in iureiurando, quo pax sancita sit, hoc etiam scriptum fuisse, penes avum imperatorem esse debere totum imperium et rectionem eius, ipsum ei subiici et eius iussa facessere oportere: qui contra fecerit, periurum ac iniustum fore. Tu autem, inquiunt, neque id tibi committente neque sciente

A.C. 1327 ἀπὸ τῶν τοὺς δημοσίους πραττόντων φόρους ἀφείλου βίᾳ χιλιάδας τέτταρας χρυσίου." „ὅτι μὲν τὰ χρήματα ἀφειλό- C μην, οὐδ' αὐτὸς ἂν ἀρνηθείην" εἶπεν ὁ βασιλεὺς, οὐκ ἐπιωρκηκέναι δὲ, οὐδ' ἀναίσχυντος καὶ καταφρονητὴς διὰ τοῦτο δίκαιος κρίνεσθαι βασιλέως. „αἰνίγματι λέγεις ὅμοιον" οἱ δικάζοντες εἶπον „εἰ μηδὲν πράττειν ἐπὶ τῶν ὅρκων παρὰ γνώμην βασιλέως γεγραμμένου, αὐτὸς τὰ χρήματα βασιλέως ἄκοντος λαβὼν, μηδὲ τοὺς ὅρκους παραβεβηκέναι φαίης. ἢ γὰρ οὐ γέγραπται, τὴν διοίκησιν πᾶσαν τῶν πραγμάτων βασιλέα ἔχειν, σέ τε μηδὲν παρὰ γνώμην ποιεῖν ἐκείνου, ἢ, τούτου δοθέντος, οὐκ ἂν διαφύγοις τὸ ἐπιορκεῖν, ἄκοντος βασιλέως τὰ χρήματα εἰληφέναι ὁμολογῶν." Ξανθόπουλος δὲ τῶν ἐκ Βυζαντίου ἀφιγμένων εἷς „οὐ δίκαιον" εἶπε „καταψηφίζεσθαι, πρὶν ἂν ὁ βασιλεὺς περὶ τῶν κατηγορουμένων λόγον δῷ· τότε γὰρ, εἰ D δικαιοῦν ἢ καταψηφίζεσθαι ἐκ τῶν λεγομένων δέοι, γνοίημεν ἄν. συνθεμένων δὲ καὶ τῶν ἄλλων, ὁ βασιλεὺς ἀπελογεῖτο τοιαῦτα·

μή. „Καὶ δίκαιον εἶναι νομίζω καὶ κατὰ γνώμην ἦν ἂν ἐμοὶ, εἰ τὰ πραττόμενα βασιλεὺς μετὰ τῆς προσηκούσης ἐξήταζεν ἀκριβείας· ἢ γὰρ ἂν οὐκ ἂν ἐμὲ νῦν ἀναιδείας καὶ P. 143 ἀφοβίας καὶ, τὸ μέγιστον, ἐδίωκεν ἐπιορκίας. τὸ μὲν γὰρ μὴ προκατειλῆφθαι τὸν δικαστὴν τὴν γνώμην, ἐξάγειν μάλιστα ὀρθὰς ποιεῖ τὰς κρίσεις· ὃ δὲ μὴ τοῦτον τὸν τρόπον, σφάλλεσθαι ὡς τὰ πολλὰ ἀνάγκη. ἐὰν γὰρ τάς τε κατὰ τοὺς προτέ-

15. *γνοίη μὲν ἂν* legebatur.

avo, a quaestoribus per vim abstulisti quatuor aureorum millia. Ad hoc ille: Abstulisse me pecuniam confitebor; at idcirco me vere affinem esse periurii aut impudentiae, aut avum despexisse, id pernego. Rursum iudices: Quasi aenigmata loqueris, si, cum scriptum sit, ne tu quid praeter voluntatem avi perpetres, ipse eo invito pecuniam avertas, et nihilo minus te iusiurandum haud transgressum praedices. Aut enim scriptum non est, ut avus plenam rerum omnium administrationem habeat, et tu nihil eo nolente audeas: aut, hoc dato, nondum periurii crimen effugisti, cum avo ignorante pecuniam te intervertisse confiteare. Hic Xanthopulus, qui cum ceteris Byzantio venerat, sibi haud aequum videri reum damnare, antequam ad accusationem respondisset: tunc enim cognosci posse, albo an atro lapillo dignus esset. Reliquis assentientibus, imperator nepos apologiae suae hoc habuit exordium:

48. Si imperator avus, quod iustitia requirit et ego maxime vellem, convenienti accuratione acta examinaret, non me nunc impudentiae et audaciae, quodque minime tolerandum, periurii reum faceret. Nam iudex tum demum vere et incorrupte iudicat, cum eius mentem non obsidet anticipata opinio: alioqui plurimum falli necesse est. Itaque si causas foederis prioribus bellis componendi

ρους πολέμους αἰτίας γεγενημένας, δι' ἃς αἵ τε ξυνθῆκαι προὐ- A.C. 1327
χώρησαν καὶ οἱ ὅρκοι, ὅθεν τε κἀκ τίνος συνεώρα, καὶ τὴν
ἐμὴν πρὸς τὴν τοῦ πολέμου κατάλυσιν ἐπιμέλειαν καὶ σπου-
δὴν καὶ προθυμίαν, ἔτι τε ἣν ἐνεδειξάμην ἐν τῷ παρασχόντι
παντὶ κηδεμονίαν καὶ εὐπείθειαν καὶ στοργὴν πρὸς αὐτὸν, οὐκ B
ἂν νῦν τοιαῦτα ἔφευγον ἐγὼ, ἀλλὰ τῶν τε παρόντων ἂν αὐτὸς
ἐγὼ καὶ τῶν προσδοκωμένων οἱ Ῥωμαῖοι κακῶν ἦμεν ἀπηλ-
λαγμένοι, βασιλεύς τε αὐτὸς θορύβου τε παντὸς ἔξω καὶ τῆς
ἀπὸ τοῦ ἑκοντὶ Ῥωμαίοις ἐπὶ φθορᾷ δοκεῖν τὸν πόλεμον ἐπά-
γειν δυσκλείας γινομένης. νυνὶ δὲ, ὡς ἔοικεν, ἐκείνων ἁπάν-
των ἐπιλελησμένος, ἃ ὑμεῖς πάντες ἀκηκόατε κατηγόρηκέ μου V. 115
πολλὰ καὶ δεινά. ἐγὼ δὲ, καίτοι δεινῶν ὄντων τῶν ἄλλων ἁπάν-
των, ἠνεσχόμην ἂν σιγῇ αἰδοῖ τε τῇ πρὸς βασιλέα καὶ τῷ, μὴ
τῆς ἀπολογίας ἕνεκα τῶν μέμψιν τινὰ αὐτῷ οἰσόντων εἰπεῖν
εἰς ἀνάγκην τι ἐλθεῖν· τὸ δὲ ἐπιορκίαν ἐμαυτῷ προστρίψασθαι, C
ἐνὸν ἀσφαλῶς καὶ μετὰ πολλοῦ τοῦ περιόντος τὴν δίκην δια-
φυγεῖν, οὐθ' ὅσιον ἥγημαι οὔτ' ἀνεκτόν. διὸ καὶ πειράσομαι
ἐμαυτὸν ὡς οἷόν τε τάς τε σπονδὰς καὶ τοὺς ὅρκους ἀκεραί-
ους ἄχρι νῦν μάλιστα διατετηρηκότα ἀποδεῖξαι· ἂν δ' ἐκεῖνον
διὰ τούτων ἀποφαίνω καὶ τοὺς ὅρκους λελυκότα καὶ τὰς σπον-
δὰς, μηδεμίαν ἐμοῦ καταγινώσκειν ἰταμότητα μήτε προπέ-
τειαν ἀξιῶ, ἀλλὰ τῇ τοῦ πράγματος λογίζεσθαι ἀνάγκῃ τὴν
κατηγορίαν. πρῶτον μὲν οὖν ἐκεῖνο ἂν εἴποιμι, ὡς τοὺς ἐπὶ
ταῖς συνθήκαις ὅρκους οὐκ αὐτὸς ὀμώμοκα μόνος, ἀλλὰ
καὶ βασιλεὺς, καὶ τὴν αὐτὴν ἀνάγκην ἑκατέροις ἀπαραβά-

13. τῷ corr. pro τοῦ.

iureiurandoque stabiliendi considerasset, unde et a quo ortae sint, et meam in bello tollendo sedulitatem, contentionem, alacritatemque perpendisset; praeterea quam antehac semper ostendi erga eum sollicitudinem, obsequelam et amorem respexisset, non ego talium criminum modo accusarer, essemque ipse praesentibus, Romani futuris aerumnis liberi, imperator extra omnem tumultum viveret, nec infamia conflagraret, cum bellum ad perniciem Romanorum sciens volensque introducere videatur. Nunc horum oblitus omnium, complurium nec levium me arcessit, ut ipsimet audistis. Ego vero quamvis gravia sint omnia, tamen continerem me, tum ob reverentiam erga regem, tum ne in defensione mea edere cogerer aliquid, quod ei vituperationem afferret. At periurii notam mihimet inurere tacendo, cum abunde possim absolvi, nec fas, nec tolerabile duco. Quod si dum me insontem doceo, ipsum contra egisse probavero, ne id temeritati, neve linguae incontinentiae, sed rei ipsius necessitati ut adscribatis, a vobis peto. Hoc itaque primum dico, non me solum, sed illum quoque in foedus iuravisse, eandemque ambobus eius sancte servandi necessitatem impositam: et alterum, si in foedifra-

A. C. 1327 τους τηρεῖν εἶναι· ἂν δὲ ἐξ ἑνὸς παραβαθῶσι, μηκέτι τὸν ἕτε-
D ρον, ἂν ἀμύνηται, ἐνέχεσθαι ταῖς αἰτίαις. ὃ δὴ καὶ βασιλεὺς αὐτὸς ἐδίκασε καλῶς φθάσας. λελυκότος γὰρ ἐμοῦ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς σπονδὰς, οὐδεμιᾷ φησιν αὐτὸς ἐνέχεσθαι αἰτίᾳ, ἄν τι βλάπτῃ ἀμυνόμενος. καὶ ὑμεῖς δὲ, ὑπολαμβάνω, τὸ αὐτὸ συμφαίητε ὀρθῶς ἂν· ἔγωγε εἴποιμι καὶ δικαίως. πάνυ δὲ ἡδέως ἐδεξάμην, ὅτι καὶ Κωκαλᾶς ὁ μέγας λογαριαστὴς συμπάρεστιν ὑμῖν. συμβαλεῖται γὰρ ἐμοὶ πρὸς τὴν ἀπολογίαν οὐ μικρά τινα ἐπὶ μαρτυρίαν, ἀχθησόμενος ὧν μέλλω λέγειν· καίτοι γε αὐτὸς κηδεστὴς ὢν πρωτοβεστιαρίου τοῦ θείου τοῦ ἐμοῦ, ὅ,τι τε κατηγοροῦμαι καὶ ὁποίας ποιήσομαι τὰς ἀπολογίας παρεγένετο ἀκοῦσαι, ὡς ἂν εἰδέναι ἔχῃ πρὸς τὸν κηδεστὴν γράφων ἀπαγγέλλειν τἀληθές. ἐγὼ δὲ τὸ καὶ αὐτὸν
P. 144 παρεῖναι μάλιστα ἀπεδεξάμην. σκέψασθε τοίνυν ὁπότερος πρότερος παραβέβηκε τοὺς ὅρκους. παρέξομαι δὲ οὐ λόγους εὐπρεπεῖς πρὸς τὴν ἀπολογίαν, οὐδὲ μάρτυρας ἀνθρώπους διεφθαρμένους, οἷς ἄν τινι καὶ ἀπιστεῖν καὶ παραγράφεσθαι ἐξεῖναι, ἀλλ' αὐτὰ τὰ βασιλέως γράμματα μαρτυρήσειεν ἐκ πολλοῦ καὶ μετ' ἐπιμελείας καὶ φροντίδος τὸν πρὸς ἐμὲ πόλεμον κεκινηκώς. καὶ πρῶτον ἀναγνωσθήτω ἡμῖν τὸ τοῦ βασιλέως πρόσταγμα, ὃ πρωτοβεστιαρίῳ ἀπέστειλε τῷ ἐμῷ θείῳ, Ἰουλίῳ μηνὶ τῆς δεκάτης ἰνδικτιῶνος, ἔχον ἐπὶ λέξεως οὑτωσί·
B „περιπόθητε ἀνεψιὲ τῆς βασιλείας μου πρωτοβεστιάριε κύριε Ἀνδρόνικε Παλαιολόγε. ἡ ἀναφορὰ, ἣν ἀνέφερες τῇ βασιλείᾳ

8. ὑμῖν corr. ex Intpr. pro ἡμῖν. 9. Lege μικράν τινα ἐπιμαρτ.
20. κεκινηκότα coni. ED. P. ὑμῖν ms. Intpr. *recita patribus*.

gum vindicarit, nullo scelere astringi: id quod etiam ipsemet imperator pro bono approbavit. Etenim si ego foedus violassem, et is de me perfidiae poenas sumeret, nulli ob id culpae obnoxius haberi voluit. Et idem mihi nunc contendenti recte ac merito vos quoque, ut arbitror, assentiemini. Periucundum porro mihi accidit, una vobiscum et Cocalam magnum logariasten venisse: qui tametsi protovestiarii proamitini mei socer sit, non parvam defensioni meae fidem conciliabit, cum moleste feret quae sum dicturus. Et quia accusationi responsionique meae interest, poterit genero quod res est integre perscribere. Quod utinam protovestiarius quoque ipse afforet. Dispicite igitur, uter nostrum prius religionem foederis exuerit. Utar autem non fucata oratione ad me tuendum, nec testes producam corruptos, quibus fidem negare et quos summovere fas sit, sed ipsas avi litteras, quae luculento erunt testimonio, illum iampridem bellum contra me studiose diligenterque meditatum esse. Primum recitetur a nobis ad verbum, quod mense Iulio, Indictione decima, mandatum ad protovestiarium misit: Desideratissime nostrae maiestati, mi nepos, domine Andronice Palaeologe protovestiarie; quam

μου, ἀπεσώθη καὶ ἐξ αὐτῆς ἐγνώρισα ὅσον ἔγραψες καὶ ἀνέ- A.C. 1327
φερες. ἀπεδεξάμην γοῦν πολλὰ τὴν σπουδὴν καὶ ἐπιμέλειαν
καὶ τὸν εἰς τοῦτο ἀγῶνά σου· καὶ πάλιν εἰς τὸ ἔμπροσθεν ἐπι-
μελήθητι ἵνα τελεσθῇ. καλὰ γὰρ γινώσκεις, ὅτι οὐ δι' ἄλλο τι
ἀπεστάλης εἰς τὸ αὐτόθι κεφαλατίκιον παρ' ὃ διὰ τὴν δου-
λείαν αὐτήν. ἐπεὶ γοῦν καὶ πρὸ τῆς σῆς ἀναφορᾶς ἀπέστει-
λε καὶ ὁ Κράλης ἀποκρισιάριον αὐτοῦ ἐνταῦθα, καὶ ἐδήλωσε
πρὸς τὴν βασιλείαν μου, ὅπως ἤδη κατεστάθη μετὰ σοῦ, καὶ
εὑρίσκεται ἕτοιμος, ἵνα κατὰ πᾶσαν τὴν αὐτοῦ δύναμιν βοη- C
θήσῃ ἡμῖν, μὴ μόνον μετὰ τοῦ φωσάτου αὐτοῦ, ἀλλὰ καὶ αὐ-
τὸς παρών, πάλιν ἐπιστώθη τοῦτο ἡ βασιλεία μου ἔτι πλέον
ἀπὸ τῆς σῆς ἀναφορᾶς. ποίει γοῦν τὴν δουλείαν σου μετὰ
πολλῆς συντομίας, ὅτι καὶ ἡ βασιλεία μου ἐπιμελῶς πράττει,
καὶ πρόσεξαι μή πως προλάβωμεν ἡμεῖς ὑμᾶς." τοῦτο μὲν δὴ
τοιοῦτον. ἐγὼ δὲ καὶ δευτέραν παρέξομαι μαρτυρίαν, πρὸς τὸν
αὐτὸν πρόσταγμα βασιλέως, Σεπτεμβρίῳ γραφὲν ἑνδεκάτης ἰν-
δικτιῶνος· „περιπόθητε ἀνεψιὲ τῆς βασιλείας μου πρωτοβε-
στιάριε κύριε Ἀνδρόνικε Παλαιολόγε· οἶδας ὅσον διωρίσατο
πρός σε ἡ βασιλεία μου περὶ τῶν δουλειῶν ὧν ἀνετέθης, καὶ V. 116
ὅτι δέον σε σπουδάσαι, μή πως προλάβῃ ὑμᾶς ἡ βασιλεία D
μου· καὶ ἰδού, ὡς βλέπω, οὕτω μέλλει γίνεσθαι. ἐγὼ γὰρ ἄλ-
λο οὐδὲν ἐκδέχομαι ἢ ἀπὸ τῶν αὐτόθι μήνυμα. ποῦ γοῦν
ἐστιν ἡ ἐπιμέλειά σου; ποῦ ἐστιν ἡ σὴ ὑπόσχεσις; ἀπὸ γὰρ
τοῦ Ἰουλίου μηνὸς οὐδὲν ἐγνώρισά τι ἀκριβῶς ἀπὸ τῶν αὐ-

ad nos misisti relationem, tuto pervenit: ex qua quae voluisti, cognovimus omnia, tuumque in hoc studium, diligentiam contentionemque vehementer probavimus. Rursum cura sedulo, ut perficiatur. Probe enim intelligis, non alia de causa illuc ad gerendam praefecturam te missum esse, quam ut huic rei inservires. Quoniam igitur et ante relationem tuam Crales legatum suum huc misit, nostraeque maiestati significavit, quo sitis iam inter vos animo, et ad nos omni qua valet potentia adiuvandos paratus est, non fossato tantum, sed sua quoque praesentia, ex relatione tua denuo maior rei fides nobis facta est. Praesta igitur officium tuum quam citissime: nam nec nos operae parcemus: et cave, ne forte a nobis antevertamini. Et hoc quidem huiusmodi. Exhibebo et alterum mandatum loco testimonii, scriptum ad eundem mense Septembri, Indictione undecima: Desideratissime maiestati nostrae cognate, mi Andronice Palaeologe protovestiarie; meministi, quid ad te scribentes statuerimus de negotio administrando, et quomodo monuerimus, dares operam sedulo, ne posses a nobis anteverti. Et ecce ita futurum est, ut video. Ego enim aliud non exspecto, quam ab iis, qui illic sunt, signum aliquod. Ubi diligentia tua? ubi promissa? A mense enim Iulio nihil expresse cognovimus ab iis, qui ibi versan-

A. C. 1327 *τόθι, ἀλλ' ἢ μόνον ἀπὸ τῆς φήμης, καὶ ἂς γνωρίσω κατὰ πᾶσαν συντομίαν, ὅτι, ὡς ἀνωτέρω εἴρηται, οὐδὲν ἄλλο ἐκδεχόμεθα, ἢ τὸ μήνυμα ὑμῶν." καὶ Κωκαλᾶς δὲ οὑτοσὶ πρωτοβεστιαρίῳ τῷ γαμβρῷ γράφων, ἀμέλειαν αὐτοῦ πολλὴν καὶ ῥᾳθυμίαν καταγινώσκει, καὶ ὡς μὴ τὰς ἐπαγγελίας ἐκπληροῦντι ἐπιπλήττει, ὡς λυπουμένου μὲν βασιλέως διὰ ταῦτα, αἰσχυνομένου δὲ αὐτοῦ, ὃς ἐπηγγείλατο μετὰ πάσης ἐπιμελείας αὐτὸν καὶ ταχυτῆτος πληρώσειν τὰ ἐπηγγελμένα. ἵνα δὲ*
P. 145 *διὰ τὸ μὴ καθαρῶς τὰ ἀναγνωσθέντα προστάγματα γράφειν περὶ ἐμοῦ, περί τινων ἄλλων τισὶ δόξωσι γεγράφθαι, ἕτερον παρέξομαι, τά τε πρότερα ὡς περὶ ἐμοῦ εἴησαν γεγραμμένα βεβαιοῦν, καὶ τὸν πρὸς ἐμὲ πόλεμον κηρύττον ἐμφανῶς, γραφὲν Ὀκτωβρίῳ τῆς ἑνδεκάτης ἰνδικτιῶνος· „περιπόθητε ἀνεψιὲ τῆς βασιλείας μου πρωτοβεστιάριε κύριε Ἀνδρόνικε Παλαιολόγε· αἱ ἀναφοραὶ ὑμῶν πάντων διεκομίσθησαν εἰς τὴν βασιλείαν μου καὶ ὑπανεγνώσθησαν, καὶ ὑπεραπεδεξάμην πάντας ὑμᾶς περὶ πάντων ὧν ἀναφέρετε. ἀπελογήσατο καὶ διωρίσατο καὶ ἡ βασιλεία μου κατὰ μέρος πρὸς πάντας ὑμᾶς*
B *μετὰ τοῦ κατέργου, μᾶλλον δὲ μετὰ τοῦ περιποθήτου ἀνεψιοῦ τῆς βασιλείας μου τοῦ Ἀσάνη κυρίου Μιχαὴλ τοῦ ἐξαδελφοῦ σου· καὶ ἐξ ἐκείνου μέλλετε γνωρίσειν εἷς ἕκαστος ἀφ'*

1. Quamquam istud *ἂς* sit Graecum, si modo integer Hesychius, sitque haec particula in Graeco vulgari; nil, tamen integri sensus facit. Interpres autem legisse videtur *καὶ σοὶ γνωρίζω κατὰ πᾶσαν* etc. *ED. P.* 9. Ante *διὰ* excidit *μὴ*. 19. Intpr. *Calergum;* Calergorum familia Cretensis fuit. *ED. P.* Unice verum est, quod praebet ms. P. *κατέργου*, sed ita accipiendum, ut triremis (v. Ducang. Gloss. Gr. s. v.) hoc nomine significetur, non legatus, quod perperam ED. P. existimavit. *μᾶλλον δὴ* legebatur.

tur, nisi e fama tantum. Et tibi quam brevissime indicamus, nos, ut supra diximus, non aliud, quam signum a vobis exspectare. Et Cocalas hic protovestiario genero suo scribens, eum de magna negligentia et inertia accusat, deque promissis non servatis reprehendit; aitque imperatorem ex eo tristitiam cepisse, et se erubescere, quia pollicitus sit, ipsum quam studiosissime celerrimeque promissa confecturum. Ne autem quae recitatae sunt litterae, quia obscuriores sunt, ad alios quosdam pertinere videantur, alias afferam, unde et superiores illas de me conscriptas, et bellum contra me promulgatum fuisse constabit. Datae sunt mense Octobri, Indictione undecima: Desideratissime maiestati nostrae, mi nepos, domine Andronice Palaeologe protovestiarie; relationes omnium vestrum ad nos perlatae sunt ac perlectae, gratissimumque nobis factum est a singulis secundum omnia, quae retulistis. Responsa et mandata nostra separatim omnibus perferet triremis, seu potius amantissimus cognatus noster dominus Michael Asanes, consobrinus tuus. Ex eo quis-

ὑμῶν πλατυκώτερον τὸν ὁρισμὸν τῆς βασιλείας μου. μήπως A.C. 1327
δὲ, γενομένης τινὸς ἀργίας παρὰ τῆς θαλάσσης εἰς τὸ κάτερ-
γον, ἀγνοῆτε τὸν καθόλου ὁρισμὸν τῆς βασιλείας μου, ἰδοὺ καὶ
διὰ ξηρᾶς διορίζεται καὶ δηλοποιεῖ ὑμῖν ἡ βασιλεία μου, ὅτι
τόσοι καὶ τοιοῦτοι εὑρίσκεσθε αὐτόθι, ὅτι εἴπερ εἷς καὶ μόνος
ὑμῶν ἦν εἰς τὰ αὐτόθι μέρη, ἀρκετὸς ἔμελλεν εἶναι εἰς τὴν
τοῦ ἐγγόνου μου μάχην· πόσῳ μᾶλλον ὅτι εὑρίσκεσθε τοσοῦ-
τοι καὶ τοιοῦτοι, οἷοι εὑρίσκεσθε; λόγος οὐδείς. καὶ ἀπὸ τοῦ C
νῦν λύω τὸν πάρδον μου τὸν δεδεμένον, καὶ ποιεῖτε ἣ ἂν ὑμῖν
ἡ σύνεσις ὑφηγῆται, ὅτι καὶ ἐγὼ ἤδη ὁρμῶ." τοιαῦτα μὲν
βασιλεὺς ἐπέταττε τῷ ἀνεψιῷ οὐδὲν ἔχων ἐγκαλεῖν ἐμοὶ, ἀλλ'
αὐτὸς πρῶτος λύων τὰς σπονδὰς καὶ τοὺς ὅρκους. ἵνα δὲ εἰ-
δῆτε, ὅτι καὶ πολλοῖς ἐχρῆτο συνεργοῖς πρὸς τὸν πόλεμον τὸν
κατ' ἐμοῦ καὶ ἐκ πολλοῦ τοῦ χρόνου παρεσκευάζετο πρὸς αὐ-
τὸν, καὶ ἑτέραν παρέξομαι γραφὴν τοῦ Κωκαλᾶ τουτουῒ πρὸς
τὸν γαμβρὸν πρωτοβεστιάριον ἀπεσταλμένην ἔχουσαν οὑτωσί·
„πρῶτον μὲν ἐβαρύνετο καθ' ὑμῶν ὁ αὐθέντης ἡμῶν ὁ βασι-
λεὺς, μᾶλλον δὲ κατὰ σοῦ, πῶς οὐδὲν γράφετε καὶ ἀναφέρετε
τί ποιεῖτε καὶ πῶς πράττετε· τὰ νῦν δὲ ἀπεδέξατο μὲν ὅτι D
ἐγράψατε, ἐμέμψατο δὲ ὑμῖν ὅπως οὕτως ἀπερισκέπτως ἐπέμ-
ψατε τὰς ἀναφορὰς ὑμῶν, καὶ εἴπερ συνέβαινεν ἐμπεσεῖν εἰς
τὰς χεῖρας τοῦ ἐγγόνου τοῦ βασιλέως, ὁμολογουμένως γνωσθῆ-
ναι ἔμελλεν, ὅτι πρὸ καιροῦ καὶ μετὰ μεμεριμνημένου σκοποῦ

2. Locus intricatior et, ut videtur, corruptus. *ED. P.* Immo sana et perspicua sunt omnia, dum de navi intelligas, quam mala tempestas moratur.

que vestrum latius cognoscet, quid maiestas nostra statuerit. Ne autem, si forte navigatio mala tempestate impedita esset, ignoretis quid generatim censuerimus, en pedestri quoque nuntio significamus, tot et tales vestrarum partium hic inveniri, ut si vel unus dumtaxat vestrum ibidem viseretur, sufficere posset ad proelium cum nepote nostro ineundum: quanto magis, cum tam multi, tam pugnaces inveniamini; nihili prorsus res est momenti. Et nunc pardum nostrum e catenis emittimus. Vos quod prudentia hortabitur facitote: nos iam erumpimus. Haec mandavit avus sororis suae filio, nihil habens, in quo me accusaret: sed prior ipse a sacramento foederis desciscens. Ut porro videatis, eum administris usum pluribus ad bellum adversum me adornandum, et iampridem se ad idem comparasse, alia proferetur adhuc epistola, nempe Cocalae huius ad protovestiarium generum data: Primum iratus erat vobis dominus noster imperator, vel potius tibi, quod nihil litterarum mittitis, nec refertis, quid agatis et quo in statu versemini. Nunc quoniam scripsistis, laudat factum: reprehendit tamen, quod ita improvide relationes vestras miseritis. Nam si eae in manus nepotis forte inci-

A.C. 1327 ἐκινήθη ἡ παροῦσα μάχη. ὅπερ οὐ γέγονε καλῶς· ἀλλὰ ὥσπερ
κατὰ τὸ παρὸν ἡμεῖς τὸ πρόσταγμα καὶ τὴν παροῦσαν γραφὴν
ἐβάλομεν ἐντὸς πούκλου, (καὶ τίς δύναται ἐνθυμηθῆναι, ὅτι
ἐστί τι ἐντὸς τοῦ πούκλου;) οὕτως ποιεῖτε καὶ ὑμεῖς· καὶ ἀπὸ
V. 117 τοῦ νῦν ἄρξασθε, ὅτι, καθὼς καὶ ἀπὸ τοῦ προστάγματος μέλ-
λεις μαθεῖν, ἰδοὺ καὶ ὁ βασιλεὺς ἄρχεται. ὅμως δοκεῖ μοι, ὅτι
P. 146 πρὸ τοῦ ἀκοῦσαι τὴν ἀρχὴν μέλλετε ἰδεῖν τὸ τέλος. πάντες γὰρ
οἱ μετὰ τοῦ ἐγγόνου τοῦ βασιλέως εὑρισκόμενοι ἄρχοντες καὶ
τὰ ἀρχοντόπουλα, κατεστάθησαν ὑπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ τὰς
αὐτοῦ εὐεργεσίας ἔχουσι διά τε οἰκονομιῶν διά τε χρυσοβούλ-
λων· καὶ πάντες εἰσὶν ἕτοιμοι καὶ ἐκδέχονται ὁρισμὸν τοῦ
αὐθέντου ἡμῶν τοῦ βασιλέως τοῦ ἁγίου, ἵνα ἐάνπερ ὁρίσῃ αὐ-
τοῖς, φέρωσι τὸν ἔγγονον αὐτοῦ δεδεμένον εἰς τὰς χεῖρας· καὶ
ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ νῦν ἐπιμελήθητι καὶ σὺ, ἵνα δείξῃς ἔργον τῆς
γνώσεως καὶ τῆς πείρας, ἧς ἔχεις πρὸς τὸ πράττειν." ἐκ τού-
των μὲν οὖν ἁπάντων, ὁπότερος λέλυκε τοὺς ὅρκους αὐτοὶ
κρινεῖτε. ὥστ' εἰ καὶ αὐτὸς μετὰ τὴν οὕτω περιφανῆ παρά-
B βασιν τῶν ὀμωμοσμένων ἔξω τι εἴργασμαι τῶν συνθηκῶν, οὐ
δίκαιον οὐδὲ λόγον ἔχον ἐπιορκίαν ἐγκαλεῖν. ὥστε εἰ καὶ χρή-
ματα εἴληφα, ὡς αὐτοί φασι, παρὰ τὰς συνθήκας, οὐκ ὀφεί-
λειν δίκην λελυμένων τῶν συνθηκῶν. ἐγὼ δὲ καὶ τούτων χω-
ρὶς εὐορκεῖν ἀποδείξω ἐμαυτὸν τὰ χρήματα εἰληφώς. ἐν τοῖς

3. Intpr. coni. κούκλου, Ducangius in Gloss. Gr. s. v. πούκλου mavult βάκλου, ut epistola in cavo baculo latuerit. 12. αὐτοῖς em. ED. P. pro αὐτούς.

dissent, in confesso est, cognosci potuisse, multo ante et sollicita cura hoc bellum inchoatum fuisse. Haud recte vos quidem: sed quemadmodum in praesenti nos mandatum, et epistolam in puclum coniecimus, in quo inesse quippiam quis cogitaret? sic vos facite, et iam nunc incipite. Nam ecce et imperator, id quod ex mandato discetis, opus aggreditur. Quamquam, ut mihi videtur, vos prius finem videbitis, quam de principio audietis. Omnes enim qui cum nepote sunt duces et praefecti ab imperatore stant eiusque beneficiis fruuntur partim in administrationibus, partim in bullis aureis: paratique sunt, et quid dominus noster sanctus imperator decernat exspectant, ut quando illi placuerit, nepotem vinctum in manus ei tradant. Tu quoque hinc satage, cognitionisque et experientiae, quam in agendo habes, exemplum aliquod prode. Ex his ergo omnibus, uter foedus transgressus sit, vos eritis iudices. Quod si ipse post iusiurandum adeo palam violatum quippiam contra foedus patravi, non potest merito et cum ratione in periurio numerari. Quare etiamsi pecuniam contra foedus accepi, ut ipsi dictitant, non idcirco poenam rupti foederis debeo. Ego vero et aliter, quamvis pecuniam acceperim, me nihilo minus secundum iusiurandum pactis stare con-

ὅρκοις γὰρ γέγραπται, ὡς ἂν ἐκ τῶν δημοσίων χρημάτων τῶν A.C. 1327 τε τῆς ἐμῆς οἰκίας ἕνεκα ἀναλωμάτων καὶ βασιλίδος τῆς ἐμῆς γυναικὸς, ἔτι δὲ καὶ τῆς μισθοφόρου στρατιᾶς χρήματα ἐμοὶ χορηγεῖσθαι ὅσα γέγραπται ἐν ταῖς συνθήκαις· καὶ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ δι' ὅρκων ἐγγράφων, ὡς πάρεστιν ὁρᾷν ἐκ χρυσοβούλλου βασιλέως τοῦ πρὸς ἐμέ. ἐκ τοίνυν τῶν καιρῶν C ἐκείνων ὅτε ἐγεγένηντο οἱ ὅρκοι ἄχρι καὶ νῦν τέτταρες ἐπ' ἔτεσι τέτταρσι παρῆλθον μῆνες, ἐν οἷς ἐκ τῶν γεγραμμένων ὀφείλονταί μοι λογιζομένῳ πέντε καὶ τριάκοντα χρυσίου μυριάδες. καὶ τοῦτο ἔξεστιν ἀποδεικνύειν ἐναργῶς ἐκ τῶν γραμματείων τῶν εἰς ἀπόδειξιν γινομένων παρὰ τῶν τὰ χρήματα εἰσκομιζόντων, προστάττοντος βασιλέως. τί τοίνυν ἀδικῶ, εἰ τοσούτων ἐμοὶ χρημάτων ὀφειλομένων, ὀλίγα ἄττα εἴληφα ἐκ πολλῶν; ἢ που δίκαιον, βασιλέα μὲν ἐμὲ τοσούτων ἀποστεροῦντα, μήτ' ἀδικεῖν οἴεσθαι, μήτε μὴν ἐπιορκεῖν, ἐμὲ δὲ εἴ τι τῶν ὀφειλομένων πολλοστὸν ἀπείληφα μέρος, εἰς δικαστήρια ἕλκεσθαι καὶ ἐπιορκίαν ἐγκαλεῖσθαι καὶ ἀπελαύνεσθαι καὶ D τὰ ἔσχατα ὑπομένειν; καίτοι, εἴγε τῶν τῆς οἰκίας τῆς ἐμῆς ἕνεκα μόνον ἀποτεταγμένων ἀπεστερούμην, δίκαιον μὲν οὐκ ἂν ἦν, ἐγὼ δὲ ἤνεγκα ἂν σιγῇ, αἰδοῖ τε τῇ πρὸς βασιλέα καὶ τῷ νομίζειν τὰ παρὰ πατρὸς ἐπαγόμενα ἀλγεινὰ, ὁποῖ' ἄττα ἂν ᾖ, δίκαιον εἶναι τὸν παῖδα φέρειν καὶ μήτε ἐγκαλεῖν, μήτε θορυβεῖσθαι, ἀλλὰ δεῖσθαι μόνον ἠπιώτερον ἐμοὶ καὶ ἥμερον ἐπιβλέψαι τὸν πατέρα καὶ τὰ λυποῦντα λῦσαι δεινά. νυνὶ δὲ

vincam. Perscriptum quippe exstat in iuramento, ut mihi de publico pecunia in sumptum domus ac familiae et uxoris meae, item ad stipendia militum erogetur quanta ibidem exprimitur: id quod ex aurea bulla avi ad me missa perspici potest. Iam ex quo concepta sunt iuramenta, ad hunc diem quatuor anni cum mensibus totidem interfluxerunt, quibus mihi, ut rationem subduco, trecenta et quinquaginta aureorum millia debentur. Et hoc perspicuum fit ex tabellis, quas ad testificandum vectigalium exactores conficiunt. Quod igitur nefas admisi, si cum tam multa mihi debeantur, de multis pauca sumpsi? An vero iustum et aequum est, avum, qui me tanta summa privavit, neque iniustitiae, neque periurii insimulari; me, quia ex mihi debitis quotamcunque partem decerpsi, ad tribunalia raptari, ut periurum accusari, in exilium pelli et in extremas miserias devolvi? Atqui si ea tantum pensione fraudatus essem, quae domui meae erat constituta, parum iuste fuisset actum mecum; siluissem tamen, cum imperatorem reveritus, tum quia existimassem, qualescunque tandem a patre crearentur molestiae, filio aequa mente sufferendas, neque accusandum, neque turbas illi ciendas, sed rogandum duntaxat, ut placide filium dignaretur aspicere malaque moestifica tollere. Nunc ablatis simul iis, quae in annua mi-

A. C. 1327 καὶ τῆς στρατιᾶς ἀπεστερημένων τῆς ἐτησίου μισθοφορᾶς, ἣν μόνην ἔχουσι τοῦ βίου ἀφορμὴν, οὐκ ἀνεκτὸν ἡγησάμην με- P. 147 γαλοψύχως τὰς ἀλλοτρίας φέρειν συμφοράς. καίτοι σκέψασθε ὡς ἀδικοῦνται. πρῶτον μὲν γὰρ οὔτ' ἐμπορίαις οὔτε γεωργίαις οὐθ' ἑτέροις ἐπιτηδεύμασί τισιν, ἐξ ὧν ἂν πορίζοιντο τὰ ἐπιτήδεια, παρ' ἡμῶν συγχωροῦνται χρῆσθαι ἕνεκα τοῦ πρὸς τὰς ἐκστρατείας ἀεὶ ἑτοίμοι εἶναι καὶ μὴ κωλύματά τινα ἔχειν ὥστε ἀναγκάζεσθαι οἴκοι μένειν. ἔπειτα δὲ παρὰ βασιλέως καὶ αὐτοῦ τοῦ τεταγμένου ἀπεστέρηνται μισθοῦ, ὃν οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὅρκοις ἐπηγγείλατο ἀποδιδόναι ἐτησίως. καὶ τρί- V. 118 τον, ἠμέληνται παρ' ἐμοῦ ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον ἕνεκα τοῦ μὴ βασιλεῖ δοκεῖν φορτικὸς καὶ ἐπαχθής. καίτοι γε ἐχρῆν ἐμὲ B πρὸς μὲν τὰ οἰκεῖα φαίνεσθαι μεγαλόφρονα καὶ καταφρονητὴν χρημάτων καὶ πάντα τῇ τοῦ πατρὸς ἐξακολουθοῦντα γνώμῃ, πρὸς δὲ τὰ τούτων κηδεμονικὸν καὶ ἀπαραίτητον, καὶ πάντα καὶ ἐπινοοῦντα καὶ πράττοντα, ὥστε μὴ ἀποστερεῖσθαι τοῦ μισθοῦ αὐτοὺς, μηδὲ εὐγνωμοσύνῃ τῇ πρὸς τὸν βασιλέα κακοῖς τοῖς ἐσχάτοις περιβάλλειν· οὐ γὰρ εὐγνωμοσύνη τοῦτό γε, ἀλλ' ὠμότης καὶ ἀπανθρωπία ἐσχάτη, τὸ, ἑτέρων ὑπὸ τοῦ λιμοῦ κινδυνευόντων ἀπολεῖσθαι, μεγαλοψυχεῖν αὐτόν. οὐ μὴν παρέλιπον τὸ μὴ βασιλέως δεῖσθαι ἀεὶ τῇ στρατιᾷ χορηγεῖσθαι τὸν μισθόν. ἐς τοσοῦτον γὰρ ἀπορίας ἤλασαν πολ- C λοὶ αὐτῶν, ὡς ἀποκαρτερῆσαι τὰς γυναῖκας αὐτῶν, νυκτὸς

litum stipendia erant conferenda, et ex quibus solis vitam sustentare habebant, improbum duxi alienas calamitates excelso animo velle intueri. Perpendite paulum, quanta illis fiat iniuria. Primum siquidem neque mercatura, neque agricultura, neque aliarum rerum studiis, de quibus sibi victum pararent, a nobis sinuntur occupari: propterea quod ad expeditiones semper parati esse coguntur, neque ulla impedimenta praetexere, ob quae domi maneant. Deinde ab imperatore destinata mercede fraudati sunt, quam ille non simpliciter, sed interposito sacramento in annos singulos se persoluturum spopondit. Accedit tertium: neglecti sunt a me tamdiu, ne avo onerosus ac molestus viderer; quamquam in causa domestica magnum et pecuniae contemptorem animum gerere omninoque ad paternam voluntatem me conformare debui: horum autem in egestate procurationem suscipere, nec eam cuiusquam precibus deserere, sed cogitare tentareque omnia, ne stipendia sua amitterent, neque dum in avum me pium praestare nitor, teterrimis eos calamitatibus involvi sinerem. Non enim est ista aequanimitas, sed inhumanissima crudelitas, aliis ob extremam inediam tantum non animam agentibus, ipsum interea in magnis spiritibus acquiescere. Non tamen destiti imperatorem orare assiduo, ut militibus nomina persolverentur. Sic enim ad incitas plerique redacti erant, ut, ne fame morerentur, mulieres

ἐπιγενομένης, ὡς ἂν μὴ κατάδηλοι ὦσι τοῖς γνωρίμοις, τὰς A.C. 1327 ἑτέρων οἰκίας περιϊούσας ἑαυταῖς καὶ ἀνδράσι τροφῆς τινος αἰτούσας γλίσχρως ἐκπορίζειν. οἷς ἐπικλασθεὶς καὶ αὐτὸς τὴν ψυχὴν, τὰ χρήματα ὑπὲρ ὧν ἐγκαλοῦμαι ἀφελόμενος, μικράν τινα παρέσχον παραψυχήν. εἰ τοίνυν διὰ τοῦτο ἐπίορκος ἐγὼ καὶ ἄδικος καὶ τοῦ πατρὸς καταφρονητὴς, κρίνατε ὑμεῖς. πρῶτον μὲν οὖν ἀπέδειξα ἐμαυτὸν μηδὲν μηδαμῶς παραβεβηκότα τὰς συνθήκας, ἀλλὰ καὶ φανερῶς παρασπονδηθείς· καὶ τὰς ἀποδείξεις τοῦ λελυκέναι βασιλέα πρῶτον τοὺς D ὅρκους ἔχων παρ' ἐμαυτῷ, καθάπερ εἴδετε, αὐτὸς μένω τὴν εἰρήνην ἀσπαζόμενος καὶ δεόμενος ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον βασιλέως, μὴ τὸν πόλεμον κινεῖν. εἰ δέ τις ἔχει με ἀποδεικνύειν παραβεβηκότα πρότερον τοὺς ὅρκους, παρίτω καὶ δεικνύτω. ἔπειτα καὶ περὶ τῶν χρημάτων, εἰ ἐκ πέντε καὶ τριάκοντα μυριάδων τῶν ὀφειλομένων τοσαῦτα λαβὼν ἀδικῶ, καταψηφίζεσθε ὑμεῖς."

μθ'. Τοσαῦτα μὲν βασιλεὺς ὁ νέος ἀπολογούμενος εἶπε· P. 148 Κωκαλᾶς δὲ μεταξὺ βασιλέως ἀπολογουμένου, πρὶν μὲν τὰ B πρὸς τὸν πρωτοβεστιάριον γράμματα ἀναγνωσθῆναι, πολὺς ἦν ἐγκείμενος αὐτῷ, αὐτὸν τοῦ πολέμου φάσκων αἴτιον εἶναι, ἀνθρώποις πειθόμενον συκοφάνταις, τόν τε βασιλέα διαβάλλουσι πρὸς αὐτὸν καὶ πρωτοβεστιάριον καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐν τέλει ὡς βεβουλευμένους πόλεμον κινεῖν. ἐπεὶ δὲ τά τε γράμματα ἀνεγνώσθη, καὶ ἀπεδείχθη καὶ αὐτὸς τῶν ἄλλων οὐχ ἧττον τὴν εἰρήνην καταλύων, αὐτὸς μὲν οὐδὲν ἔχων ἀν-

23. βεβουλευμένους ED. P. pro βεβουλομένους.

suas noctu, ne a notis agnoscerentur, circum domos ad pauxillum escarum precario conquirendum mitterent. Quos, dolore et commiseratione fractus, subducta de qua nunc accusor pecunia, qualicunque solatio delinivi. Nunc, an ideo periurus, improbus, patris contemptor fuerim, iudicate. Primum itaque docui, me foedus neutiquam violasse: sed cum ille aperte id mihi fecerit, et probationes ipsas eius periurii apud me habeam, sicut vidistis, nihilo minus pacem retineo, et tam diuturnis precibus illum fatigo, uti bellum ne moveat. Si quis autem me iuramento priorem defecisse potest ostendere, age, procedat et ostendat. Tum deinde vos, si de trecentis quinquaginta nummum aureorum millibus, quae mihi debentur, tantillum accipiens, peculatus me alligavi, peculatorem damnatote.

49. Hactenus causam pro se dixit iunior imperator. Cui Cocalas, antequam eius ad protovestiarium epistola recitaretur, importune instabat affirmabatque, ab ipso belli profectum initium, qui sycophantis avum, protovestiarium ceterosque principes de agitato inter se belli consilio apud se criminantibus credidisset. Ubi vero litteris palam lectis patuit, non minus ipsum, quam ceteros pacem labefa-

A.C. 1327 τειπεῖν, οὕτως ἐξεληλεγμένος φανερῶς, καθῆστο σιωπῶν. βασιλεὺς δὲ ἐπιστραφεὶς πρὸς αὐτὸν, „ὦ μέγα λογαριαστὰ" εἶπε
C „τὸ μὲν ἁμαρτάνειν τινὰ καὶ τὸν πλησίον ἀδικεῖν καὶ πλεο-
V. 119 νεκτεῖν, θαυμαστὸν οὐδέν· ἄνθρωποι γὰρ ἅπαντες τοῖς ὁμοίοις ὑποκείμεθα πάθεσι καὶ πρὸς κακίαν πρόχειροι μᾶλλον ἢ πρὸς ἀρετήν ἐσμεν· τὸ δ' ἀδικοῦντα καὶ ἐπιορκοῦντα καὶ ψευδόμενον, ἔπειτα δόλους ῥάπτειν καὶ συκοφαντίας καὶ παντὶ σθένει πειρᾶσθαι τὰς αἰτίας εἰς τοὺς ἀθώους περιτρέπειν, ὡς ἂν πρὸς τῷ ἀποκτεῖναι καὶ δίκαια δοκῇ ποιεῖν, οὐκ ἀνθρώπου πάντως, ἀλλὰ τοῦ ἐξ ἀρχῆς ἔργον ἀνθρωποκτόνου." παρὼν δὲ καὶ ὁ λογοθέτης τοῦ στρατιωτικοῦ Θεόδωρος ὁ Καβασίλας, συνετὸς μὲν ὢν καὶ σοφὸς καὶ παρὰ τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ πολλῆς ἀπολαύων εὐμενείας καὶ οἰκειότητος, οὐδὲν δὲ ἧττον
D καὶ παρὰ τῷ νέῳ, ἐκ τῶν ἀπεσταλμένων παρὰ βασιλέως ὤν, καὶ φίλος ἐς τὰ μάλιστα Κωκαλᾷ, τὸν νέον βασιλέα ἰδὼν πρὸς τοὺς διαβάλλοντας διαταραχθέντα καὶ βουληθεὶς εὐτραπελίᾳ λόγων τὸ βασιλέως ἦθος εἰς ἡμερότητα μεταβαλεῖν, „οὐ θαυμάζειν" εἶπεν „ὦ βασιλεῦ, χρεών· τοιαῦτα γὰρ τὰ τοῦ πλάνου ἔνεδρα καὶ σκάμματα." ἦν γὰρ δὴ ὁ Κωκαλᾶς ἐν ταῖς παιδιαῖς ὑπὸ τῶν ἡλικιωτῶν πλάνος ὠνομασμένος. καὶ ἔδοξε καιρίως εἰρῆσθαι· μετέβαλε γὰρ τὸ τοῦ βασιλέως ἦθος ἐκ τοῦ ἐμβριθοῦς πρὸς μειδίαμα σεμνόν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον. τοῖς δ' ἀρχιερεῦσιν ἐκέλευεν ὁ βασιλεὺς, εἰ ἀδικῶν αὐτὸς καὶ ἐπιορκῶν φαίνοιτο, καταψηφίζεσθαι. οἱ

6. ἐπαρκοῦντα legebatur.

ctare, cum tam evidenter convictus, contra afferre nihil posset, resedit et obmutuit. Ad quem conversus imperator, Nihil mirum, magne logariastes, inquit, peccare quemquam, et alium laedere potioraque affectare; homines enim iisdem perturbationibus subiecti, ad vitia quam ad virtutem omnes propensiores sumus: sed iniuriam inferre, peierare, mentiri, ac deinde dolos consuere et sycophantias comminisci, conarique remis et velis culpam in innocentes derivare, ut praeterquam quod perniciem iis paras, etiam iuste videaris agere, id non hominis, sed eius est, qui fuit homicida ab initio. Aderat in consessu iudicum Theodorus Cabasilas logotheta militaris, vir cordatus et sapiens, seniori imperatori inprimis carus ac familiaris, nec minus nepoti, et praeterea Cocalae amicissimus. Is cum imperatorem iuniorem ob calumnias commotiorem cerneret velletque urbanitatis quodam sale eum mitigare, Noli mirari, inquit, imperator: hae enim sunt impostoris huius insidiae atque fossae. Nam inter ludicra puerilia Cocalas a coaevis impostor appellabatur. Visum tempestive dictum: nam imperator, nonnihil remissa gravitate, modeste risit. Sed de his satis. Deinde hortatus est episcopos, si iniustus ac perfidiosus appareret, uti sententiam ferrent. Illi responderunt,

δ' ἔφασαν, ἔχειν μὲν αὐτοῦ καταψηφίζεσθαι μηδὲν, δεῖσθαι A.C. 1327
δὲ μόνον αὐτοῦ, τρόπους τινὰς καὶ ἐπινοίας, ὥσπερ καὶ πρό- P. 149
τερον, ἐξευρεῖν, ἐξ ὧν ἂν τὰ προσδοκώμενα κακὰ διαλυθείη. „καὶ σφόδρα γε" εἶπεν ὁ βασιλεὺς „μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐβουλόμην τὸν πόλεμον κεκινῆσθαι, ἢ κινηθέντα τάχιστα καταλυθῆναι. ὅτι δὲ οὐχ ὑπόκρισις οὐδ' εἰρωνεία τὰ τοιαῦτα, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ἐναργῆ πάρεστι τὴν ἀπόδειξιν λαβεῖν· τρίτον γὰρ ἤδη μῆνα κάθημαι ἐνταῦθα δεόμενος βασιλέως τὸν πόλεμον καταθέσθαι καὶ μὴ διὰ φιλονεικίαν τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν περιϊδεῖν ἀνηκέστοις κακοῖς περιπεσοῦσαν· ἀλλ' οὐδεὶς ὁ εἰσακούων· καὶ ταῦτα πεπεισμένος φανερῶς, ὡς ἐπιβουλεύομαι, μηδὲν ἀδικῶν. οὐ γὰρ πάνυ ἀγνοῶ, ὅτι μὴ B
ταῦτα μόνον, ἅπερ ἀκηκόατε, γράμματα ἐπέμφθησαν κατ' ἐμοῦ, ἀλλ' ἐκ πολλῶν τῶν διασωθέντων ἑάλωσαν ὀλίγα. τῷ σφόδρα δὲ βούλεσθαι τὴν εἰρήνην, τήν τε ἐμαυτοῦ καὶ τῶν συνόντων ἀσφάλειαν τιθέμενος ἐν δευτέρῳ, θεῷ δὲ μόνῳ τὰς ἐλπίδας ἀναθεὶς, ὃν εὐορκῶ, κατὰ τὸ ἐνὸν ἐμοὶ τὰ προσδοκώμενα κακὰ ἐκ μέσου ποιεῖν πειρῶμαι. ἡγοῦμαι δὲ, ἂν καὶ βασιλεὺς ἐθελήσῃ τῶν ὀφειλομένων χρημάτων τὰ ἡμίση ἀποδοῦναι τῇ στρατιᾷ, ἐκείνους τε μηδὲν πλέον πολυπραγμονήσειν ἀγαπήσαντας, καὶ ἡμᾶς τῶν ἐκ τοῦ πολέμου προσδοκωμένων ἀπαλλάξεσθαι κακῶν." εἰπόντων δὲ τῶν ἀρχιερέων, C
ὡς νῦν μὲν οὐκ ἂν εἴη ῥᾴδιον ἀπορίᾳ χρημάτων τοσαῦτα ὄντα ἀποδοθῆναι, ὅσα δ' ἂν ἐξῇ λαβόντας νῦν, τὰ λειπόμενα

21. ὑμᾶς coni. ED. P. idemque legit Intpr.

non habere se, cur eum condemnarent: solum rogare, ut, quemadmodum antehac, modos et vias inveniret, quibus imminentia mala in irritum caderent. Ad haec imperator: Vellem ego omnino hoc bellum non esse natum: aut certo priusquam convalesceret, restinctum fuisse. Hoc me nulla simulatione aut dissimulatione dicere, ipsae res evidenti argumento sunt: tertium siquidem mensem hic desideo, neque avum pacem poscendi finem facio, ne ob nostram discordiam Romanum imperium incommodis longe gravissimis concutiatur. Sed surdo fabulam, ut aiunt. Certus interim sum, eius insidiis me peti, quamquam in eum nil molitus sim. Nec enim ignoro, non has modo, quas audistis, sed plures insuper contra me missitasse litteras, e quibus hae perpaucae interceptae sunt. Quia tamen pacis sum cupidissimus, meam meorumque securitatem in posterioribus ducens, solique Deo spes meas committens, quem sancte iuravi, quantum in me est, ingruentes clades avertere annitor. Opinor autem, si et avus dimidium debitae pecuniae militibus numerare velit, boni consulentes, nihil deinceps molestiarum exhibituros, et vos casibus, quos e bello metuitis, ereptum iri. Occurrentibus episcopis, difficile futurum hoc tempore, exhausto aerario, tantum aes dis-

A.C. 1327 κομίσασθαι χρόνῳ ῥητῷ· „οὐκοῦν" ὁ βασιλεὺς ἔφη „εἰ τοῦτο δυσχερὲς δοκεῖ, καὶ τὰ ἡμίση καταλιπόντες τούτων, τῷ τετάρτῳ μορίῳ τοῦ ὅλου ἀρκεσθησόμεθα τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ὁμονοίας χάριν." οἱ δὲ ἀκούσαντες ἐπῄνεσάν τε ὡς κρείττω χρημάτων τὸν βασιλέα, καὶ ἀναμφιβόλως ἔφασκον ἀποδοθήσεσθαι τὰ εἰρημένα. ὡς δὲ εἶδεν ἐπὶ τούτοις συνθεμένους, βουλόμενος ὁ βασιλεύς, ὡς καὶ τῶν πᾶσι δοκούντων μετριωτάτων διὰ τὸ τὸν πόλεμον καταλυθῆναι ἐξίσταται ἑκών, ποιῆσαι φανερόν, „δέον" ἔφη „καὶ ὑμῖν, κατά τε τὴν ὁδὸν πεπο-
V. 120 νηκόσι καὶ ἀσιτίᾳ προσταλαιπωρήσασιν ὅλην τὴν ἡμέραν, χάριν καταθεῖναί τινα. οὐκοῦν καὶ τὸ τέταρτον τῶν ὀφειλομένων χρημάτων ἀφίημι ὑμῶν χάριν, καὶ οὐδὲν παρὰ βασιλέως ἀπαιτῶ πλὴν ὅσα οἱ τὰ δημόσια διοικοῦντες αἰτίας τινὰς πλασάμενοι ψευδεῖς, ἀποστερήσαντες βασιλέως ἔχουσιν αὐτοί, ἀποδείξεως γενομένης ἐναργοῦς, ταῦτα λαβόντα διανεῖμαι τῇ στρατιᾷ μικρᾶς ἕνεκά τινος παραμυθίας. μὴ θαυμάσητε δέ, εἰ περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἐπὶ ταῖς ἑτέρων κακοπραγίαις ἕτερον μεγα-
P. 150 λοψυχεῖν καὶ φιλοτιμεῖσθαι πολλὰ πρότερον εἰπών, νῦν οὕτω ῥᾳδίως τὰ τοῖς στρατιώταις ὀφειλόμενα χρήματα πρόειμαι. ἐὰν γὰρ εἰς τὸν ἐφεξῆς χρόνον κατὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας ἡ τεταγμένη μισθοφορὰ παρέχηται αὐτοῖς, τὰ ὀφειλόμενα ἐπὶ τῷ προτοῦ πάνυ φιλοῦντες ἐμοὶ χαριοῦνται χρόνῳ. ἄλλως τε ἔδεισα μή τις καὶ διὰ ταῦτα γένηται ἀναβολὴ πρὸς τὴν εἰρήνην, καὶ δόξωμεν μᾶλλον ἐξεπίτηδες τὸν πόλεμον αἱ-

solvere: proinde pro copia nunc acciperent, reliquum ad diem praefinitam accepturi. Si hoc difficile putatis, excipit imperator, etiam dimidio remisso, quarta parte pacis et concordiae causa contenti erimus. Quo audito, episcopi cum ut a pecunia invictum commendarunt, spoponderuntque, citra controversiam partem dictam solutum iri. Imperator ut in hoc secum facientes vidit, volens constare omnibus, se libenter belli tollendi causa de iure suo etiam in iis, quae essent omnium confessione moderatissima, decedere, Oportet, inquit, et vobis de via fessis et totius diei inedia vexatis, gratiam aliquam rependere. Itaque et quartam partem debitae pecuniae in gratiam vestram remitto: et ab avo nihil exigo, nisi quod quaestores, confictis quibusdam causis imperatore defraudato, sibi retinent, id quod probari perspicue potest, ut hanc summam ad qualecunque solatium in militem dispertiam. Ne tamen vos admiratio capiat, quomodo, cum ante affirmarim, non oportere in alienis miseriis magnanimitatem ostentare, nunc adeo non repugnanter debita militibus stipendia condonem. Si namque de cetero ex foedere constituta stipendia persolventur, quae ex antegresso tempore illis debentur, pro eximio amore, quo me diligunt, mihi remittent. Praeterea timeo, ne propter haec pax differatur videamurque consulto bellum trahere. Quare

ρεῖσθαι. καὶ διὰ τοῦτο δεῖν ᾠήθην πᾶν ζήτημα καὶ ἀμφιβολίαν ποιῆσαι ἐκποδὼν, καὶ μᾶλλον τοῖς ἡμετέροις φανῆναι φορτικὸς καὶ ἐπαχθὴς, ἢ πρὸς τὸν πόλεμον αἰτίαν παρασχεῖν." τοιαῦτα βασιλέως εἰπόντος τοῦ νέου, οἱ παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου ἀπεσταλμένοι ἀρχιερεῖς καὶ συγκλητικοὶ θαυμάσαντες τῆς μεγαλοψυχίας τὸν βασιλέα καὶ τοῦ σφόδρα οὕτω τὴν εἰρήνην αἱρεῖσθαι, χάριν ὁμολογήσαντες πολλὴν, χαίροντες ᾐτοῦντο τὴν ἐπάνοδον ἐπιτραπῆναι, νομίζοντες, ὡς ἅμα τῷ τὰ πεπραγμένα ἀπαγγεῖλαι βασιλεῖ κώλυμα οὐδὲν ἔσται τῇ εἰρήνῃ ὥστε εἶναι. ἐκείνοις μὲν οὖν ὥσπερ ᾐτοῦντο ἐπέτρεπεν ἐπανελθεῖν. δι' αὐτῶν δὲ πρὸς βασιλέα τὸν πάππον ἐπρεσβεύετο τοιάδε· „τὴν μὲν ἐμὴν πρὸς τὸ σὲ τὴν Ῥωμαίων ἔχειν ἡγεμονίαν σπουδήν τε καὶ προθυμίαν θεός τε οἶδε καλῶς ὁ πάντα εἰδὼς, καὶ αὐτὸς ἂν ἐπιμαρτυρήσαις. ἐνὸν γὰρ, εἴγε ἐβουλόμην, σὲ λυπεῖν καὶ κατὰ τοὺς προτέρους πολέμους ἢ συμπάσης ἢ τῆς πλείονος ἀρχῆς κρατεῖν, οὐκ ἠθέλησα ἑκὼν, ἀλλὰ σοὶ νομίζων εἶναι δίκαιον ἐξίστασθαι ταύτης ὄντι πατρὶ, ἕως ἂν περιῇς, δυνάμενος κατασχεῖν, παρεχώρησα ἑκὼν εἶναι· καὶ τοῦτό γε οὐκ ἄνευ πόνων καὶ κινδύνων. τῶν γὰρ σὺν ἐμοὶ πολεμουμένων πάντων τοὺς μὲν πόνους καὶ τοὺς κινδύνους ἐν τῷ πολεμεῖν ὑφισταμένων, τῶν ἄθλων δὲ καὶ τῶν γερῶν ἀποστερουμένων, διὰ τὸ ἐμὲ, σοῦ προστάττοντος, εὐθὺς ἄσμενον χωρεῖν πρὸς τὴν εἰρήνην καὶ πάντων σοι παραχωρεῖν, ὧν ἐκτήσαντο αὐτοὶ κρατοῦντες ἐν τῷ πολέμῳ, ἀμφοτέρωθεν ἐμοὶ συνέβαινε τὸ θορυβεῖσθαι. τό, τε γὰρ πείθειν καταθέσθαι τὸν

A.C. 1327 B C

etiam idcirco quaestionem et ambiguitatem omnem rescindendam putavi, potiusque meis gravis et incommodus videri, quam bello ansam dare volui. His dictis, missi a seniore episcopi ac proceres tantam animi altitudinem admirati, et ob tam praeclarum pacis desiderium gratiis actis singularibus, hilares domum redeundi veniam petiverunt, rati, simul acta avo renuntiassent, pacem nihil remoraturum. Ergo reditionem illis permittit, et ad avum haec ferenda committit: Quam studiose atque impigre elaborem, ut tu principatum Romanum teneas, Deus novit, quem nihil latet, et tu ipse, si voles, testabere. Nam cum potuissem, si libuisset, bellis superioribus aut toto imperio aut maiore illius parte potiundo, tibi moerorem dare, nolui iustumque existimavi, tibi eo ut parenti, quamdiu in vita maneres, cedere. Neque vero sine laboribus periculisque cessi. Cum enim commilitones mei omnes belli aleam ac labores subiissent, praemiis autem et honoribus carerent, quod ego tua iussa secutus, pacem libens complecterer tibique relinquerem omnia, quae ipsi armis acquisierant, utrimque conturbabar. Nam adducere illos ad arma deponenda difficile erat, cum se iusta praedicare asseverarent, et in hostem ire lege bellica semper postularent. Invitis autem

A.C. 1327 πόλεμον, ἐπίπονον ἦν, αὐτῶν δίκαια λέγειν ἰσχυριζομένων
D καὶ μέχρι παντὸς ἐπεξιέναι τοὺς πολεμοῦντας ἀξιούντων πο-
λέμου νόμῳ, τό, τε ἀκόντων αὐτῶν τι ποιεῖν, οὐκ ἀδεές. φι-
λίᾳ γὰρ ξυστρατευόντων τῶν πλειόνων καὶ ἐλπίδι τοῦ ἄρξαν-
τα ἀντευποιήσειν, εἰ μὴ γνώμῃ αὐτῶν ἐπράττετο τὰ τῆς εἰ-
ρήνης, εἰκὸς ἦν αὐτοὺς περικακήσαντας χωρεῖν πρὸς τοὺς
ἐναντίους, ὅπερ ἀκινδύνως οὐκ ἂν ἐπράττετο ἐμοί. ἐγὼ δὲ τοῦ
τὰ φίλα ἕνεκα πράττειν σοὶ τούς τε πόνους ὑφιστάμην ἐν τῷ
πείθειν, ἑνός τινος ἢ καὶ δύο συναιρομένων, καὶ τῶν ὑφορω-
μένων κινδύνων κατεφρόνουν, νομίζων, ἂν αὐτοῖς ἔργοις ἀπο-
δειχθῶ εὔνους ἐς τὰ μάλιστά σοι καὶ ἐν τοῖς κατεπείγουσι
καιροῖς οὐ πολεμίως, ἀλλὰ φιλίως διακείμενος, θαῤῥῆσαι ἂν
P. 151 ἐμοὶ καὶ τὴν ἔχθραν καταλῦσαι. τὸ δ' ἐναντίως ἔχον νῦν
ἢ προσεδόκων αὐτὸς ὁρᾶται. πάντα γὰρ ἐκεῖνα καί, τὸ μέ-
γιστον, αὐτὴν ἀλήθειαν θέμενος ἐν οὐδενὶ, ἀνθρώποις δὲ
διεφθορόσι καὶ ψευδομένοις καὶ μηδὲν ἐξ ὧν ἂν τὰ κοινὰ βέλ-
V. 121 τιον σχοίη, ἀλλ' ἐξ ὧν ἂν ἰδίᾳ τι ὠφεληθεῖεν αὐτοὶ, σκο-
ποῦσι πεισθεὶς, εἷλου μᾶλλον πολεμεῖν ἐμοί· ἐγὼ δὲ καίτοι
δίκαιος ὢν οἷα προεπιβουλευόμενος καὶ παρασπονδούμενος,
ἑτοιμότερον πρὸς τὸν πόλεμον χωρεῖν, αἰδοῖ τε τῇ περί σε καὶ
πόθῳ ἀσχέτῳ τῷ πρὸς τὴν εἰρήνην τρίτον ἤδη μῆνα κάθημαι
ἐνταῦθ' ἱκετεύων καὶ παραιτούμενος τὴν σὴν ὀργήν. νυνὶ δὲ
τῶν ὑπό σου ἀρχιερέων καὶ τῶν ἄλλων συγκλητικῶν ἀπεσταλ-
B μένων ἐπὶ τὸ τὰ ἐγκλήματα τὰ ἐμὰ ἐξετάσαι ἡκόντων, αὐτὸς
μὲν πολλῆς ἐνεπλήσθην ἡδονῆς, ὡς καιρὸν ἀπολογίας εὑρη-

illis quippiam facere metu non vacabat. Ex amicitia etenim pluribus mihi militantibus et spe, principem beneficio responsurum, si, quemadmodum ipsi volebant, pax facta non esset, consentaneum erat, eos malis cedentes ad adversarios pro sociis accessuros: quae res discrimen mihi periculumque attulisset. Ego vero ut tibi gratificarer, persuadere illis enisus sum, uno aut duobus adiuvantibns, et quae timebam contempsi; arbitratus, si factis tibi me benevolentissimum perturbatissimisque temporibus non hostilem, sed amicum in te animum ostendissem, confidere posse, etiam odium in me tuum sanatuum. Quod nunc secus, quam rebar, video evenisse. Omnia siquidem illa, quodque summum est, veritatem ipsam pro nihilo ducens, hominibus autem perversis et mendaciloquis, non reipublicae emolumenta, sed sua ipsorum compendia sectantibus fidem habens, bello me tentare voluisti. At ego, quamvis iure optimo, tamquam prior insidiis appetitus temeratoque foedere violatus, promptius ac prius arma capessere poteram, tamen pudore erga te et pacis desiderio incredibili tertium iam mensem hic contero, supplicans et iram tuam deprecans. Nunc cum venissent, quos ad exercendam de me quaestionem misisti, gaudio exsilui, quod tempus mei defendendi nactus

κώς· ἐκκλησίας δὲ γενομένης, τὴν ἀπολογίαν ἐφ' οἷς ἐνεκαλού- A. C. 1327
μην ἀληθῆ καὶ δικαίαν ἐποιησάμην. ἃ μὲν οὖν εἶπον πρὸς τὰ ἐγκλήματα, αὐτοὶ ἐλθόντες ἀπαγγελοῦσιν· ἐγὼ δ' αὖθίς σου δέομαι, βασιλεῦ, μήθ' ἡμᾶς μήτε τοὺς ἄλλους περιϊδεῖν Ῥωμαίους διὰ τὸν πρὸς ἀλλήλους ἡμῶν πόλεμον φθειρομένους, ἀλλ' ἐν ἡμέραις ὀκτὼ τά τε δέοντα σκέψασθαι καὶ ἡμῖν ὡς ἔχεις γνώμης δηλῶσαι. ἂν μὲν οὖν, καὶ θεοῦ τοῦ χορηγοῦ τῆς εἰρήνης συνευδοκοῦντος, πρᾳότερον ἡμῖν διατεθῇς καὶ μᾶλλον ἕλοιο τὴν εἰρήνην, πανταχόθεν ἂν ἔχοι καλῶς· ἂν δ' ἢ C
τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων πλῆθος καὶ τὸ μάλιστα βούλεσθαι διαφθαρέντας ἡμᾶς ἰδεῖν πρὸς τὸ πολεμεῖν μᾶλλον παρασκευάσωσιν ὁρμῆσαι, καὶ οὕτως ἐγὼ σοι τρόπον ὑφηγήσομαι ἰσχυρότατον τοῦ πρὸς ἐμὲ πολέμου, ὡς ἂν τάχιστά τε καὶ χωρὶς κινδύνων πραγμάτων ἀπαλλαγῇς. θεὸς ὁ χορηγὸς πάντων τῶν ἀγαθῶν, ὁ πατὴρ πάντων καὶ κύριος τῶν βασιλέων, ἄμαχόν τινα καὶ θαυμασίαν παρέσχετο δύναμίν σοι, πρὸς ἣν οὐχ ὅτι γε ἀντιστῆναι, ἀλλ' οὐδ' ἀντιβλέψαι δυνατὸς εἶναι ὁμολογῶ. ἔστι δ' αὕτη τις, τὸ σὲ μὲν εἶναι κύριον καὶ πατέρα, ἐμὲ δὲ υἱὸν καὶ δοῦλον ἀκριβῶς. ταύτῃ δὴ χρησάμενος τῇ δυ- D
νάμει, ἐν ὀλίγῳ πᾶν, ὃ βούλει, ῥᾳδίως ἔσῃ κατωρθωκώς. ἐὰν γὰρ κελεύσῃς ὡς πατήρ, κλοιὰ περιθέμενον αὐτόθι δεσμωτήριον οἰκεῖν ἐλθόντα, ἑτοιμότατα τὸ κελευόμενον ποιήσω. καὶ τί λέγω δεσμωτήριον καὶ κλοιά; καὶ εἴ τι βούλει τῶν αἰσχροτάτων ἕτερον, προθύμως σοῦ κελεύοντος ὑπομενῶ· ἂν δὲ ταύτην ἀφεὶς τὴν δύναμιν, ἐπὶ τὴν ἑτέραν, ἣν ἐκ πολλοῦ λανθά-

essem. In conventu autem ad capita accusationis vere ac iuste respondi: de quo ipsi apud te memorabunt. Rursum te oro, imperator, ut neve nos, neve Romanos alios, nostri caussa acerba perpeti ac perdi sinas, sed diebus octo quid opus sit consideres, tuamque nobis sententiam declares. Si, Deo pacis auctore approbante, placidam in nos mentem indueris pacemque susceperis, bene facies modis omnibus. Sin peccatorum nostrorum multitudo et incensa videndi interitus nostri cupiditas potius in bellum te praecipitem agent, etiam sic modum te docebo validissimum me armis oppugnandi, ut citissime citraque periculum molestiis absolvare. Deus bonorum omnium suppeditator, pater et dominus regum omnium, admirabilem tibi et inexpugnabilem potentiam dedit: cui non solum resistere, sed contra quam ne intueri quidem me posse fateor. Est autem haec, quod tu dominus et pater, ego filius et servus omnino. Hac usus potentia, brevi quae volueris omnia feliciter efficies. Si enim iusseris, ut pater, me, collaria in collum iniecta, venire et illic carcerem habitare, imperata promptissime exsequar. Quid autem dico de carcere? si vel ignominiosissimum mandaveris, perferam hilariter. Si hac potentia omissa, ad alteram te convertes, quam pridem tibi, credens te latere

A.C. 1327 νειν οἰόμενος παρεσκεύασας σεαυτῷ, τραπῆς, ἐλπίζων ἐμὲ κα-
τεργάσεσθαι πολέμῳ, ὀκνῶ μὲν εἰπεῖν, εἰρήσεται δὲ ὅμως,
δέδοικα μὴ, ὥσπερ καὶ πρότερον, ἐπὶ τῶν ἔργων αὐτῶν ἀλυ-
σιτελῶς σεαυτῷ βεβουλευμένος φανῇς. τότε μὲν οὖν θεοῦ τε
συναιρομένου καὶ τῶν ἐμὲ πάνυ φιλούντων τουτωνὶ συμπρατ-
P.152 τόντων, ἱδρῶσι πολλοῖς καὶ πόνοις οὐχ ὅπερ αὐτὸς ἔργον εὐ-
χῆς ἡγοῦ τελεσθῆναι, ἀλλ' ὅπερ σὺ μὲν οὐδὲ ἐνεθυμήθης, ἐμοὶ
δὲ ἦν διὰ σπουδῆς, κατωρθώθη· νῦν δὲ δέδοικα, ἂν τὰ πρά-
γματα ἑτέρως ἢ αὐτὸς ἐλπίζῃς ἀποβῇ, μὴ καὶ αὕτη ἡ ἐλπὶς
περιαιρεθῇ. διὸ καὶ δέομαι αὖθις καὶ συμβουλεύω, ἢ τὴν εἰ-
ρήνην ἑλέσθαι, ἢ εἴγε πάντως ὥρμησαι πρὸς τὸ πολεμεῖν, τῇ
μεγάλῃ χρήσεσθαι ἰσχύϊ, ἣν ἔχεις ὡς πατὴρ, δι' ἧς ῥᾳδίως
ἅπαν ἄν σοι τὸ βουλόμενον κατορθωθείη, (ἴστω δὲ θεὸς ὡς
ἀληθῆ λέγω,) καὶ μὴ τῇ συκίνῃ θαῤῥεῖν ἐπικουρίᾳ, τοῖς ἐκ-
B πεμφθεῖσιν ἐπὶ τὴν ἑσπέραν ἄρχουσιν ἐπὶ τὸ τὸν κατ' ἐμοῦ
πόλεμον ἐξαρτύσασθαι. πολλῶν γὰρ ὄντων, ὡς αὐτὸς οἴει,
καὶ θαυμασίων στρατηγῶν, πολλῷ τῷ μέτρῳ διαφέροντας ἴσθι
ἐμὲ καὶ τοὺς μετ' ἐμοῦ. ἂν μὲν οὖν ἐμοὶ πεισθεὶς, ἐπιψηφί-
σῃ τὴν εἰρήνην, θεόν τε εὐφρανεῖς καὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἀγγέλους
αὐτοῦ, καὶ ἡμᾶς πολέμων καὶ κινδύνων ἀπαλλάξεις. ἂν δ'
V.122 ἑτέρως βουλεύσῃ, ἐγὼ μὲν ἐπιμαρτύρομαι τὸν πάντα ἐφορῶντα
ὀφθαλμὸν καὶ τὰς διοικούσας τὰ ἡμέτερα πράγματα δυνάμεις
οὐρανίους, ὡς καὶ ἀδικούμενος καὶ παρασπονδούμενος, ὅμως
C ἀσπάζομαι τὴν εἰρήνην· αὐτὸς δ' ἂν εἰδείης ὅ,τι καὶ σεαυτῷ

et sperans, bello me confecturum, paravisti, vereor dicere, sed dicam tamen, vereor, ne ut alias, sic modo male tibi consuluisse ipso eventu deprehendare. Ac tunc quidem et Deo inprimis et his amicissimis meis adiuvantibus, multis sudoribus ac laboribus, non quod tibi in votis erat, sed quod ne in cogitationem quidem tuam unquam ceciderat, mihi autem in desideriis erat, prospere perfectum est. Nunc metuo, si aliter, quam confidis, res ceciderint, ne spes tuas fallaces fuisse appareat. Quocirca iterum te hortor atque rogo, pacem ne aspernere: aut si belli cupidine adeo ferves, utare magnis illis viribus, quibus vales ut pater, et quae tibi totum hoc, quod cupis, facili feliciquc successu praestabunt, (Deum testor, vera me proloqui,) et ne ficulneo nitare auxilio, nempe ducibus illis, quos in occidentem ad bellum contra me apparandum emisisti. Multis enim illis et insignibus, ut quidem tu opinaris, longo intervallo scias velim me quique mecum sunt antecellere. Quare si monitis meis locum relinquens, pacem decreveris, Deum ipsum et bonos angelos eius exhilarabis, nosque a bellicis istis incommodis tutos conciliabis. Si in diversum abis, Deum, cuius oculus intuetur omnia, et coelestes illas virtutes, rerum nostrarum administratrices, invoco testes, me quamquam affectum iniuria et perfidiose violatum, nihilo minus pa-

συμφέρον καὶ τοῖς ἄλλοις Ῥωμαίοις καὶ βουλεύσασθαι καὶ A.C. 1327 πρᾶξαι." Τοιαῦτα μὲν βασιλεὺς ὁ νέος διεπρεσβεύσατο πρὸς βασιλέα τὸν πάππον.

ν'. Εἰς Βυζάντιον δὲ τῶν πρέσβεων ἀφικομένων, πρό- D τερος ἐλθὼν ὁ Κωκαλᾶς, πάντα κατὰ μέρος διεξῄει πρὸς βασιλέα, ὅσα τε αὐτοὶ ἐγκαλοῦντες εἴποιεν τῷ νέῳ βασιλεῖ, καὶ οἵαις αὐτὸς πρὸς ἕκαστα χρήσαιτο ταῖς ἀπολογίαις, καὶ τελευταῖον ὅσα διαπρεσβεύσαιτο πρὸς αὐτόν· καὶ ἔδοξεν οὐ κατὰ καιρὸν τὴν ἐκεῖσε τῶν ἀρχιερέων καὶ τῶν ἄλλων ἄφιξιν γεγενῆσθαι, ὡς ἀνάγκης ἤδη οὔσης ἢ πρὸς τὴν εἰρήνην χωρεῖν, ἢ ὡρμημένους πολεμεῖν προδήλως ἤδη πᾶσιν ἀδικεῖν δοκεῖν. μετὰ μικρὸν δὲ καὶ οἱ λοιποὶ ἐλθόντες καὶ προσκυνήσαντες τὸν βασιλέα, οὐδὲν ἐπετράπησαν εἰπεῖν τῶν κατὰ τὴν πρεσβείαν, P. 153 ἀλλ' ἕκαστον οἴκαδε ἀπελθόντας ἠρεμεῖν, ἄχρις ἂν βασιλέως προστάξαντος ἀπαγγείλωσι τὰ τῆς πρεσβείας. τοῦτο δὲ ἦν σκῆψις εὐπρεπής. ἔδοξε γὰρ βασιλεῖ μᾶλλον λυσιτελεῖν σιωπῇ τὸ πρᾶγμα παρελθεῖν, δεδοικότι μή, δημοσίᾳ ἀπαγγελλομένης τῆς πρεσβείας, ἢ ἀναγκάζοιτο παρὰ πάντων εἰρηνεύειν πεπεισμένων ἤδη, τὸν νέον βασιλέα καὶ δίκαια καὶ συμφέροντα ἀξιοῦν, ἢ εἰ μὴ πείθοιτο, δοκοίη φανερῶς ἀδικεῖν. ἓξ μὲν οὖν ἡμέραι παρῆλθον, καὶ τῆς πρεσβείας λόγος ἦν οὐδείς. ἀχθόμενος δὲ ὁ πατριάρχης ἐπὶ τῇ τοῦ χρόνου παρατάσει, μεμήνυκε πρὸς βασιλέα, ὡς „ἓξ ἡμερῶν παρελθουσῶν, οὐδὲν B παρὰ τῶν πρὸς βασιλέα τὸν ἔγγονον τὸν σὸν ἀπεσταλμένων

cem servare; quam tu quoque servares, si et cogitare et facere nosses quod ad tuam Romanorumque utilitatem pertinet. Haec iunior ad seniorem per legatos.

50. Iis Byzantium reversis, antevertens alios Cocalas, omnia particulatim imperatori edisserit, quaecunque nimirum nepoti obiecissent, et quomodo ille singulis occurrisset; et tandem quae avo renuntianda commisisset: visumque, haud utiliter episcopos ceterosque illuc profectos fuisse, quandoquidem necesse iam sit, aut pacem admittere aut ad arma prosiliendo palam malefaciendi voluntatem prodere. Paulo post accedentes reliqui imperatoremque adorantes, de legatione, quam haberent a nepote, tacere, domum quisque suam redire et quiescere iussi sunt, donec illius mandatu eam exponerent. Hoc nihil aliud, quam honestum quoddam velamentum erat. Commodius enim statuebat, rem silentio dissimulare, cum timeret, ne si publice narrarent quae debebant, aut cogeretur ab omnibus pacem accipere, utpote iam persuasis, nepotem imperatorem iusta et utilia petere: aut si recusaret, aperte contra aequum et bonum agere censeretur. Iam dies seni effluxerant, nulla interim legationis mentione facta, cum patriarcha diem proferri aegre ferens, admonet, diem sextum iam praeteriisse, nec adhuc quidquam ab episcopis ad nepotem missis

A.C. 1347 ἀρχιερέων ἐπύθου· δέον οὖν, ἐπεὶ καὶ ὁ χρόνος πρὸς διάσκεψιν ἱκανὸς, πυθέσθαι αὐτῶν ὅ,τι λέγουσιν." ὁ δὲ ἐπηγγείλατο ποιήσειν. ὡς δ' ἕτεραι τοσαῦται διεληλύθασιν ἡμέραι καὶ λόγος οὐδεὶς ἐγίνετο αὐτῶν, πάλιν πέμψας ὁ πατριάρχης, ἐδεῖτο τοῦ βασιλέως μὴ οὕτω τρίβεσθαι τὸν καιρὸν, ἀλλὰ τόν τε ἀρχιεπίσκοπον μετακαλεσάμενον καὶ τοὺς ἄλλους ἀρχιερεῖς, ὅ,τι τε ὁ ἔγγονος ἀπολογεῖται ἀκοῦσαι καὶ αὐτὸν σκεψάμενον ἐξ αὐτῶν τὰ λυσιτελοῦντα Ῥωμαίοις ποιεῖν. ὁ βασιλεὺς C δὲ ἀπεκρίνατο, μηδενὶ αὐτὸν ἐξεῖναι ἀνερευνᾷν, ὅπως τὰ κατ' οἶκον πράγματα διεξάγει· αὐτῷ γὰρ μελήσειν ὁπότε καὶ ὅπως αὐτὰ δέοι οἰκονομεῖν· αὐτὸν δὲ, πατριάρχην ὄντα, τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐκέλευεν ἔχεσθαι φροντίδων, τῶν κοινῶν δὲ καὶ τῶν βασιλικῶν ἀπέχεσθαι πραγμάτων. τοιαῦτα μὲν ὁ βασιλεὺς εἴρηκεν, οἰόμενος τὸν πατριάρχην καταπτήξαντα τοὺς V.123 λόγους, μᾶλλον ἂν ἀσπάσασθαι τὴν σιωπήν. ὁ δὲ εἰς τὴν ὑστεραίαν τοιαῦτα καὶ αὐτὸς μεμήνυκε πρὸς βασιλέα· „κράτιστε βασιλεῦ, τὸ τὰ δέοντα παραινεῖν καὶ συμβουλεύειν καὶ D ἔτι προσαναγκάζειν πράττειν, οὔθ' ἑκὼν προήσομαι αὐτὸς, οὔτ' ἄκων δέει ληφθείς. εἰ δ' αὐτὸς τοιαύτῃ συζῆν ἐμὲ ἀπραγμοσύνῃ ἀξιοῖς, ὥστε μὴ φθέγγεσθαι μήτ' ἀκούειν μήτε ὁρᾷν, ἐχρῆν πρὶν τῆς ἐκκλησίας προστάτην προβαλέσθαι εἰπεῖν. κἂν μὲν καὶ αὐτῷ μοι καὶ δίκαια ταῦτα καὶ λυσιτελοῦντα ἐδόκει, στέργειν ἦν ἀνάγκη νῦν· ἂν δ' ἕτερα ἐνόμιζον

9. Intpr. leg. αὐτῶν.

eum audivisse: oportere igitur, quando satis diu deliberasset, audire quid dicerent. Facturum se promittit. Totidem diebus elapsis, rursum mittit patriarcha, rogans, ne ita tempus tereret: sed archiepiscopo et episcopis accersitis, quo pacto se nepos defendisset, cognosceret indeque videret, quid in rem Romanam esset. Respondet; nulli eorum licere inquirere, quonam modo ipse res domesticas moderetur: sibi enim curae fore, quando quave ratione illas administret: ipsum, ut patriarcham, ecclesiasticas curas versare, et a politicis imperatorumque negotiis abstinere debere. Talia denuntiavit imperator, quod patriarcham ea denuntiatione terrefactum, libentius taciturum confideret: qui sequenti luce per internuntium sic respondit: Ego, imperator optime, hortari, suadere et cogere insuper ad officium neque volens, neque invitus, ob timorem nimirum, praetermittam. Quod si tu in tali otio mihi degendum opinare, ut nec lingua utar, nec auribus, nec oculis, id mihi antequam ecclesiae huius antistes legerer, significare debuisti. Si tum ego quoque id pro aequo et bono probavissem, nunc necesse haberem boni consulere: sin aliud patriarcham decere iudicassem, alteri, cui talis vita proposita fuisset, thronum cessissem. Quoniam autem divino munere non solum germanam ecclesiae doctrinam defendo,

προσήκειν πατριάρχῃ, παρεχώρουν ἂν ἑτέρῳ τῶν θρόνων A.C. 1327 οὕτω ζῆν προῃρημένῳ. ἐπεὶ δὲ θεοῦ χάριτι οὐ τῶν ὀρθῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων προβέβλημαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀδικουμένων προΐστασθαι καὶ ὑπερμαχεῖν ἀνάγκην ἔχω, τοῖς ἀδικεῖν ἐθέλουσι καὶ πλεονεκτεῖν οὐ παύσομαι διαφερόμενος καὶ ἀντιλέγων, ἄν τε τῶν φαυλοτάτων τινὲς ὦσιν, ἄν τε τῶν P. 154 ὑπερλάμπρων καὶ εἰς αὐτὸ τὸ ἀκρότατον ἀφιγμένων τῆς εὐτυχίας· καὶ μᾶλλον πρὸς ἐκείνους, ὅσῳ καὶ τὰ ἀδικήματα μείζω καὶ πρὸς πλείονας ἐξάγοντα τὴν βλάβην. εἰ γὰρ μέλλοιμεν τοῖς μὲν μικροῖς μικρά τινα ἀδικοῦσι μόνον ἐγκαλεῖν καὶ τὴν ἀδικίαν ὀνειδίζειν, πρὸς δὲ τοὺς μεγίστους καὶ τὰ μέγιστα βλάπτοντας ἑκόντες ὄντες διὰ τὸ ἀξίωμα σιωπᾷν καὶ μηδὲ γρύζειν τολμᾷν, οὐδὲν διοίσομεν ἰατρῶν τῶν περὶ τρίχας μὲν καὶ ὄνυχας ἠσχολημένων καὶ τὴν τέχνην ἐν αὐτοῖς ἐπιδεικνυμένων, ἐὰν δέ τι νόσημα παρεμπέσῃ τῷ ζώῳ λυμαινόμενον B ὅλῳ, τούτου δὲ μηδεμίαν πρόνοιαν ποιουμένων, ἀλλ' ἡγουμένων ἀρκεῖν, εἴγε καὶ αὐτοὶ καθήμενοι μετὰ τῶν ἄλλων, ἀπολλύμενον ὁρῷεν. ἐγὼ δὲ καὶ πάνυ θαυμάζω μεμνημένος, ὡς ἐκέλευσας ἐμὲ μὲν τὰ τῆς ἐκκλησίας πράττειν καὶ περὶ αὐτὰ ἠσχολῆσθαι μόνα, σὲ δὲ ἐᾷν ὅπως ἂν δοκῇ τὰ τῆς βασιλείας διοικεῖν. παραπλήσιον γάρ ἐστιν ὥσπερ ἂν πρὸς τὴν ψυχὴν εἴποι τὸ σῶμα· οὐ δέομαι τῆς κοινωνίας καὶ τῆς συναφείας τῆς σῆς, οὐδὲ συνεργὸν πρὸς τὰ πραττόμενα βούλομαι ἔχειν, ἀλλ' ἐγὼ μὲν ὡς οἷόν τε ᾖ καὶ βούλωμαι, διοικήσω τἀμά, σὺ δὲ φρόντιζε περὶ τῶν ἰδίων. πᾶσι μὲν οὖν ἁμαρτάνουσι ὥσπερ τι κοινὸν φάρμακον τὸ μετανοεῖν ἐπὶ

sed etiam iniuriam passis patrocinari eorumque tutelam gerere debeo, adversari et contradicere his non cessabo, qui, deserta aequitate, plus nimio sibi arrogant, sive illi infimi, sive summi ordinis et beatissimi fuerint. Atque istis quidem vehementius, quando videlicet eorum iniuriae maiores et pluribus detrimentosae sunt. Si enim obscuros tantummodo et modice iniuriosos in ius vocabimus et iniustitiam illis exprobrabimus, adversum summos autem summe nocentes, eorum splendorem dignitatemque reveriti, mutire non audebimus, nihil a medicis differemus, qui in capillis et unguibus occupati, suam ibi scientiam ostentant: sin morbus arripuerit, qui totum animal perdat, ei depellendo nihil faciunt, sed si una cum aliis sedentes, eius interitum aspiciant, sufficere arbitrantur. Nec mediocriter miror, dum recordor, iussisse te, ut res ecclesiae curem illisque solis vacem; te pro libidine imperium regere sinam. Simile enim est, ut si corpus animae diceret: Communione et coniunctione tua non indigeo, neque in rebus agundis administram sustineo: verum per me, ut potero et voluero, negotia mea procurabo: tu tibi

A.C. 1327 τοῖς πεπλημμελημένοις ἐδόθη, ἄν τε πρὸς θεὸν, ἄν τε πρὸς C ἀνθρώπους ἡ πλημμέλεια ᾖ. οὐκ ἂν δὲ μεταγνοίη τις, ἂν μὴ πρότερον ὑπεύθυνον νομίσας ἑαυτὸν, μετριώτερός τε γένηται ἑαυτοῦ καὶ φέρων ἑαυτὸν τῷ παρ' αὐτοῦ δοκοῦντι ἠδικῆσθαι, ὑποχείριον ποιήσῃ. τοῦτο τοίνυν βασιλεὺς ὁ σὸς ἔγγονος πρότερόν τε φαίνεται ποιήσας, καὶ μᾶλλον ἢ προσῆκε καὶ νῦν οὐχ ἥκιστα. καὶ γὰρ τότε δυνάμενος, εἴπερ ἠβούλετο, τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας οὐκ ἔλαττον μέρος παρασπάσας ἔχειν, οὐκ ἠθέλησεν, ἀλλὰ φέρων ἑαυτὸν ὑπέταξέ σοι, καὶ ταῦτα μηδεμίαν αἰτίαν πρὸς τὸν πόλεμον ἐκεῖνον παρασχών· καὶ, τὸ μέ- D γιστον, ὅτι, τῆς εἰρήνης γενομένης, πρός σε ἐλθὼν, οὐκ ἠθέλησεν ἔφιππός σοι προσελθεῖν, ὥσπερ νόμος τοῖς βασιλεῦσιν, ἀλλὰ πεζῇ τε προσεκύνησε καὶ κατησπάσατό σου τὸν πόδα, ὅπερ δουλείας ἀκριβοῦς τεκμήριον ἦν· καὶ νῦν τοῦ πολέμου κινουμένου τουτουῒ, τοσοῦτον χρόνον καθήμενος, δεῖταί σου μὴ τὴν εἰρήνην καταλῦσαι. ἐλθόντων δὲ καὶ τῶν ἀρχιερέων καὶ συγκλητικῶν, οὓς ἔπεμψας πρὸς αὐτὸν, πρῶτον μὲν ἀπέδειξεν ἑαυτὸν μηδὲν ἀδικοῦντα μετὰ πολλοῦ τοῦ περιόντος, ἀλλ' ἀδικούμενον καὶ συκοφαντούμενον· ἔπειτα δὲ καὶ τοῦ μὴ λυθῆ- V.124 ναι τὴν εἰρήνην εἰπέ τε πολλὰ καὶ ἔπραξεν ἄξια λόγου, καὶ πρὸς σὲ μεμήνυκε πολλὰ, ἅπερ αὐτός τε ἀκούσας θεῷ τε εὐ- P.155 χαρίστησα τῷ τοιαύτην αὐτῷ σύνεσιν χαρισαμένῳ καὶ ἐκεῖνον ἐπῄνεσα τῆς καλοκἀγαθίας, καὶ σὲ ἐλογιζόμην ταῦτα πυθόμενον, θεῷ τε χάριν ὁμολογῆσαι καὶ τὸν υἱὸν πέμψαντα

9. ἐπέταξε legebatur.

tua curato. Omnibus itaque peccantibus commune remedium dolor de peccatis praescribitur, sive in Deum, sive in homines offensum sit. Atqui nemo resipiscet, ni prius, culpa agnita, se ipso moderatior evaserit, illi se submittens, qui se ab ipso laesum putat. Hoc est, quod nepotem tuum et prius plus aequo, et nunc cumulatissime fecisse constat. Nam cum potuisset tunc parem principatus Romani partem tibi ablatam possidere, tamen noluit; sed tibi se subiecit, idque cum bello ulciscendum nihil peccavisset: quodque caput est, pace conciliata, ad te veniens, in equo propius adequitare pepercit: sed pedester te adoravit tuumque pedem osculatus est. Et nunc post bellum hoc excitatum tamdiu sedet, suppliciter orans, ne pacem velis irritam. Episcopis et primoribus abs te missis, primum quidem copiose ostendit, nihil se iniuriarum intulisse, quin potius accepisse et obtrectationibus exagitatum fuisse. Deinde pacis conservandae multa dixit fecitque memorabilia, et multa ad te perferenda commisit; quibus auditis, et Deo gratias egi, qui tali eum prudentia ornasset, et de probitate eundem commendavi, ac te, iisdem auditis, Deo gratias egisse opinabar, missisque certis hominibus, filium ad te quamprimum adducendum curavisse, mala imminentia profligasse, omnes

A.C. 1327

διὰ τάχους ἀγαγεῖν πρὸς σεαυτὸν, καὶ τὰ προσδοκώμενα δυσχερῆ λῦσαι καὶ εὐφροσύνης ἅπαντας καὶ θυμηδίας ἐμπλῆσαι τῆς ἐπὶ τῇ εἰρήνῃ τῶν βασιλέων ἡμῶν γενησομένης. σὺ δ' οὐ μόνον οὐκ ἐποίησας τοιοῦτον οὐδὲν, ἀλλὰ καὶ ἐμὲ τὰ δέοντα συμβουλεύοντα ἀπώσω, καὶ σιωπᾷν ἐκέλευσας καὶ μὴ περιεργάζεσθαι τὰ μὴ προσήκοντα. ἐμοὶ δὲ ἀνάγκην ἔχοντι τῶν ἀδικουμένων προΐστασθαι καὶ βοηθεῖν αὐτοῖς ὅση δύναμις, καὶ ὑπὲρ βασιλέως τὸ αὐτὸ ποιήσω, καὶ μᾶλλον ὑπὲρ B τούτου, ὅσῳ καὶ τὰ μέγιστα ἀδικεῖται καὶ οὐκ εἰς αὐτὸν μόνον, ἀλλ' εἰς πάντας Ῥωμαίους τῆς εἰς αὐτὸν ἀδικίας διαβαινούσης· ὃ δέ με τῶν ἄλλων μᾶλλον οὐκ ἐᾷ σιωπᾷν, ὅτι, σοῦ προστάξαντος, ὀλίγῳ πρότερον αὐτὸς αὐτὸν ἔχρισα βασιλέα. τὸν οὖν οὕτω νομίμως καὶ δικαίως καὶ κατὰ γνώμην σὴν γεγενημένον βασιλέα, νῦν ἀπελαύνεσθαι, καὶ ταῦτα ἐπ' οὐδεμιᾷ προφάσει, ποῦ δίκαιον; ἢ πῶς οὐκ ἂν νομισθείην ἄξιος πολλῶν κεραυνῶν, ἐπὶ τοιαύτῃ παρανομίᾳ σιωπῶν αὐτός; διὰ τοῦτό σου καὶ αὖθις δέομαι πρὸς τῆς ἀληθείας αὐτῆς, εἴ τι καὶ παρεσύρης πεισθεὶς ἀνθρώποις διεφθορόσι, ταχεῖαν ποιήσασθαι τὴν διόρθωσιν καὶ μὴ τῷ ψεύδει κατὰ τῆς ἀλη- C θείας ἰσχύσαι δοῦναι ῥοπήν." Τοιαῦτα μὲν ὁ πατριάρχης μεμήνυκε πρὸς βασιλέα, μηνυταῖς χρησάμενος τῷ τε χαρτοφύλακι Γρηγορίῳ τῷ Κουτάλῃ καὶ τῷ τῶν μοναστηρίων ἄρχοντι τῷ Κυβεριώτῃ. ἀκούσας δὲ ὁ βασιλεὺς, θυμῷ τε ἐλήφθη οὐκέτι ἀνασχετῶς καὶ προσέταξεν εὐθὺς, τοὺς μὲν μηνύσαντας τοὺς λόγους εἰς δεσμωτήριον ἐμβληθῆναι, Μακάριον δὲ τὸν μητροπολίτην Σεῤῥῶν ἐν τοῖς βασιλείοις καὶ αὐτὸν ὑπὸ φρου-

laetitia et iucunditate propter futuram inter vos concordiam complevisse. At tu non modo horum nihil praestitisti: sed insuper frugifera me consulentem repulisti, et tacere alienisque negotiis non immiscere iussisti. Cum autem muneris ac officii mei sit, oppressos tueri atque adiuvare quantum queam, id ipsum pro nepote tuo imperatore praestabo, tantoque magis praestabo, quanto abs te iniquius tractatus est: quam iniquitatem non ille modo, sed Romanorum universitas sentit. Quem ego (minus istuc, quam cetera silere possum,) tuo mandato paulo ante meis manibus imperatorem adeo legitime et iuste, te libentissimo, unxi et consecravi, eum nunc abs te sic nulla sua culpa expelli, quomodo iustum est? aut quomodo non multis perdendus essem fulminibus, si in tanto scelere linguam occlusam gererem? Quare denuo te per ipsam veritatem obsecro, ut in viam, unde perversorum mortalium opera detortus es, cito redeas, neve mendacium veritati praeponderare sinas. Haec patriarcha imperatori, internuntiis Gregorio Cutala chartophylace et monasteriorum praeside Cyberiota. Quae cum audisset, intole-

A.C. 1327 ρᾷ εἶναι· τὸν μέντοι πατριάρχην τοῦ πατριαρχείου ἐκβληθέντα, ἐν τῇ μονῇ τῶν Μαγκάνων ἀπρόϊτον μένειν· τοὺς δὲ πρὸς D τὸν νέον βασιλέα παραγενομένους ἀρχιερέας μήτ' αὐτοὺς προϊέναι τῶν οἰκιῶν αὐτῶν, μήθ' ἑτέρους παρ' αὐτοὺς φοιτᾷν. ταῦτα μὲν οὖν ᾗ προσέταξεν ἐγένετο ὁ βασιλεύς. μετὰ δὲ τὴν ἐκ τοῦ νέου βασιλέως τῶν πρέσβεων ἀναχώρησιν πέντε πρὸς τῶν δέκα ἡμερῶν διηνυσμένων, ἐπεὶ μήτε παρὰ βασιλέως τοῦ πρεσβυτέρου, μήτε τοῦ πατριάρχου ἀπολογία τις ἀφίκετο πρὸς αὐτὸν, οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τεκμαιρόμενος εἶναι τὴν σιγὴν, ἅμα τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ καὶ πρωτοστράτορι ἐβουλεύοντο τί δέοι ποιεῖν. εἶπεν οὖν ὁ μέγας δομέστικος· „οὐκέτι δέον, ὦ βασιλεῦ, ἀπράκτους καθῆσθαι, ἀλλ' ἔργου ἔχεσθαι. οὐδὲ γὰρ ἔτι τινὸς ἐνδεῖν, ὃ πράξαντας ἐλπὶς τὸν πόλεμον καταλῦσαι. ὅ,τε γὰρ χρόνος, ὃν ἐνταῦθα καθήμενοι δεόμεθα βασιλέως, τοσοῦτον ὑπερήλασε καὶ τὸ δέον, ὥστ' ἤδη οὐ μεγαλοψυχία καὶ
P. 156 καρτερία ἡ ἐπὶ πλέον παράτασις, ἀλλ' ἔκπληξις πρὸς τὰ δεινὰ καὶ ἀτολμία δόξαι ἂν τισι δικαίως· πρός τε βασιλέα οὐδὲν ὅ,τι παραλέλοιπας τῶν δεόντων, ἀλλὰ πρότερόν τε πολλάκις ἐπρεσβεύσω πρὸς αὐτὸν δεόμενος μὴ καταλῦσαι τὴν εἰρήνην, καὶ νῦν πρὸς τοὺς ἐκεῖθεν ἀφιγμένους πρέσβεις ὅσα ἦν ἐπιθυμοῦντος τὴν εἰρήνην, ἐνταῦθά τε εἶπας καὶ πρὸς ἐκεῖνον διεπρεσβεύσω. ὅ,τε παρελθὼν χρόνος μετὰ τὸ τοὺς πρέσβεις

2. Palatium et monasterium huius nominis aliis scriptoribus *Μάγγανα*; promiscue, ut *Φράγγος* et *Φράγκος*. *ED. P.* Interpres *ἀπρόσιτον*: *et ad eum neminem prorsus admitti*; sed hic et apud Gregoram est *ἀπρόϊτον*. *ED. P.*

rabili ira efferbuit praecepitque, illos in carcerem statim abduci, Macarium Serrarum metropolitam in palatio sub custodia teneri, patriarcham patriarchio eiectum, in Manganensi monasterio manere nec foras progredi, profectos vero ad nepotem episcopos neque ipsos aedibus suis pedem efferre, neque ad illos quemquam ventitare. Facta ad eius arbitrium omnia. Diebus quindecim a recessu legatorum transactis, cum neque ab avo, neque a patriarcha responsum afferretur, nihil boni ex hoc silentio coniiciens iunior, cum magno domestico et protostratore quid agendum esset, deliberationem instituit. Ibi magnus domesticus, Non ultra sedendum, sed manus operi admoliendas: nihil enim restare amplius, quo ab ipsis praestito, bellum quieturum spes sit. Nam et tempus, quo hic morarentur, imperatorem avum rogitantes, usque eo terminum excessisse, ut iam longior exspectatio non magnanimitati ac tolerantiae, sed consternationi in rebus arduis et ignaviae merito tribuenda videatur: et omnes officii partes erga illum expletas esse, cum et antea toties per legatos, ut pactis conventis staret, ab eo petiverit, et nunc cum iis qui illinc venerant legatis, quaecunque potuit quispiam pacis

ἐντεῦθεν ἀπελθεῖν ἱκανὸς καὶ περὶ τοῦ πράγματος βασιλέα A. C. 1327
διασκέψασθαι καὶ ἀπολογίαν δοῦναι, εἴ τι μετριώτερον διε-
νοεῖτο. τὸ δ' ἐν τοσούτῳ χρόνῳ παρὰ βασιλέως τινὰ ἀπολο-
γίαν μὴ ἐλθεῖν, τεκμήριον ἐναργὲς τοῦ μὴ προσδέξασθαι τὴν B
εἰρήνην, ἀλλὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἤδη φανερῶς χωρεῖν· καὶ V. 125
τοῦτο ἄν τις καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος στοχάσαιτο ἀσφα-
λῶς. ὁ γὰρ ἐν τοσούτῳ χρόνῳ τὰ πρὸς τὸν πόλεμον ἐξαρτυ-
όμενος καὶ τοσούτους ἐς αὐτὸ τοῦτο πρὸς τὴν ἑσπέραν ἐκπέμ-
ψας, ὡς ἂν ἔχῃ χρῆσθαι μεγάλῃ παρασκευῇ πρὸς αὐτὸν κα-
ταστάς, οὐκ ἂν ῥᾳδίως τὰς ἐκεῖθεν πρόηται ἐλπίδας. διὸ οὐ-
δὲ ἡμᾶς ἀπράκτους δεῖ καθῆσθαι, ἀλλὰ πανταχόθεν, ἀπεγνω-
κότας τὴν εἰρήνην, πρὸς τὸ ἀμύνεσθαι παρασκευάζεσθαι τοὺς
ἐπιόντας." Τοιαῦτα τοῦ μεγάλου δομεστίκου εἰπόντος, καὶ ὁ
πρωτοστράτωρ ἔργου ἅπτεσθαι παρῄνει. „εἰ μὲν γὰρ ἠγνοοῦ- C
μεν" εἶπεν „ὅτι βασιλεὺς ἐκ πολλοῦ κεκίνηται πρὸς τὸ πολε-
μεῖν ἡμῖν καὶ πανταχόθεν ἑαυτῷ δύναμιν συναθροίζει καθ'
ἡμῶν, ἐχρῆν διασκέπτεσθαι ἐπιπολὺ, μὴ, αὐτοῦ τῆς εἰρήνης
ἐχομένου, ἡμεῖς δόξωμεν ἐξ ἀβουλίας πολέμου ἦρχθαι. ἐπεὶ
δὲ τοῦτο ἐκ πολλῶν ἡμῖν γεγένηται καταφανὲς, καὶ οὐδ' αὐ-
τὸς ἂν ἀρνήσαιτο βασιλεὺς, μὴ οὐκ αὐτὸς αἴτιος γεγενῆσθαι
τοῦ νυνὶ πολέμου, ἀναγκαῖον καὶ ἡμᾶς ὅθεν ἄν τις ὠφέλεια
ἥξει πράττειν." βασιλεῖ δὲ καὶ αὐτῷ μὲν οὐκ ἐπιπλέον ἔτι
ἐδόκει μέλλειν, ἀλλ' ἀπελθόντας παρασκευάζεσθαι πρὸς τὸν
πόλεμον, παρῄνει δὲ μηδὲ τὴν τελευταίαν ἐλπίδα τῆς εἰρήνης

cupidus, et hic coram locutus sit et per eosdem cum ipso egerit. Tempus elapsum post illorum discessum ad capiendum in hoc negotio consilium dandamque responsionem, si quid moderatum cogitaret, sufficere potuisse. Sed tanto intervallo tacere argumento esse manifesto, pacem repudiari, bellum apertum cogitari: id quod etiam ex re ipsa non dubia coniectura quispiam assequatur. Qui enim tantum temporis in apparatu militari consumpserit, tam multos ea gratia in occidentem emiserit, ut cum venisset, omnia affatim suppeditarent, spes sibi inde iniectas haud facile proiecturum. Quare nec ipsis tempus terendum, sed, pace iam desperata, ad propulsandam adversariorum vim undique subsidia comparanda. Excipiens magnum domesticum protostrator, eadem hortatus est. Si, inquit, imperatorem contra nos bellum pridem machinatum et undique copias in illud contrahere ignoraremus, circumspiciendum fuisset diligenter, ne, ipso pacem capessente, nos stulte bellum inceptaremus. Sed quoniam multa nobis liquidum faciunt, nec ipsemet inficiari possit, se armis istis causam et caput esse, nos quoque, undecunque utilitas aliqua affulserit, ea uti convenit. Ipsi quoque imperatori iuniori de cetero non cunctandum, sed e loco abeundum videbatur belloque insistendum. Admonebat tamen, spem pacis non

A.C. 1327 ἀπολιπεῖν, ἀλλ' αὐτοὺς πρὸς Βυζάντιον ἐλθόντας, δι' ἑαυτῶν D τὴν εἰρήνην αἰτεῖν. κἂν μὲν αἰδεσθέντες καταλύσωσι τὸν πόλεμον, τὸ ζητούμενον ἠνῦσθαι· ἐὰν δὲ μὴ, θεὸν ἐπιμαρτυραμένους καὶ αὐτοὺς Βυζαντίους, ὡς παντὶ τρόπῳ τὴν εἰρήνην αἰτοῦντες ἀπωθοῦνται ὑπ' αὐτῶν, ἀναχωρεῖν. ὁ μέντοι μέγας δομέστικος „πρὸς μὲν Βυζάντιον" εἶπεν „ἐλευσόμεθα, καθάπερ ἐκέλευσας, βασιλεῦ· πάνυ δὲ θαυμάζω, ὅτι τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα πρὸς τὸ μὴ καταλυθῆναι τὴν εἰρήνην πραγματευσαμένων ἡμῶν καὶ πλέον ἠνυκότων μηδὲν, τὴν αἰδῶ ἤλπισας μόνην τοῦτο ἂν ποτε δυνηθῆναι. συγγνώμη δ' ὅμως τοῦ λόγου, τοῖς ὑπὸ πυ- P. 157 ρετοῦ λαύρου κατεχομένοις πάσχοντι ταὐτόν. ἐκεῖνοί τε γὰρ ἀεὶ κρήνας [illegible]διΐασι καὶ ποταμοὺς τῷ νῷ καὶ πάντα χρήματα ὕδωρ ἀναβλύζειν αὐτοῖς ἀξιοῦσι καὶ δυσχεραίνουσι τούτου μὴ γινομένου, καίτοι γε εἰδότες σαφῶς, ὡς ἀδύνατα ἀξιοῦσι· καὶ σοὶ τῆς εἰρήνης σφόδρα περικαῶς ἐχομένῳ, οὐδὲν θαυμαστὸν καὶ τὰ πάντη ἀνέφικτα ἡγεῖσθαι δυνατὰ, καὶ ἐξ ἀπόρων, τὸ λεγόμενον, πόρους ἐπινοεῖν. ἐγὼ δὲ ἄλλοις τε πολλοῖς ἀπηγόρευκα τὴν εἰρήνην καὶ τῷ ἐπὶ τοσαύταις ἡμέραις μηδὲν τὸν πατριάρχην σοὶ μεμηνυκέναι. ἔστι μὲν γὰρ ὑπονοεῖν διὰ τὸ τὰς B τῆς πόλεως πύλας ἀσφαλῶς φρουρεῖσθαι, μηδ' αὐτῷ ἐξεῖναί τινα πέμψαι πρὸς ἡμᾶς· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ οὐ διὰ τοῦτο μᾶλλον ἢ διὰ τὸ μὴ κακῶν ἄγγελος γενέσθαι ἀσπάσασθαι τὴν σιωπήν." οἱ μὲν οὖν τοιαῦτα πρὸς ἀλλήλους βουλευόμενοι εἶπον.

10. Excidit, ni fallor, σοὶ post λόγου.

funditus abiiciendam, sed ipsi Byzantium profecti, eam peterent. Ac siquidem eos reveriti adversarii ab armis discederent, inventum esse quod quaerebatur: sin minus, testati Deum ipsosque Byzantios, se enixe pacem poscentes, ab ipsis repulsam tulisse, recederent. Hic magnus domesticus: Byzantium quidem, imperator, ibimus, ut iubes: miror autem summopere, cum tot et tanta pacis tuendae conati simus nihilque promoverimus, quid ita tu pudorem et reverentiam solam hoc tibi confecturam speres. Ignosco huic sermoni tuo, quando idem tibi accidit, quod ardentissima febri correptis solet. Illi enim perpetuo fontes et flumina somniantes, vellent omnia sibi aquas scaturire; et hoc non fieri, moleste patiuntur, tametsi certo norint, cupere se quae fieri nequeant. Sic tibi tam valde desperateque cum pace conflictanti, nihil mirum, si, ad quae pertingi prorsus nequit, ad ea perveniri posse existimas, et viam per invia, quod dicitur, excogitas. Equidem cum ob alias causas pacem in perditis habeo, tum quod spatio tot dierum nihil tibi a patriarcha significatum video. Suspicari quidem licet, quoniam portae urbis sedulo custodiuntur, nec ipsi concessum, quenquam foras ad nos transmittere; verumtamen arbitror, eum non magis ob hoc silere, quam ne malorum nuntius fiat. Sermones consultantium hi erant.

νά. Ὡς δὲ ἐδόκει πρῶτον εἰς Βυζάντιον ἐλθεῖν, ἄραν- A.C. 1327
τες ἐκ Ῥηγίου ἅμα τριακοσίοις καὶ χιλίοις λογάσιν, οὓς ἦγον, C
τὴν ἐς Βυζάντιον ἐπορεύοντο. μετὰ δὲ τὸ τὴν αὐτόθι γέφυ- V. 126
ραν διελθεῖν, παρὰ τῶν ἐν Βυζαντίῳ βασιλέως φίλων ἧκε
γράμματα πρὸς βασιλέα, πάντα κατὰ μέρος διεξιόντα, ὅπως
τε οἱ ἀφιγμένοι πρέσβεις οὐδ᾽ ἐρωτήσεως πρὸς βασιλέως
ἀξιωθεῖεν τοῦ πρεσβυτέρου, ὅσα τε δυσχεράνας ὁ πατριάρ-
χης τούτου ἕνεκα εἴποι πρὸς βασιλέα καὶ ὧν τύχοι τῶν ἀπο-
κρίσεων, καὶ τελευταῖον, ὡς αὐτός τε καὶ οἱ συμμετασχόντες
αὐτῷ τῆς πρὸς βασιλέα ἀπολογίας εἰρχθεῖεν. τῷ μὲν οὖν πέμ- D
ψαντι τὰ γράμματα βασιλεὺς διὰ τοῦ κεκομικότος τῆς εἰς
αὐτὸν εὐνοίας ἀντέπεμπε χάριτας πολλάς, τοῖς δὲ ἀμφ᾽ αὐτὸν
ἐκέλευε τὰ ὅπλα περιθέσθαι, νομίζων, οὐκ ἀσφαλὲς εἶναι
οὐδ᾽ ἐμπειρίας στρατιωτικῆς διὰ πολεμίας ἰόντας ἀφράκτους
χωρεῖν· καὶ ὡπλίζοντο πάντες ᾗ προσετάχθησαν. ὡς δὲ πλη-
σίον ἐγένοντο τῶν Βυζαντίου τειχῶν, τὴν στρατιὰν μὲν ἔστη-
σε βασιλεὺς ἀπωτέρω· αὐτὸς δ᾽ ἅμα τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ
καὶ πρωτοστράτορι καὶ στρατιώτας ἑτέρους τριάκοντα παρα-
λαβών, ἦλθεν ἐγγὺς τειχῶν παρὰ τὴν τῆς Γυρολίμνης προσ-
αγορευομένην πύλην. ἐφ᾽ ὧν ἄλλοι τε ἦσαν ὡπλισμένοι πολ-
λοὶ καὶ ἄρχων αὐτῶν ὁ τῆς βασιλικῆς τραπέζης δομέστικος
Φωκᾶς ὁ Μαρούλης, ὃν αὐτὸς δι᾽ ἑαυτοῦ προσηγόρευεν ὁ
βασιλεύς. ὁ δ᾽ ἀπεκρίνατο μὲν οὐδέν, προσεκύνει δὲ μόνον P. 158
σιγῇ. τό, τε γὰρ ὡς βασιλέα καὶ δεσπότην ἑαυτοῦ δέος οὐ
μικρὸν ἐνεποίει προσαγορεῦσαι, τὴν ἐκ βασιλέως τοῦ πρεσβυ-

B ὅταν ἀφίκηται, παραδώσων. οἱ δ' ἐν Ἐδέσσῃ δυνατοὶ, οἵ τε
Ἄγγελοι Ῥαδίποροι ἐπικεκλημένοι, τρεῖς ὄντες ἀδελφοὶ, καὶ
ὁ Λάσκαρις, ἐπεὶ τὰ προστάγματα ἐδέξαντο βασιλέως, μηδε-
μίαν ποιησάμενοι ἀναβολὴν, ἐπεὶ καὶ ὁ δῆμος Ἐδεσσηνῶν τῆς
αὐτῶν ἐξήρτητο γνώμης, τήν τε βασίλισσαν τὴν Δημητρίου
τοῦ δεσπότου γαμετὴν καὶ τὴν ἐπάρχου τοῦ Μονομάχου καὶ
τὴν Ῥαοὺλ περιώρισαν ἐν οἰκίαις, καὶ ἐφύλαττον περιστήσαν-
τες φρουράν. μετὰ μικρὸν δὲ οἱ ἄνδρες αὐτῶν ἐλθόντες, ἐπεὶ
εὕρισκον Ἐδεσσηνούς τε αὐτῶν ἀφεστηκότας καὶ εἰρχθείσας

25. εἰρχθείσας corr. N. pro ἠχθείσας idemque legit Intpr.

lacum, quo cingitur, munitissimam, Angelus protovestiarii gener procurat; qui mihi et cognatione propinquissimus est, et ut educatori ac magistro suo in re bellica gratiam obedientiamque non vulgarem debet: ac propter necessitudinem mutuam protovestiarium quamvis socerum facillime deserens, nobis oppidum dedet. Cum ista obtinuerimus, Berrhoeitae ultro se dedent: quos etiam, priusquam haec peragantur, cras aut perendie urbem suam traditum venturos existimo. Huic consilio subscripsit statim imperator, aliique id ipsum laudantes approbarunt Iamque fixum ac ratum erat Edessam petere, et illico tam ipsius imperatoris mandata, quam magni domestici litterae per citatissimos equites eo et simul Castoriam mittebantur. Atque Angelus quidem Castoriae praefectus mox urbi custodes adhibuit: utpote imperatori adventanti deditionem facturus. Qui Edessae potentia eminebant, Angeli Rhadipori cognominati, fratres trigemini, et Lascaris, acceptis mandatis, citra procrastinationem, quod et populus Edessenus ab eorum nutu auctoritateque pendebat, uxores trium eorum, quos supra nominavimus, ipsarum aedibus circumscripserunt

τὰς γυναῖκας, τραπόμενοι ἔφευγον πρὸς τὸν ἄρχοντα τῶν Τρι- A.C.1328 βαλῶν. ὡς γὰρ ἐπύθοντο ἔτι ἐν Φεραῖς ὄντες, ὡς βασιλεὺς τὴν πρὸς Θεσσαλονίκην φέρουσαν ἐτράπη, ἤλπισαν μὲν οὐδ' C ἐπὶ μικρὸν αὐτῷ τὴν πόλιν προσχωρήσειν, ἀσφαλείας δὲ ἕνεκα τοὺς τριακοσίους ἔπεμψαν ὡς τὴν ἀκρόπολιν καθέξοντας· ἐπεὶ δὲ ἐπύθοντο ὡς ἥ τε Θεσσαλονίκη προσεχώρησε βασιλεῖ, καὶ οἱ τριακόσιοι, οἱ μὲν ἀπέθανον, οἱ δ' ἐζωγρήθησαν ὑπὸ τῶν βασιλικῶν, πᾶσαν ἐλπίδα σωτηρίας ἤδη περιαιρεθέντες, πρὶν ἔκπυστα τοῖς πᾶσι γενέσθαι τὰ συμβάντα, τὴν στρατιὰν ὅση ἦν ἀναλαβόντες, προσχήματι μὲν ᾔεσαν ὡς ἐπὶ Θεσσαλονίκην, ὡς οὔπω ἑαλωκυῖαν περιποιήσοντες, ἵνα μὴ δοκοῖεν ἐκλιπόντες Φερὰς καὶ τὰς ἄλλας τῆς Μακεδονίας πόλεις φεύγειν· τῇ δ' ἀληθείᾳ, ὡς ἕκαστος χωρήσοντες οἷ ἂν αἵ τε γυ- D ναῖκες καὶ τὰ τέκνα ᾖ. ἐπεὶ δὲ ἐξελθόντες ἀπὸ Φερῶν εἴχοντο ὁδοῦ ὅσοι τε ἐκ Θεσσαλονίκης συνεστρατεύοντο αὐτοῖς, ἐπεὶ ἐπύθοντο ἑαλωκυῖαν, ἀποστάντες αὐτῶν, ἐχώρησαν πρὸς βασιλέα· καὶ οἱ Βεῤῥοιῶται τὰ ἐν Βοδηνοῖς πυθόμενοι συμβάντα, ταὐτὰ τοῖς ἐκ Θεσσαλονίκης ἐποίουν· τό, τε συστρατευόμενον V. 136 αὐτοῖς ὑπήκοον Ῥωμαίοις στράτευμα Μυσῶν ἤδη καὶ ἐνεωτέρισε φανερῶς. ἐντυχόντες γὰρ τοῦ πρωτοβεστιαρίου βοσκήμασι πολλοῖς, διήρπασαν αὐτὰ, αὐτοῦ παρόντος καὶ προσεποιήσαν ἑαυτοῖς. ἐπιχειροῦντι δὲ ἀνασώζειν τὰ διαρπασθέντα,

17. ἐν Βοδηνοῖς Intpr. vertit *Edessae*; quippe urbs ista hoc etiam nomen sortita est; unde et in Graecia Sophiani dicitur *Vodena*, et in tabulis Georgii Chrysococcae *Βόδενα*. *ED. P.* Vid. Meletii Geograph. II. p. 472.

et excubiis circumdederunt. Paulo post advenientes mariti, cum Edessenos in se insurrexisse suasque mulieres conclusas invenissent, fugam ad Tribalorum principem fecerunt. Nam cum adhuc Pheris audissent, imperatorem Thessalonicam iter suscepisse, ne minimum quidem in timorem venerant, urbem se illi permissuram: ad arcem tamen tutius retinendam trecentos illos submiserunt. Deinde ubi Thessalonicam se sub imperatoris potestatem subiecisse et illos trecentos partim occisos, partim captos intellexerunt, omni iam spe salutis deplorata, priusquam evulgarentur quae omnibus contigissent, copiis quantae erant assumptis, simularunt quidem, se Thessalonicam ire, quasi nondum captam asserturi, ne, Pheris ceterisque Macedoniae urbibus relictis, fugam inire putarentur, sed revera quisque ubi uxor et liberi erant abituri. Posteaquam Pheris egressi, viam invaserunt, quotquot Thessalonicenses sub iis militabant, urbem occupatam resciscentes, ab eis ad imperatorem transierunt; idemque Berrhoeitae, cognitis quae Edessae contigerant, facere non dubitarunt: et qui sub illis merebant Moesi Romanis subiecti, iam libere novas res audebant. Nam cum in magnos protovestiarii greges incidissent, ipso inspectante, ad usum suum eos abigebant. Qui cum

A.C. 1328 οὐ μόνον οὐκ ἐπείθοντο, ἀλλὰ καὶ τῶν σκευοφόρων αὐτοῦ τινα ἀφείλοντο τὸν ἵππον, ἔργῳ διδάσκοντες ὡς εἰ μὴ ἀγαπῴη, χωρήσοντες καὶ κατ' αὐτοῦ. ἥ τε λοιπὴ ἅπασα στρα- P. 170 τιὰ καὶ οἱ ἐκ τῶν ἑσπερίων πόλεων παρόντες δυνατοὶ, τῶν βασιλέως πραγμάτων ἤδη φανερῶν γεγενημένων, ἐκλιπόντες τοὺς στρατηγοὺς, πάντες ἦλθον ὡς αὐτόν. δείσας δὲ ὁ πρωτοβεστιάριος εἰς Ἀχρίδα ἐλθεῖν, (ἐκεῖ γὰρ ἦν καταθέμενος τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα,) ὅτε κατὰ βασιλέως ἅμα τῷ στρατεύματι ἐχώρει, ἅμα δεσπότῃ καὶ τοῖς λοιποῖς, εἰς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὄντες, ἐχώρησαν πρὸς Κράλην τὸν ἄρχοντα τῶν Τριβαλῶν. Φεραῖοι δὲ, ὅσοι ἦσαν ἐκ Βυζαντίου δεσπότῃ καὶ τοῖς ἄλλοις ἑπόμενοι στρατηγοῖς, ἐπεὶ ἐλεί- B ποντο ἐκεῖ ἀναχωρούντων, πάντα συσχόντες, τὰ ὄντα μὲν διήρπασαν αὐτοῖς, αὐτοὺς δὲ ὑπὸ δεσμοῖς ἤγαγον ὡς βασιλέα. βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἐδέδοκτο τὴν ἐπὶ Ἔδεσσαν ἰέναι, ἐξελθὼν Θεσσαλονίκης, δευτεραῖος ἦλθεν εἰς αὐτά. οἱ Ἐδεσσηνοὶ δὲ ἐξελθόντες πανδημεὶ, προσεκύνησάν τε βασιλέα καὶ τὸ πόλισμα παρέδοσαν. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ᾗ αὐτῷ ἐδόκει διῴκει ὁ βασιλεύς· ὅσα δὲ ἦν αὐτόθι χρήματα δεσπότῃ καὶ τοῖς ἄλλοις στρατηγοῖς, ἃ μὲν ἂν ᾖ ἴδια ταῖς γυναιξὶ, ταῦτ' ἔχειν προσέταξεν αὐτὰς, καὶ μηδένα ἀδικεῖν, ἃ δ' ἂν ᾖ τῶν ἀνδρῶν, αὐτῷ μηνυθῆναι, ὡς ἂν αὐτὸς διαγνῷ περὶ αὐτῶν. αἱ μὲν οὖν ἄλλαι τὰ ἴδια μεμηνύκεσαν καὶ τὰ τῶν ἀνδρῶν, βα- C σίλισσα δὲ ἡ τοῦ δεσπότου γαμετὴ, δείσασα μὴ τὰ χρήματα ἀφαιρεθείη, ὀλίγα μὲν ἐκ τῶν ἐνόντων ἐποίησε φανερὰ, τὰ

rapta recuperare contenderet, non modo non cesserunt, sed cuidam praeterea eius caloni equum sarcinarium abstulerunt; facto monentes, ni boni consuleret, se illum quoque invasuros. Reliqua insuper copia, quique ex occidentalibus oppidis opulenti et illustres aderant, fortuna imperatoris iam conspicua, universi, desertis ducibus, ad eius rationes se adiungebant. Protovestiarius formidans Achridem ire, ubi uxorem cum prolibus deposuerat, quando exercitum adversus imperatorem ducebat, item despota ceterique ad Cralem Tribalorum principem discesserunt, numero quinquaginta supra centum. Pheraei autem quicunque Byzantio despotam aliosque duces secuti fuerant, cum ab aliis ibi abeuntibus desererentur, comprehensis omnibus ac despoliatis, ad imperatorem eos in vinculis adduxerunt; qui Thessalonica egressus, postridie, ut decreverat, Edessam venit; cui extra portam obviam procedentes incolae eumque adorantes, urbem dediderunt. Ac cetera quidem qua illi ratione collibitum est, instituit: de rebus autem despotae et ducum ceterorum, quae essent uxorum propriae, eas illis citra iniuriam dimitti iussit: quae autem virorum, ad se referri, ut de iis ipse decerneret. Aliae igitur omnia, regina despotae coniux verita, ne privaretur, pauca de summa indicavit,

πλείω δὲ μοναχῷ τινι παρακατέθετο φυλάττειν. καὶ διέλαθόν γε ἄχρι καιροῦ· ἔπειτα φωραθέντος τοῦ μοναχοῦ μετὰ χρόνον τινὰ ὑπὸ τῶν ἐπιτροπευόντων ἐν ἐκείνοις τοῖς χωρίοις, ἄλλοτε ἄλλα διηρπάσθη. ἐπεὶ δὲ ἀνηνέχθη τῷ βασιλεῖ περὶ τῶν χρημάτων, τά τε ἴδια καὶ τὰ τῶν ἀνδρῶν προσέταξεν ὁ βασιλεὺς ἔχειν τὰς γυναῖκας, ὡς ἂν ἔχοιεν καὶ τοῖς ἀνδράσι χορηγεῖν ἐπὶ τῆς ξένης· αὐτὰς δὲ ἐκ Βοδηνῶν ἀχθῆναι εἰς Θεσσαλονίκην, κἀκεῖθεν εἰς Διδυμότειχον, ἵν' ἐκεῖ συνδιάγοιεν τῇ βασιλίδι. καὶ ἐπληροῦτο τὰ κεκελευσμένα. A. C. 1328 D

νέ. Εἰς τὴν ὑστεραίαν δὲ ἀπάρας ἐξ Ἐδέσσης, ἦλθεν εἰς Καστορίαν· καὶ εἰσεδέξατο αὐτὸν ὁ ταύτης ἐπιτροπεύων Ἄγγελος χαίρων, καὶ παρέδωκε τὴν πόλιν. ἦν γὰρ δὴ καὶ πρότερον τὴν ἄφιξιν προσδεχόμενος αὐτοῦ, ἐξ ὅτου πρὸς αὐτὸν ἐκ Θεσσαλονίκης προστάγματά τε ἐκείνου καὶ τοῦ μεγάλου δομεστίκου γράμματα ἐπέμφθη, καὶ τὴν πόλιν εἶχεν ἐν φυλακῇ ἕνεκα αὐτοῦ. μεταξὺ δὲ τὴν πρὸς Καστορίαν ὁδεύων ὁδὸν, τόν τε Βοησίλαν τῶν Μυσῶν δεσπότην καὶ Βρυέννιον τὸν μέγαν δρουγγάριον καὶ Ἐξώτροχον τὸν μέγαν ἑταιρειάρχην ἅμα δισχιλίοις ἱππεῦσι στρατιώταις ἀπολεξάμενος, τὴν πρὸς Ἀχρίδα ἐκέλευσεν ἰέναι, εἴ πως δυνηθεῖεν τὸν πρωτοβεστιάριον φθάσαντες παρελθεῖν εἰς αὐτήν. καὶ βαδίσαντας συντόνως, ἐπεὶ προτεραίᾳ ἦλθον, εἰσεδέξαντο αὐτοὺς οἱ Ἀχριδηνοὶ ἀνοίξαντες τὰς πύλας· ἤδη γὰρ ἅπαντα ἀφίσταντο πρὸς βασιλέα τὸν νέον, καὶ ἀναγκάζοντος μηδενός· πρωτοβεστιάριος δὲ ἐπεὶ ὑστέρησε, πυθόμενος ἑαλωκυῖαν τὴν Ἀχρίδα, P. 171 V. 137 B

4. ἄλλοσε Intpr. legisse videtur: *alio.*

maiore parte apud monachum quendam deposita. Et latuerunt sane ad tempus; deinde monacho ab illorum locorum praefectis deprehenso, alio alia direpta sunt. Ubi vero de rebus illorum imperatori significatum est, et suas et maritorum res ipsas feminas sibi habere iussit, ut in viros, locis exteris viventes, quod erogarent ne deesset; ipsas autem Edessa Thessalonicam, inde Didymotichum abduci, illic cum imperatrice victuras. Quod quidem ita factum est.

55. Postera luce Edessa excedens, Castoriam init, cuius praefectus Angelus cum laetitia illum excipit et urbem tradit. Nam ex quo Thessalonica eius mandatum cum magni domestici litteris acceperat, adventum opperiebatur oppidumque ea gratia custodiebat. Castoriam iter agens, Boësilam Moesorum despotam et Bryennium magnum drungarium et Exotrochum magnum hetaeriarcham cum duobus selectorum equitum millibus Achridem mittit, si qua possent protovestiarium antevertentes, eam ingredi. Qui continenter equitantes, quia priores venerant, ab Achrideno populo, portis apertis, intromissi sunt; iam enim omnes, quamquam nullius coactu, ad iuniorem im-

A.C. 1328 τὰς σωζούσας ἐλπίδας ἀπογνοὺς, ηὐτομόλησε μετὰ τῶν ἄλλων εἰς Κράλην. καὶ ἐπεχείρουν πείθειν αὐτὸν, πόλεμον ἄρασθαι πρὸς βασιλέα, εἴ πως δι' αὐτοῦ δυνηθεῖεν ἀναμαχέσασθαι τὴν ἧτταν. καὶ πεισθεὶς αὐτοῖς, ἦλθεν ἄχρι μεθορίων τῆς αὐτοῦ καὶ Ῥωμαίων γῆς, στρατὸν ἐπαγόμενος πολύν. βασιλεὺς δὲ ἡμέραν μίαν αὐλισάμενος ἐν Καστορίᾳ, ἄρας ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς Ἀχρίδα. καὶ ἐκέλευσε τὴν πρωτοβεστιαρίου
C γαμετὴν ὅσα ἔχει χρήματα λαβοῦσαν, εἰς Θεσσαλονίκην ἐλθεῖν, ὡς ἅμα ταῖς ἄλλαις ἀφιξομένην εἰς Διδυμότειχον. ἡ δὲ ὑποπτεύσασα, μὴ οὐκ ἀληθῆ τὰ λεγόμενα ᾖ, καὶ δείσασα περὶ τοῖς χρήμασι, τοῖς φίλοις παρακατέθετο φυλάττειν· αὐτὴ δὲ ἰσχυρίζετο μηδὲν ἔχειν. ἐκείνη μὲν οὖν ὡς εἶχεν ἅμα καὶ ἑτέραις γυναιξὶν ἤχθη εἰς Θεσσαλονίκην. καὶ μετὰ μικρὸν εὕρηνται αὐτῆς παρά τινι κεκρυμμένα κόσμοι τε γυναικεῖοι καὶ ἕτερ' ἄττα, χρυσίων δισμυρίων ἄξια τιμῆς· ὀλίγαις δὲ ὕστερον ἡμέραις προσελθών τις τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ καὶ
D ἀναμνήσας παλαιᾶς τινος εὐεργεσίας, ἣν ὑπ' αὐτοῦ ἦν πεπονθὼς, ἔλεγε δίκαιον εἶναι καὶ αὐτὸν ὅ, τι ἂν δύναιτο ἀντευποιεῖν, καὶ ἐμήνυεν αὐτῷ, ὡς εἰδείη τοῦ πρωτοβεστιαρίου χρήματα ὅπου κρύπτοιτο πολλά. πέμψας δὲ ὁ μέγας δομέστικος τῶν πιστοτάτων οἰκετῶν τινα, ὑφηγουμένου τοῦ μεμηνυκότος, τὰ χρήματα ἤχθη πρὸς αὐτὸν ἐν δυσὶ κιβωτίοις, ἐν οἷς ἦν ἀγγεῖόν τι ἐκ χαλκοῦ πεποιημένον, δισχιλίους καὶ μυρίους ἔχον χρυσοῦς, καὶ ζῶναι καὶ ἐκπώματα ἐκ χρυσοῦ πεποιημέ-

2. Scripsit, ni fallor, ὡς Κράλην. 3. Pro ἀναμαχέσασθαι legebatur ἀνακαλέσασθαι.

peratorem desciverant. Protovestiarius serius adveniens oppidumque receptum audiens, spe, qua sustentabatur, abiecta, cum reliquis ad Cralem profugit: cui bellum contra imperatorem persuadere instituit, si forte per ipsum sua damna reparare posset. Crales eorum verbis impulsus, ad confinia sua Romanorumque ingentem exercitum adducit. Imperator unum diem Castoriae commoratus, Achridem venit uxoremque protovestiarii cum omni re sua Thessalonicam ire, inde cum ceteris feminis Didymotichum profecturam iussit. Illa suspicata, sibi verba dari, et gazae suae metuens, amicis asservandam concredidit affirmavitque, nullam se habere: atque ita Thessalonicam deducta est. Haud diu post eius mundus et alia nonnulla, vicenis aureorum millibus aestimata, apud nescio quem reperta sunt. Pauci dies abierant, cum quidam ad magnum domesticum adiens, veteris cuiusdam meriti, quod ille in se collocasset, memoriam ei renovavit dixitque aequum videri, ut bene merito beneficium redderet pro viribus: se nosse, ubi protovestiarii magna vis pecuniae lateret. Misso de famulis uno et fidelissimo, indice illo praemonstrante, allatae sunt arculae duae, in quibus vas aeneum et in eo

να καὶ ἄργυρος ἄσημος καὶ γυναικεῖοι κόσμοι καὶ ἕτερ' ἄττα A.C. 1328
τετρακισμυρίων ἄξια χρυσίων. τῷ μὲν οὖν τὰ χρήματα με-
μηνυκότι λόγοις τε ὁ μέγας δομέστικος ὡμολόγει χάριτας καὶ
ἔργοις ἐποίει εὖ· βασιλεῖ δὲ προσελθὼν, τά τε χρήματα ἐμή-
νυεν ὡς εὕρηνται, καὶ ἐδήλου καὶ τὸν ἀριθμόν. βασιλέως δὲ
„οὐκοῦν" εἰπόντος „σὲ τὸν εὑρηκότα δίκαιον ἔχειν" „ἀλλ' οὔ- P. 172
τε πρότερον" εἶπεν αὐτὸς „ἐν τοῖς τοῦ πολέμου καιροῖς οὔτε
πλείω οὔτ' ἐλάττω χρήματα ἀφειλόμην τινὸς, ὥσπερ οἶσθα
καὶ αὐτός· οὔτε τούτων ἂν ὀφθείην ἥττων νῦν." „ἀλλ' οὐ-
δὲν" ἔφη „θαυμαστὸν" ὁ βασιλεὺς „εἰ πολλὰ [illegible] αὐτῶν ἀφῃ-
ρημένος καὶ μάλιστα πρωτοβεστιαρίου τουτουῒ, ὀλίγα ἄττα ἐκ
τῶν αὐτοῦ ὠφεληθήσῃ." „αὐτὸ μὲν οὖν τοῦτο μᾶλλον" εἶπε
„θαυμαστὸν, εἰ πολλὰ ὑπ' αὐτῶν καὶ μάλιστα κατὰ τὸν δεύ-
τερον πόλεμον ζημιωθεὶς, καιροῦ παρασχόντος, οὐκ ἠθέλησα
ἀμύνασθαι τοῖς ἴσοις, νυνὶ δὲ ὀλίγων ἕνεκα χρημάτων τό, τε B
ἐξ ἀρχῆς ἦθος διαφθερῶ καὶ ἥττων ἀδίκου λήμματος καὶ κέρ-
δους ἂν φανῶ· ἀλλὰ μᾶλλον αὐτὰ στρατιώταις καὶ ἄλλοις
οἷς ἂν ἐθέλῃς κέλευσον διανεμηθῆναι." βασιλεὺς μὲν οὖν ἐπεί-
θετο εἰπόντι, καὶ τὸν χρυσὸν ὅσος ἦν ἐκέλευσε διανεμηθῆναι V. 138
τῇ στρατιᾷ· ὅσα δὲ ἦν ἔπιπλα καί τινα ἐκ τῶν σκευῶν τῶν
εὐπατριδῶν διεδόθη τισὶ, καὶ τὰ λειπόμενα τῷ βασιλικῷ προσ-
ήχθη ταμιείῳ. ὀκτὼ δὲ ἡμέραις τῇ Ἀχρίδι ἐνδιατρίψαντα
βασιλέα οἵ τε τὰς Δεαβόλεις νεμόμενοι Ἀλβανοὶ νομάδες καὶ

22. Ἀχρίδι recte ED. P. pro Ἀχρίδα.

aureorum nummum duodena millia et zonae et pocula aurea: argentum praeterea non signatum et ornamenta muliebria et alia quaedam, quorum omnium pretium ad quadraginta millia ascendebat. Indici igitur magnus domesticus et verbis gratias egit et rebus benefecit. Convento imperatore, de pecunia, quomodo inventa et quam grandis esset, narravit. Tum imperator, ergo tu inventor ista tibi habeas, ut iustum est. Atqui, inquit domesticus, nec antea belli tempore vel multam vel modicam cuiusquam tuli pecuniam, quemadmodum tute nosti: nec ab ista modo vinci velim. Haud mirum ac novum, subiicit imperator, cum multa alii tibi abstulerint, praecipue protovestiarius, si vicissim pauca quaedam ex eius rebus ad tuam utilitatem redeant. Rursum domesticus: Hoc vero mirum fore, si tot praesertim altero bello detrimentis ab illis affectus, quamvis oblata occasione, par referre noluisset, nunc pecuniolae causa antiquos mores suos in peius immutaret et iniquo munere ac lucro minor appareret; immo enimvero potius militibus et aliis, quibus placeret, iuberet distribui. Morem gessit imperator et nummum aureorum quantum esset in militem dispertiri mandavit: supellex et vasa aliquot nobilibus quibusdam donata, reliqua in fiscum imperatoris illata sunt. Quem post octiduum Achridem adoratum venerunt agro-

A. C. 1328 οἱ τὰς Κολωνείας, ἔτι δὲ καὶ οἱ Ἀχρίδος ἐγγὺς, προσεκύνησαν ἐλθόντες καὶ δουλεύειν ἐπηγγείλαντο προθύμως. τοὺς
C δὲ πόῤῥω κατῳκισμένους πρὸς ἐσχατιαῖς τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας γράμματα ἐκάλει βασιλικὰ πρὸς Θεσσαλονίκην ἐλθεῖν, ὡς προσκυνήσοντας ἐκεῖ· καὶ οὐ πολλῷ ὕστερον ἦλθον. ὁ μέντοι Κράλης ἅμα στρατῷ παντὶ τῷ ὑπ' αὐτὸν ἐν μεθορίοις τῆς αὐτοῦ καὶ Ῥωμαίων ἡγεμονίας ὢν, ὑπὸ μὲν τῶν φυγάδων Ῥωμαίων ὁσημέραι παρεκαλεῖτο κατὰ βασιλέως ἐλθεῖν καὶ μάχην συμπίπτειν, ὑπήκουε δὲ οὐδαμῶς, δεδιὼς μὴ οὐ κατὰ γνώμην αὐτῷ τὰ πράγματα χωρήσῃ. περιέμενε δὲ τὸν Χρέλην, ὃς ἦν ἐν Φεραῖς, Ῥωμαίοις κατὰ τοῦ νέου βασιλέως
D συμμαχῶν, (ἔτι γὰρ ἀπῆν,) παρ' αὐτοῦ περὶ βασιλέως καὶ τῆς ὑπ' αὐτὸν στρατιᾶς βουλόμενος πυθέσθαι, εἰ ἐπιχειρητέα εἴη ἢ μή. ἐπεὶ δὲ ἀφῖκτο, ἐπυνθάνετο αὐτοῦ ὁ Κράλης, εἰ πρὸς βασιλέα πολεμητέον εἴη· ὁ δὲ συνεβούλευεν, εἰρήνην μᾶλλον ἄγειν καὶ μὴ τὸν οὐκ ὄντα πόλεμον ἑαυτῷ καὶ ὑπηκόοις ἐπάγειν. βασιλέα γὰρ αὐτὸς ἔλεγεν ἐν Φεραῖς ἑωρακέναι ἄγοντα μὲν στρατὸν οὐ πάνυ πολὺν, τοσοῦτον δὲ τὰ πολέμια ἐξησκημένον καὶ ἵπποις τε καὶ ὅπλοις διακεκοσμημένον ἐκπρεπῶς, ὡς ἔκπληξιν καὶ ἀπὸ μόνης ὄψεως παρέχειν· οὕτω δὲ ἀθορύβως καὶ εὐτάκτως ἑπόμενον τοῖς ἡγεμόσιν, ὡς δοκεῖν οὐ πολλοὺς, ἀλλ' ἕνα ὄντα τῶν τε παραγγελμάτων ἀκούειν καὶ σπουδῇ τὰ κελευόμενα ποιεῖν. „ἀνδρίας δὲ τοσοῦτον αὐτοῖς περίεστι καὶ τόλμης, ὡς, καίτοι τῶν ἀντιτεταγμένων ὄντες ἐλάσσους πολλῷ,
P. 173 καὶ ἐπιόντες αὐτοῖς παρὰ πόλιν οἰκείαν στρατοπεδευομένοις,

stes Albani, quique Deaboles quique Colonias et qui iuxta Achridem habitant, se prompte ei parituros promittentes. Longius autem in ultimis videlicet Romanorum finibus incolentes, litterae imperatoriae Thessalonicam, ibi obsequia sua honorifice delaturos, accersiverunt: qui brevi adfuerunt. Iam vero Crales cum toto agmine suo in confiniis consistens, a fugitivis Romanis quotidie ad proelium cum imperatore committendum sollicitabatur; qui infaustum formidans exitum, nequaquam eos audiebat; Chreles illi in exspectatione erat, qui Pheris adversum imperatorem iuniorem Romanis auxilium ferens, nondum redierat. Ex eo de imperatore eiusque exercitu, invadendus esset necne, intelligere cupiebat. Praesentem iam percunctatur, ecquid confligendum putet. Ille pacem potius agitandam, nec bellum, quod adhuc nullum sit, sibi suisque accersendum hortatur: imperatorem ipsum Pheris se vidisse, ducentem copias exiguas, verum in arte militari tantopere exercitatas, equisque et armis tam eximie instructas, ut solo aspectu terrorem incuterent. Ad hoc tam sedate et ordinate duces suos sequentes, ut non multos, sed unum dumtaxat esse credas, qui praecepta et audiat et co-

οὔτε ἔδεισαν οὔτε ἐθορυβήθησαν οὐδαμῶς· ἀλλὰ ἐγγὺς γενό- A.C.1328
μενοι Φερῶν ὅσον συναναμίγνυσθαι αὐτοῖς, ἔστησαν ἀνάπλεῳ ὁρμῆς διὰ πάσης τῆς ἡμέρας προκαλούμενοι ἐς μάχην. ἐπεὶ δὲ οὐδεὶς αὐτοῖς ἀντεπεξῄει, μικρὸν ἐκκλίναντες, ηὐλίσαντο τὴν νύκτα, καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν πάλιν φραξάμενοι ἅμα ἕῳ, ὡς ἐς μάχην ἔστησαν παρατεταγμένοι, καὶ πέμψαντες ἡμᾶς προὐκαλοῦντο ἐς τὴν μάχην· ἡμῶν δὲ οὐδὲ ἀντιβλέπειν ὑπομενόντων καὶ φανερῶς τὴν συμπλοκὴν ἀπειπαμένων, ἀναστρέψαντες μεθ' ὅσης ἂν εἴποις τῆς εὐταξίας, ἐστρα- B
τοπεδεύσαντο ἐν Ζίχνᾳ. τῇ δὴ οὕτω πανταχόθεν συγκεκροτημένῃ στρατιᾷ, καὶ ὑπὸ στρατηγοῖς ἀγομένῃ πολλοῖς τε καὶ ἀγαθοῖς, ἀνάγκης χωρὶς οὐκ ἂν συγχωρήσαιμι συμπλέκεσθαι ἐγώ. νυνὶ δὲ καὶ τῆς ἑσπερίου στρατιᾶς ἁπάσης, πολλῆς τε καὶ αὐτῆς καὶ ἀγαθῆς οὔσης, προσκεχωρηκυίας βασιλεῖ, ἔτι μᾶλλον ἀπορώτερα τὰ πρὸς τὸν πόλεμον αὐτῶν καθέστηκε."

Τοιαῦτα εἰπόντος τοῦ Χρέλη, ὅ,τε Κράλης ἐπείθετο καὶ οἱ ἄλλοι ἡγεμόνες τῆς στρατιᾶς, καὶ ἤδη ἀπέσχοντο ταῖς γνώμαις τοῦ πρὸς βασιλέα πολεμεῖν· ἔμενον δὲ ὅμως ἐπὶ τῆς αὐτῆς στρατοπεδείας. βασιλεὺς δὲ ἐκ τῆς Ἀχρίδος μετὰ ὀγδό- C
ην ἡμέραν ἄρας, ἦλθεν εἰς Πελαγονίαν, τὴν εἰς Καστορίαν ἐκλιπὼν ὁδὸν, ἅμα μὲν, ἵνα καὶ τὰ ἐκεῖ περιποιήσηται πολίχνια καὶ τὴν ἄλλην χώραν, ἅμα δ', ἐπεὶ καὶ τὸν Κράλην ἐν ὁρίοις πύθοιτο τῆς σφετέρας ἀρχῆς εἶναι, ἵνα μὴ δοκοίη φό-

leriter conficiat: tantum autem fortitudine et audacia excellere, ut quamvis numero adversariis multo inferiores, eos ad urbem ipsorum nulla penitus consternatione aut formidine sequerentur, et prope Pheras, quo acie cum illis dimicarent, diem totum sub signis starent, pleni Martio spiritu hostem ad certamen provocantes. Quos contra cum efferre pedem auderet nemo, declinasse paululum et in campis pernoctasse. Postridie, orto sole, rursum armatos et dispositos, ad congrediendum hostes per internuntium elicere voluisse. Qui cum eorum ne vultum quidem ferrent pugnamque praecise detrectarent, quanto dici potest ordine et modestia Zichnam repetivisse. Itaque cum exercitu sic omnimodis instructo ac duces habente complures atque egregios, sine necessitate, ut depugnetur, nunquam se auctorem futurum. Adde, quod occidentales copiae ipsae quoque nec parvae et non instrenuae, cum imperatoris agmen adauxerint, ut ipsi ab hoc bello abhorrere ac refugere magis debeant, effecerint. Haec oratio Crali ceterisque ducibus fidem fecit. Et quamquam belli gerendi voluntatem deponerent, in iisdem castris nihilo minus permanebant. Imperator Achride post diem octavum discedens, relicta Castoria, in Pelagoniam venit: et ut oppida illa ceteramque regionem reciperet, et ut ne, quia Cralem in finibus imperii sui castrametari acceperat, eius timore iter illud devitasse videretur. Romani

A.C. 1328 βῳ τῷ πρὸς αὐτὸν ἀποσχέσθαι τῆς ὁδοῦ. οἱ μέντοι Ῥωμαί-
V. 139 ων φυγάδες ὡς ἐπύθοντο διὰ Πελαγονίας ἰέναι βασιλέα, τῷ
Κράλῃ προσιόντες, ἠνάγκαζον συμπλέκεσθαι βασιλεῖ, ἤδη οὐ
πολὺ ἀπέχοντι αὐτῶν. ὁ Κράλης δὲ ἀπεκρίνατο, μήτε νῦν μή-
τε εἰσαῦθις ἑκὼν πολεμήσειν βασιλεῖ, ἐὰν μὴ αὐτὸς ἐπίῃ· αὐ-
D τοῖς δὲ τὴν δυνατὴν βοήθειαν εἰσενηνέχθαι, δυοκαίδεκα τά-
γματα ἅμα στρατηγοῖς παρασχόμενος ἐν Φεραῖς αὐτοῖς ἐπι-
κουρεῖν. νυνὶ δὲ αὐτῷ καὶ τούτου ἕνεκα μεταμέλειν, ὅτι
πρὸς οὐδὲν ἠδικηκότα πόλεμον ἤρατο ἐξ αἰτίας οὐδεμιᾶς. βα-
σιλέας δὲ Ῥωμαίων πρὸς ἀλλήλους διαφερομένους, αὐτοὺς ἂν
εἰδέναι, ὅπως τε πολεμήσουσιν ἀλλήλοις καὶ καθότι ξυμβή-
σονται, ἐμὲ δὲ μηδὲν ὑπ' οὐδενὸς ἠδικημένον, οὐδ' αὐτὸν
πολεμήσειν οὐδενὶ, ἕως ἂν μὴ ἀδικῶμαι. οἱ μὲν οὖν τοιαύ-
της τυχόντες τῆς ἀπολογίας, καὶ τῆς μόνης ὑπολειπομένης ἐλ-
πίδος σβεννυμένης, ἐθορυβοῦντο σφοδρῶς. οὐ μὴν ἀπέσχοντο
τοῦ μὴ σφόδρα μετὰ σπουδῆς πολλῆς πρὸς τὸν κατὰ βασι-
λέως πόλεμον τὸν Κράλην ἐξορμᾷν. πείθειν δὲ ἐπιχειροῦσι
P. 174 καὶ δεομένοις μὴ ἐᾷν αὐτοὺς ἀτιμωρήτους, ἐπεὶ καὶ τῶν
Τριβαλῶν παρῆσαν οἱ ἐν τέλει, „οὐ δέον," εἶπον „ὦ οὗτοι,
αὐτούς τε εἰκῇ καὶ μάτην κατατρίβεσθαι ἐπιχειροῦντας
ἀνηνύτοις, καὶ ἡμᾶς ἀποκναίειν ἃ μὴ προσήκει δεομένους.
πρότερον γὰρ ἐχρῆν, τοῦ πρὸς βασιλέας τοὺς ὑμῶν δεσπό-
τας πολέμου κινουμένου, αὐτοὺς πᾶσαν πρόφασιν σκανδάλου
περιαιρεῖν καὶ τὴν εἰρήνην ἐκ παντὸς τρόπου ἑαυτοῖς τε καὶ
τοῖς ἄλλοις ἐκπορίζειν, εἰδότας, ὡς τοῦτο αὐτὸ βασιλεῦ-

fugitivi, ut imperatorem Pelagoniam pergere compererunt, Crale convento, eum ad conflictum cum illo iam vicino acuebant. Respondit Crales, nisi ille se adoriatur, neque nunc, neque posthac cum eo depugnaturum. Ipsis quanta potuerit auxilia, duodecim cohortes cum tribunis Pheras misisse. Nunc se id etiam idcirco factum nolle, quod eum armis offendendum susceperit, a quo ipse nullam senserit iniuriam. Romanorum imperatores inter se discordes, scituros utique per se, quomodo bellum mutuo gerant et quatenus consentiant; se a neutro laesum, donec iniuste laedatur, neutrum armis persecuturum. Romani hoc responso spe, quae sola supererat, cadente, valde quidem perturbari, nec tamen desinere, multa et acri contentione urgere atque impellere principem obtestarique, ne inulti relinquerentur. Quibus Tribali proceres tum praesentes: Heus, inquiunt, quid opus est et vos frustra ac temere defatigari, quae fieri nequeunt attentantes, et nos obtundere, quae praestari fas non est, obsecrantes? Bello inter imperatores, dominos vestros, excitato, vos omnem offensionis occasionem tollere pacemque vobis et aliis omni ratione conciliare oportebat, scientes, id ipsum et imperatoribus et vobis et communi

σί τε καὶ ὑμῖν καὶ τῷ κοινῷ λυσιτελεῖ Ῥωμαίων. ὑμεῖς A. C. 1328
δὲ τοὐναντίον ἅπαν αὐτοί τε ἐφαίνεσθε ποιοῦντες καὶ τοῖς
ἄλλοις παραινοῦντες. τὰς γὰρ πόλεις ἁπάσας περιϊόντες, τοὺς
μὲν τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ τὸν πρὸς βασιλέα τὸν νέον πό- B
λεμον συναιρομένους ἐπῃνεῖτέ τε καὶ ἐπηγγέλλεσθε θαυμάσι'
ἄττα, τοὺς δὲ τὴν εἰρήνην ἄγειν αἱρουμένους καὶ τοὺς ἄλλους
πείθοντας, ὡς τὰ τοῦ νέου βασιλέως πράττοντας ἐπίσης ἐχρῆ-
σθε πολεμίοις, καὶ τὸν πόλεμον ἐγείρειν ἐσπουδάζετε τρόπῳ
παντί. ἃ οὖν ἐσπουδάζετε τότε, στέργοιτ' ἂν παρόντα νῦν δι-
καίως. ἡμεῖς δὲ Κράλῃ τῷ ἡμετέρῳ παραγγέλλομεν δεσπότῃ,
μὴ πρὸς βασιλέα πόλεμον κινεῖν, μηδὲ ἀδικεῖν ἐθέλειν προ-
επιχειροῦντα, λογιζόμενον, ὡς καὶ παρὰ θεῷ τίσις ἐστὶ τοῖς
ἀδίκως πραττομένοις τοῖς ἀνθρώποις· ἐὰν δὲ αὐτὸς ἐπίῃ,
ἀμύνεσθαι παντὶ σθένει. εἰ μὲν οὖν πείθοιτο ἡμῖν βουλευο- C
μένοις, καλῶς ἂν ἔχοι· εἰ δ' οὖν, ἀλλ' αὐτὸς ἀπελθὼν δια-
φερέτω τὸν πόλεμον μόνος, συμπαραλαβὼν ὑμᾶς· ἡμῶν γὰρ
ἀφίξεται οὐδείς." Τοιαῦτα εἰπόντων τῶν Τριβαλῶν, ὁ Κρά-
λης τε ἐπείθετο καὶ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους φυγάδας εἶπε· „τὴν
μὲν διάνοιαν τῶν παρ' ἐμοὶ δυνατῶν ὁρᾶτε οἵαν ἔχουσι περὶ
τοῦ πολέμου. ἐγὼ δὲ καὶ εἰ διὰ σπουδῆς τὸν πόλεμον ἦγον ἰδίων
τινῶν ἕνεκα πρὸς βασιλέα διαφορῶν, ἀπεσχόμην ἄν, ὁρῶν
αὐτοὺς οὕτως, ὥσπερ νῦν, διακειμένους· νυνὶ δὲ καὶ αὐτὸς οὐ-
δὲν ἧττον αὐτῶν τὴν ἴσην ἔχω γνώμην περὶ τῶν πραγμάτων.
διὸ οὐδὲ ἑλοίμην ἄν, ἐξὸν ἔξω τε κινδύνων εἶναι καὶ βεβαίως D
ἄρχειν τῆς σφετέρας, ἀδικεῖν τε δοκεῖν καὶ ἐν ἀδήλῳ καθί-

Romanorum conducturum. Atqui contrarium prorsus et ipsi designabatis et alios hortabamini. Omnes siquidem civitates obeundo, arma cum seniore imperatore adversus iuniorem coniungentes cum mirificis quibusdam promissionibus laudabatis: eos autem, qui pacem praeferrent et alios ad eam allicerent, velut a iuniore stantes, aeque in hostibus ducebatis, ac bellum per fas et nefas accendere conabamini. Ut igitur tunc studiose sementem fecistis, ita nunc messem gravidam metite. Nos Crali despotae nostro denuntiamus, ut imperatorem bello prior ne offendat secumque reputet, hominibus iniustis etiam apud Deum paratum esse supplicium. Si ab illo vis inferatur, tum se quantum potest defendat. His monitis nostris si obsecundarit, recte faciet: sin minus; eat, bellum, vobis assumptis, toleret: de nobis quidem nullus eum sequetur. Motus Crales, fugitivos in hunc modum compellat: Quae sit dynastarum meorum mens et sententia de bello, ipsi videtis. Equidem etiamsi propter privatas quasdam controversias imperatori arma molirer, tamen eos ita ut nunc affectos cernens, coepto desisterem. Nunc autem idem mihi, qui illis, super hoc negotio sensus: nec, cum

A. C. 1328 στασθαι κινδύνῳ, ἄλλως τε οὐδὲ τοῦ στρατεύματος ἐμοὶ παν-
τὸς συνηθροισμένου. ὑμῖν δὲ πρὸς τὴν σωτηρίαν βοήθειαν
εἰσενέγκοιμι ἂν ὅση δυνατὴ, καὶ, εἴγε βούλεσθε, πρὸς βασι-
λέα πρεσβείαν πέμψας, παραιτήσομαι ὑπὲρ ὑμῶν αὐτοῦ τὴν
ὀργὴν ἐγώ. πρᾶος δὲ ὢν, ὡς ἀκούω, καὶ τοῖς προσκεκρουκό-
σιν ἕτοιμος πρὸς διαλλαγὰς, συγγνώμην τε ἂν παράσχοι καὶ
τὰς συμφορὰς οὐ μετρίως κουφιεῖ. εἰ δὲ τοῦτο ὑμῖν οὐκ ἀνε-
κτὸν, ἀλλ' ἐγὼ πρὸς Μιχαὴλ τὸν βασιλέα Μυσῶν κηδεστὴν
V. 140 ὄντα ἐμὸν ὑμᾶς πέμψω, ὡς ἂν δι' αὐτοῦ πρὸς Βυζάντιον
διασωθῆτε. καὶ τούτου δὲ ὑμῖν οὐ κατὰ γνώμην ὄντος, καὶ
P. 175 ἑτέραν ἔξεστι τραπέσθαι. εἰς Βενετίαν γὰρ ἀφιγμένοις, ῥᾳ-
δίως ἐξέσται τριήρεσιν ἢ ὁλκάσιν ἐπανόδου πρὸς Βυζάντιον
τυχεῖν. καὶ ἑτέραν δὲ ἐπὶ τούτοις ὑποθήσομαι ὑμῖν ἐλπίδα
σωτηρίας. ἐπεὶ γὰρ Πρόσεκόν τε καὶ Πρίλλαπον καὶ Στρίμ-
βιτζαν κατέχετε φρουραῖς, διανειμάμενοι τὰς πόλεις ταύτας,
δυσαλώτους οὔσας διὰ καρτερότητα τειχῶν, καρτερεῖτε ἐν
αὐταῖς, ἄχρις ἂν ὁ πρὸς ἀλλήλους τῶν βασιλέων εἴς τι πέρας
πόλεμος ἀφίκηται." ἐπὶ τούτοις ἀμηχανία τε εἶχε τοὺς φυγά-
δας, καὶ ἀπαλλαγὴ κακῶν ἐφαίνετο ἐκ τῶν πραγμάτων οὐδε-
μία. ὅμως δὲ σκεψάμενοι ἐκ τῶν παρόντων εἵλοντο μᾶλλον
B ταῖς προειρημέναις ἐγκατακλεισθῆναι πόλεσι καὶ τὴν πολιορ-

14. Apud Gregoram legitur *Prosiacum*, Nicetas habet *Prosacum*; mire in his locorum appellationibus variant inferiores Graeci. *ED. P.* Στρούμβιτζαν legendum aut, ut habet Cedrenus, Στρούμπιτζαν. *ED. P.* Infra L. IV. p. 791. C. legitur Στρύμβιτζαν. Vid. Ducang. ad Alexiadem p. 382.

abesse a periculo provinciamque meam tuto possidere liceat, malim iniustus videri et in anceps me discrimen offerre, cum praesertim copias meas coniunctas non habeam. Interea ad salutem vestram tuendam, quantum in me est, auxilium vobis non negabo: et, si placet, missa ad imperatorem iuniorem legatione, eius iram a vobis deprecabor; qui cum sit miti clementique natura praeditus et reconciliatu facilis, ut perhibent, veniam dabit et onus miseriarum vestrarum magnam partem allevabit. Si hoc displicet, ad Michaelem Moesorum regem affinem meum vos mittam, cuius ope Byzantium incolumes perducamini. Si nec istuc arridet; adhuc alia gradiemur via. Nam Venetias profectis, non difficile erit triremibus aut onerariis Byzantium revenire. Quin et aliam vobis spem salutis suggeram. Cum Prosacum, Prillapum et Strumbitzam praesidiis teneatis, distributis inter vos hisce oppidis propter murorum soliditatem vix expugnabilibus, in iisdem perdurate, quoad bello inter imperatores finis aliquis imponatur. Fugitivi quid super his consilii caperent, in incerto habebant: et malorum nusquam se ostendebat exitus. Tamen circumspectis rebus praesentibus, praedictis oppidis

κίαν ὑπομένειν. καὶ πρωτοβεστιάριος μὲν ἅμα τισὶ τὸν Πρίλ- A.C. 1328
λαπον κατέσχε, τὸν δὲ Πρόσεκον Ἀσάνης ὁ Μιχαὴλ, οἱ δὲ λοι-
ποὶ Στριμβίτζης ἐκράτουν. καὶ Βασιλικὸς ὁ Νικηφόρος Μελε-
νίκου ἐπιτροπεύων, ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἑαυτῷ περιε-
ποίησεν εἰς ἀρχὴν, φάσκων, οὐδενὶ προσθήσεσθαι τῶν βασι- C
λέων, ἄχρις ἂν ὁ πόλεμος καταλυθῇ.

νς'. Πρωτοβεστιάριος μὲν οὖν τῷ ἀδοκήτῳ πληγεὶς, ὡς
ἐλέγετο, τῆς συμφορᾶς, καὶ μὴ φέρων τὴν κακοπραγίαν, ἐτε-
λεύτησε μετὰ μικρόν. καὶ ἀποθανόντος αὐτοῦ, οἱ περιλει-
φθέντες ἑαυτούς τε καὶ Πρίλλαπον ἐνεχείρισαν βασιλεῖ· Ἀσά-
νην δὲ τὸν Πρόσεκον ἀφείλοντο οἱ Τριβαλοὶ κλοπῇ. βασιλεὺς
δὲ ἐκεῖθεν εἰς Θεσσαλονίκην ἐλθὼν, καὶ ἀναγκαίων τινῶν πέρι D
ἡμέρας τινὰς αὐτῇ ἐνδιατρίψας, ὡς ἐδόκει ἀναγκαῖον εἶναι
πρὸς Στρίμβιτζαν ἐλθεῖν, ἐξεστράτευσε πάλιν. καὶ γενόμενος
ἐν αὐτῇ, τοὺς κατασχόντας ἐπεχείρει πείθειν, (βιάζεσθαι γὰρ
οὐκ ἦν πολέμῳ διὰ καρτερότητα τειχῶν,) ἑαυτοὺς παραδιδό-
ναι καὶ τὴν πόλιν. μὴ πειθομένων δὲ, ἀλλ' ἰσχυριζομένων
τὴν πόλιν αὐτοὶ καθέξειν, ἄχρις ἂν ὁ πρὸς ἀλλήλους τῶν
βασιλέων πόλεμος διαλυθῇ· ἐπεὶ οὐ προσεχώρει, ἄρας ἐκεῖ-
θεν, ἦλθεν εἰς Μελένικον. τὰ ἴσα δὲ καὶ Νικηφόρου ἀπο-
κριναμένου τοῦ Βασιλικοῦ, ἐπεὶ πρὸς πολιορκίαν τρέπεσθαι
ἀδύνατος ἦν, ἄλλων ἀναγκαιοτέρων ἐπειγόντων, ἐπανέζευξεν
εἰς Θεσσαλονίκην. γενομένῳ δὲ ἐκεῖ ἠγγέλθη ἐκ πρωτοστρά- P. 176
τορος ἐπιτροπεύοντος τῆς Θρᾴκης, ὡς βασιλεὺς ὁ πρεσβύτε-

includi et obsidionem perferre praeoptarunt. Protovestiario cum nonnullis Prillapus cessit, Prosacum Michael Asanes obtinuit, reliqui Strumbitzam iverunt. Sub idem tempus Nicephorus Basilicus, qui Melenici praefecturam tenebat, eam urbem sibi propriam asseruit; cum neutro imperatore se facturum profitens, donec bellum ad finem perductum esset.

56. Protovestiarius igitur inopinata quadam, ut ferebatur, calamitate oppressus nec miseriam sufferre potis, paucis post diebus e vita migravit. Quo exstincto, comites ac socii semet cum Prillapo imperatori permiserunt. Asanem Tribali Prosaco per dolum exuerunt. Imperator e Pelagonia Thessalonicam profectus, ob gravia negotia diebus aliquot ibi positis, militem rursum in necessariam, ut visum est, expeditionem ad Strumbitzam eduxit. Cumque civibus deditionem suaderet, (cogere enim armis ob murorum firmitudinem non poterat,) et illi non flecterentur affirmarentque, se oppidum retenturos, quoad bellum inter imperatores sedaretur, inde se Melenicum transtulit: ubi Nicephoro Basilico eadem respondente, quia, rebus maioris momenti urgentibus, obsidere eam non dabatur, Thessalonicam se recepit. Eo a protostratore Thraciae praetore affertur,

A.C. 1328 ρος ἥν τε εἶχε στρατιὰν ἐν Βυζαντίῳ καὶ ἑτέραν οὐκ ὀλί-
γην προσεκπορισάμενος, ἐκπέμψειε κατ' αὐτοῦ, ὑπὸ στρατη-
γῷ Ἀσάνῃ τῷ Κωνσταντίνῳ, παρὰ τὸν Μέλανα ποταμὸν στρα-
τοπεδευομένου. γενομένης δὲ ἐκεῖ τῆς συμβολῆς καὶ τῆς μά-
χης ἀγχωμάλου ἐπιπολὺ διαμεινάσης, οἱ τοῦ νέου βασιλέως
ὅμως ὑπερσχόντες, ἐτρέψαντό τε τοὺς ἀντιτεταγμένους καὶ
V. 141 τὴν δίωξιν ἐποιήσαντο ἄχρι Βυζαντίου. καὶ τοὺς μὲν ἀπέ-
κτειναν αὐτῶν, τοὺς δὲ καὶ εἷλον ζῶντας πλὴν ὀλίγων ὅσοι
B διεσώθησαν εἰς τὴν πόλιν· ἑάλω δὲ καὶ ὁ στρατηγός. καὶ νι-
κήσαντες περιφανῶς, ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου. τούτων δὲ ἀγ-
γελθέντων, τῆς μὲν νίκης ἕνεκα ὁ βασιλεὺς εὐχαριστηρίους
εὐχὰς ἀπεδίδου θεῷ· ἐπιστραφεὶς δὲ πρὸς τοὺς παρόντας,
(πολλοὶ δὲ ἦσαν,) οὐ μᾶλλον ἥδεσθαι ἔφη κρατησάντων τῶν
σφετέρων, ἢ ὅσον ἀνιᾶται ἐπὶ τῇ τῶν ἀντιτεταγμένων ἥσσῃ.
„οὐ γὰρ μόνον ὅτι Ῥωμαῖοι οἱ πεσόντες, οὓς ἐχρῆν οὐ πρὸς
ἀλλήλους, ἀλλ' ὑπὲρ ἀλλήλων βαρβάροις μαχομένους ἀποθνή-
σκειν, δίκαιον ἀλγεῖν, ἀλλ' ὅτι δέος, μὴ καὶ τῶν οἰκειοτάτων
τινὲς ἢ τῶν φίλων ἦσαν οἱ ἀποθανόντες· καὶ τρίτον, ὅτι οὐχ
ὑπὸ βαρβάρων τῶν φύσει πολεμίων, ἀλλ' ὑφ' ἡμῶν ἀνάλων-
C ται τῶν πάνυ φιλούντων. καὶ ἐοικέναι ἡμᾶς νομίζω τοῖς ὑπὸ
μανίας τῶν ἰδίων σαρκῶν ἐμφορουμένοις, οἳ οὐκ ἐπαινεῖσθαι,
ἀλλ' ἐλεεῖσθαι δίκαιοι τῆς ἀτόπου τροφῆς. καὶ, τὸ δὴ μεῖζον,
ὅτι οὐχ ὑπὸ Ἑλλήνων μόνον καὶ βαρβάρων τῶν ἀκουόντων δί-

22. Malim τὸ δὲ μεῖζον et infra γενομένων.

imperatorem avum, quam habuisset Byzantii manum et aliam non spernendam aliunde collectam, duce Constantino Asane, contra ipsum, iuxta flumen Melanem castra habentem, misisse. Pugnatum esse diu ancipiti victoria: tandem iunioris imperatoris militem superiorem evasisse hostesque terga dantes, usque Byzantium insecutum, alios interfecisse, alios cum ipso duce cepisse, paucos in urbem salvos penetrasse: victores cum triumpho certissimo domum rediisse. Ob hunc nuntium imperator Deo gratias egit: conversusque ad astantium frequentiam, non magis se victoria suorum exsultare confessus est, quam constristari, adversarios superatos esse. Non enim ob hoc tantummodo iusto dolore tangi, quod qui cecidissent, Romani fuissent, quos non inter se, sed pro se mutuo adversum barbaros decertando occumbere oportuisset; sed quod timendum, ne quidam in eorum numero aut amici, aut necessitudine coniunctissima fuerint: deinde, quod non a barbaris natura hostibus, sed ab amicissimis deleti sint. Et opinor, inquit, nos eorum similes, qui insania ac furore perciti, suas ipsorum carnes commanducant: quos ob alimoniam teterrimam non laudare, sed miserari aequum est. Et quod maius profecto, quia non Graecorum solum et barbarorum,

καίοι μισεῖσθαι τῆς εἰς ἀλλήλους παρανομίας, ἀλλ' ἄδηλον, εἴ A.C.1328
τι καὶ τῶν γινομένων ἀρέσκει θεῷ, καὶ μὴ ἐπίσης οἵ τε ἀμυ-
νόμενοι καὶ οἱ ἐπιόντες ἄξιοι τιμωριῶν παρ' αὐτῷ κριτῇ. ἐβου-
λόμην μὲν οὖν μὴ ἀπὸ Ῥωμαίων, ἀλλ' ἀπὸ βαρβάρων ἑστη-
κέναι τὸ τρόπαιον τοῖς ἡμετέροις, ἵνα εἶχον τῆς νίκης καθα-
ρὰν τὴν ἡδονήν. ἐπειδὴ δὲ οὕτω τὰ ἡμέτερα ὑπὸ φθονεροῦ D
τινος δαίμονος συνεσκευάσθη, ὡς καὶ τὴν νίκην ἀλγηδόνος
αἰτίαν φαίνεσθαι ἡμῖν, χάριτας ὁμολογῶ τῷ κρείττονι πολλὰς,
οὐ μόνον ὅτι τοῖς ἐμοῖς συνήρατο πρὸς τὴν νίκην, ἀλλ' ὅτι
καὶ μηδεμίαν αἰτίαν αὐτὸς ἐν τῷ νυνὶ πολέμῳ οὐ μόνον πα-
ρεσχόμην, ἀλλὰ καὶ κινουμένου τὴν ἀρχὴν, πολλὰ καὶ ἔπραξα
ἄξια καὶ εἶπον λόγου, δεόμενος τὸν πόλεμον καταθέσθαι τοὺς
κινοῦντας, εἰ καὶ καθ' ὑδάτων, τὸ τῆς παροιμίας, ἐδόκουν
γράφειν." Οἱ μὲν οὖν ἀκούσαντες, οὐ μόνον τῆς ἀγχινοίας
ἐθαύμασαν τὸν βασιλέα, ἀλλὰ καὶ τοῦ μὴ φυσᾶσθαι μηδ'
ἐπαίρεσθαι ἐν ταῖς εὐτυχίαις, ἀλλ' ἐν ταῖς τῶν πραγμάτων
μεταβολαῖς ἴσον καὶ ὅμοιον παρέχειν ἑαυτόν. βασιλεὺς δὲ τόν P.177
τε πρωτοστράτορα γράμμασιν ἠμείβετο εὐχαριστηρίοις, καὶ
τοὺς συνόντας αὐτῷ τῶν συγκλητικῶν τιμαῖς τε καὶ ἄλλαις
εὐεργεσίαις, καὶ τοὺς στρατιώτας τοὺς μὲν ἐπιδόσει τῆς μισθο-
φορᾶς, τῶν ἐτησίων δὲ προσόδων τοὺς λοιποὺς μᾶλλον ἐπέῤ-
ῥωσε καὶ προθυμοτέρους πρὸς τὸ πολεμεῖν εἰργάσατο ὑπὲρ
αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ ἐν Θεσσαλονίκῃ ὑπογραφέας καταστήσας, δι'
αὐτῶν διῴκει καὶ ἐξίσαζε τὴν ἑσπέραν, καὶ καταλόγους ἐτασ-

24. Intpr. perperam leg. *καταλόχους*: *alios insuper centuriabat.*

ad quos rei fama pervaserit, odio propter mutuum scelus digni erimus, sed dubitari potest, an quidquam horum Deo placeat; et non aeque se tuentes, ut invadentes, apud ipsum iudicem poenas commeruisse videantur. Nostros igitur non de Romanis, sed de barbaris trophaeum erexisse vellem, ut e victoria sua liquidum sincerumque gaudium perciperent. Sed quoniam daemonis alicuius invidentia factum est, ut ipsa etiam victoria dolendi materiam nobis porrigeret, numini gratias magnas ago, non modo quod meis ad vincendum praesto fuit; verum etiam, quod bello huic auctor nulla ex parte exstiterim. Exstiterim autem? immo et eo a principio conflato, multa memoratu digna et dixi et feci, auctores eius obsecrans, ut eo temperarent: tametsi in aqua, quod dicitur, videbar scribere. Qui haec audiebant, imperatorem non de solertia solum, sed de moderatione quoque, quod prosperis eventis non inflaretur neque efferretur, sed in ipsa rerum commutatione eandem et aequabilem servaret animi constantiam, admirabantur. Imperator litteris protostratori gratias egit, et qui cum eo erant de nobilitate, honoribus eos ac donis remuneratus est: militesque alios aucto stipendio, alios annuorum

A. C. 1328 σεν ἑτέρους πρὸς τοῖς οὖσιν, ὅπως πλείων γίγνοιτο ἡ στρατιά. ἐν τούτοις δὲ αὐτοῦ ἀσχολουμένου, πάλιν ἧκε γράμματα
B ἐκ πρωτοστράτορος μηνύοντα, ὡς ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς τῷ τῶν Μυσῶν βασιλεῖ Μιχαὴλ διάφορος πρότερον ὤν, νῦν πρὸς αὐτὸν τίθεται εἰρηνικὰς σπονδὰς καὶ συμμαχίαν· ἀγνοεῖν μέντοι τὰς ξυμβάσεις ἐφ' οἷς γίνονται αὐτοῖς, καὶ διὰ τοῦτο δέον ἐγνωκέναι τὴν μήνυσιν αὐτῷ ποιήσασθαι τῶν πραττομένων. βασιλεὺς δ' ἐπεὶ ἐπύθετο, συνῆκε μὲν τοῦ πρὸς αὐτὸν ἕνεκα πολέμου τὴν συμμαχίαν τῷ πάππῳ γεγενῆσθαι πρὸς Μυσούς, ἔγνω δὲ μὴ ἐκ πρώτης ἀκοῆς ἐκ τῆς ἑσπέρας ἀπανίστασθαι, ἀλλὰ μένειν τε ἔτι καὶ τῶν πραγμάτων καὶ τῆς στρατιᾶς πρόνοιαν ποιεῖσθαι, ἄχρις ἄν τι βεβαιότερον διδαχθῇ. ἡμέραις
C δὲ ὕστερον ὀλίγαις πάλιν ἐκ πρωτοστράτορος ἀφικνεῖται γράμ-
V. 142 ματα πρὸς βασιλέα μηνύοντα, ὡς αἱ πρὸς Μυσοὺς βασιλέως σπονδαὶ καὶ ἡ συμμαχία πέρας ἤδη ἔσχον, καὶ οἱ πράξαντες τὴν συμμαχίαν ἐκ τῶν πρὸς Μυσοὺς αὐτομόλων Ῥωμαῖοι ἐν Βυζαντίῳ εἰσὶν ἔτι. βουλευσαμένῳ δὲ μετὰ τῶν ἐν τέλει τῷ βασιλεῖ οὐκέτι διαμέλλειν ἐδόκει ἐν Θεσσαλονίκῃ, ἀλλὰ τάχιστα εἰς Βυζάντιον ἀπιέναι, πρίν τι νεωτερισθῇ. καὶ τῆς ἑσπέρας στρατηγὸν Συργὴν ντὲ Λεζιάνο τὸν Κύπριον, ὃς ὕστερον ῥὴξ

20. Ex Graeco *Συργηντελεζιάνο* satis infeliciter eduxit suum *Syrgentianum* Interpres. Restituo fidenter *Σὺρ Γυῒ ντὲ Λεζινάνο*, id est *Sire Guy de Lezignem*. Cetera dicam in notis. *ED. P.* Quod ego sine ulla fere litterarum mutatione dedi, Cantacuzeni auctoritate nititur. Is enim Libr. III. Guidonem istum Cyprium, quem hic delitescere acute sensit vir doctus, *Συργὴν* constanter appellat. Scilicet vox *Σὺρ*, ut in nomine quoque *Syrgiannis* nostri factum est, coaluit cum ipso hominis nomine, a Graecis ex Gallico *Gui* corrupto. Nicephorus L. XII. c. 15. 1. eundem Guidonem simpliciter *Γὴμ* vocat.

censuum incremento ad bellum pro se confirmavit animosioresque reddidit. Ipse vero Thessalonicae ratiocinatores et scribas instituit, per quos occidentem digerebat et adaequabat: item praeter eos, qui erant, alios catalogos confici iussit, ut cresceret exercitus. Eo in his versante, rursum a protrostratore litterae, indicantes, seniorem imperatorem, a Michaele Moesorum rege prius dissidentem, nunc cum eo pacis foedus et belli societatem coivisse: nesciri tamen, ob quem finem: et idcirco hoc ad eum perscribendum censuisse. Nepos avum cum Moeso propter bellum adversus se societatem istam pepigisse animadvertit: statuit autem, non subito ad primam auditionem abducendum ex occidente exercitum, sed haerendum adhuc illique et rebus aliis providendum, donec certiora nuntiarentur. Diebus aliquot praeteritis, scripsit protostrator, foedus imperatoris et societatem cum Moesis iam constitutam, eiusque conciliatores, Romanos ex transfugis ad Moesos adhuc Byzantii degere. Impera-

Ἀρμενίας ἐγεγόνει, ἐξάδελφον αὐτῷ ὄντα μητρόθεν, καταστη- A. C. 1328 σάμενος, ἄρας ἐκ Θεσσαλονίκης αὐτὸς ἅμα τῇ στρατιᾷ, ἦλθεν εἰς Διδυμότειχον. ὀλίγας δὲ αὐτῷ ἐνδιατρίψας ἡμέρας, ἐξελθὼν ἐκεῖθεν, ἧκεν εἰς Βυζάντιον. γενόμενος δὲ πρὸς τὰς πύ- D λας τῆς προσαγορευομένης Γυρολίμνης, καὶ Πεπανόν τινα τῶν ἐν Βλαχέρναις προκαθήμενον βασιλείων, τῶν τῇδε τειχῶν τὴν φυλακὴν πεπιστευμένον εὑρὼν, ἐπεὶ διὰ τὴν ἐκείνου ἔφοδον ἐν φυλακῇ εἶχεν ὁ πρεσβύτερος βασιλεὺς τὰ Βυζαντίου τείχη, ἐκέλευεν ὡς βασιλέα τὸν πάππον ἐλθόντα ἀπαγγέλλειν, ὅτι τε γένοιτο ἐγγὺς τειχῶν καὶ δέοιτο συγγνώμης τυχεῖν τῆς παρ' αὐτῷ. μὴ δὴ διὰ τὰ κατὰ τὴν ἑσπέραν συμβάντα ἀθεράπευτα λογίζεσθαι εἶναι τὰ κακά. ἔξεστι γὰρ, εἴπερ καὶ νῦν ἐθελήσεις, τόν τε πόλεμον καταθέσθαι καὶ ὅ, τι βούλει χρήσασθαι αὐτῷ· πάντως δὲ οὐκ ἐπιλελῆσθαι, ὀλίγου τοῦ παρῳχηκότος ὄντος χρόνου, ὅσα ἐλθὼν ἐδεῖτο περὶ τῆς εἰρήνης, ταύτην ἀντὶ τοῦ πολέμου μᾶλλον ἑλέσθαι συμβουλεύων, καὶ μὴ τοῖς P. 178 ἐνάγουσι πείθεσθαι πολεμεῖν, ὡς οὐδὲν ὀνήσουσιν ἐπὶ τῶν ἔργων, ὧν αὐτὸς μὲν οὐκ ἐβούλετο προφήτης εὑρεθῆναι· ὅμως δὲ ἐξέβη ᾗ προείρηται αὐτῷ. ἐὰν δὲ νῦν καταθέσθαι τὸν πόλεμον πάλιν ἐθελήσῃς, ἐκεῖνά τε ὡς μηδὲ τὴν ἀρχὴν γεγενημένα λογιεῖται καὶ γνώμης οὕτως ἔχει καὶ παρασκευῆς, ὡς πάντα πράξων, ἅττα ἂν αὐτὸς κελεύῃς. Ὁ μὲν Πεπανὸς τῷ

8. Legebatur *Βυζαντίων.*

tori, consilio cum primoribus habito, visum non diutius Thessalonicae cunctandum, sed antequam novaretur quippiam, Byzantium properandum. Itaque Syrge de Lesiano, Cyprio, qui postea rex Armeniae factus est, consobrino suo, duce occidentis creato, Thessalonica cum copiis proficiscens, Didymotichum venit; inde post paucos dies Byzantium. Cum ad portam Gyrolimnae esset et Pepanum quendam, ante palatium in Blachernis sedentem, reperisset, qui illic custodem murorum ageret, (siquidem ob hostilem nepotis adventum imperator moenia Byzantina servabat,) iussit eum ire nuntiatum, se prope muros esse ipsumque veniam ac pacem poscere. Propter ea, quae in occidente contigissent, non esse malorum desperandum remedium: nam et nunc, si mitigetur, bellum licere omittere et secum agere pro arbitrio. Plane autem tenere et illum memoria, quantopere nuper ipse eodem veniens pacem flagitasset eamque bello anteferendam admonuisset, nec obsequendum ad arma exstimulantibus; quando nihil utilitatis allaturi sint in rebus, quarum ipse vates inveniri noluisset: nihilo minus evenisse, ut praedixerit. Nunc si bona voluntate arma missa fecerit, quae facta sint pro non factis reputatum iri et se ita comparatum, ut quae ipse iusserit executurus sit omnia. Pepanus com-

A. C. 1328 *πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ ἀπήγγελλεν ἐλθὼν ὅσα ἦν παρὰ τοῦ νέου προστεταγμένος βασιλέως. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἐπανελθὼν, ἀπήγγελλε τῷ νέῳ βασιλεῖ, ὅτι βασιλεὺς κελεύει τῶν τῇδε ὅποι βούλοιτο ἀποχωρεῖν καὶ μὴ κατατρίβειν τὸν καιρὸν εἰκῇ καὶ* B *μάτην, μέλλοντα οὐδὲν ἀνύειν ὧν διανοεῖται. ἐρομένου δὲ τοῦ νέου βασιλέως, εἰ μηδὲν αὐτῷ πλέον προστάξειε βασιλεὺς, „οὐδὲν" εἶπεν ὁ Πεπανός. „οὐκοῦν" ἔφη „τὸ βασιλέως πρόσταγμα πληρῶν, ὅποι ἂν ὁ θεὸς ἡγοῖτο βαδιοῦμαι." καὶ ἀναζεύξας ἐκεῖθεν, ἐν τοῖς λειμῶσι τοῖς παρὰ τὴν γέφυραν τῆς Καμήλου ηὐλίσατο τὴν νύκτα, καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν πάλιν παρὰ τὰς αὐτὰς πύλας ἐλθὼν, ἐδεῖτο βασιλέως προσδέξασθαι τὴν εἰρήνην καὶ τὸν πόλεμον καταλῦσαι. ὡς δ' ἐσήκουεν οὐδεὶς, ἀναστρέψας ἤλαυνε πρὸς τὸν Μέλανα ποταμὸν, ἔνθα πρωτοστράτωρ ἦν μετὰ τῆς ὑπολοίπου στρατιᾶς ἐστρατοπεδευμένος.* C *βασιλεὺς μὲν οὖν ᾔει ἡγούμενος τῆς στρατιᾶς, ὁ μέγας δὲ ὑπελείπετο δομέστικος χρείας τινὸς ἕνεκα ὀπίσω. προσελθὼν δὲ αὐτῷ τις ἐν ἐνδύμασι διεῤῥωγόσιν οἷα τὰ τῶν πενήτων, κρύφα τι ἔλεγεν ἔχειν αὐτῷ διαλεχθῆναι. προελθὼν δὲ ἐφ' ἱκανὸν ὅσον μὴ ὁρᾶσθαι ἀπὸ τῶν τειχῶν, ἐκέλευεν ὅ,τι ἂν βούλοιτο φράζειν. ὁ δὲ καὶ ἕτερόν τινα προσκαλεσάμενος τὸν κοινωνοῦντα αὐτῷ τῶν βουλευμάτων, οὐδενὸς αὐτοῖς ἑτέρου συμπαρόντος, φίλοι μὲν ἔφασαν αὐτοὶ ἐς τὰ μάλιστα ἀλλήλοις εἶναι ἐκ παλαιοῦ καὶ τὰς οἰκήσεις ἔχειν γειτονούσας· ὁρῶντες δὲ ὅσα ἀδικεῖται καὶ ἀπελαύνεται ὁ νέος βασιλεὺς ἐπὶ προφά-* D *σει οὐδεμιᾷ, ἀλγεῖν τε οὐκέτι ἀνεκτῶς καὶ προθυμεῖσθαι, ἂν*

missa nuntiatum vadit parvoque intervallo reversus, refert, mandare avum, uti hinc quo lubeat se auferat, neve incassum ac frustra tempus terat, cum nihil eorum, quae somniet, consecuturus sit. Rogante illo, Numquid aliud? Nihil, ait Pepanus. Ergo imperatoris iussibus parebo, ait, et quo me duxerit Deus ibo. Inde regressus, in pratis iuxta pontem Cameli pernoctavit. Postridie ad easdem portas rediens, orat, uti pace bellum mutaretur. Non exauditus, ad Melanem flumen retrocedit, ubi protostrator cum cetera parte exercitus castra fixerat. Ibat igitur imperator ducens militem. Domesticus nescio quo negotio praepeditus, sequebatur. Ad quem accedens homo veste lacera, ut pauper, habere se ait quod clam diceret. Progressus igitur a moenibus tanto spatio, quantum oculi amplius non ferrent, edicere mysterium iussit. Ille alium quendam consilii participem advocat. Tum insuper nemine praesente, incipiunt, Se iam olim inter se amare, ut qui maxime, et contiguis habitare in aedibus. Cernentes autem, quam inique immerito suo haberetur pelleretarque iunior imperator, dolere incredibiliter et ad opem sic afflicto pro viribus ferendam si liceat, paratos esse: potissimum, ex

ἐξῇ, ἀμύνειν τὰ δυνατὰ ἀδικουμένῳ, καὶ μάλιστα ἐξ ὅτου κα- A. C. 1328 τά τε Ῥήγιον ἀπολογούμενος ὁ βασιλεὺς πάσης ἀπέλυσεν αἰτίας ἑαυτὸν, (παρεῖναι γὰρ τότε καὶ αὐτοὺς,) καὶ ἐνταῦθα ἀφικό- V. 143 μενος πολλαῖς ἐχρήσατο δεήσεσι καὶ ἱκεσίαις πρὸς τὸν πάππον, μὴ τὸν πόλεμον κινεῖν. γνώμης μὲν οὖν οὕτως ἔφασαν ἔχειν καὶ παρασκευῆς· ἐνδεεστέρας δὲ οὔσης τῆς δυνάμεως αὐτῶν ἢ κατὰ τὴν προθυμίαν, καιρὸν ζητεῖν, καθ' ὃν ἂν αὐτοῖς ἐγγένοιτο καὶ ἔργῳ ἃ προείλοντο δρᾷν· ὃν δὴ καλῶς ποιοῦντα ἥκειν. μετὰ γὰρ τὸ βασιλέα τὸν νέον πρὸς τὴν ἑσπέραν ἐκστρατεῦσαι, τοὺς τὴν φυλακὴν τῆς πόλεως ἐπιτετραμμένους, οὕτω τοῦ θεοῦ πόῤῥωθεν τὰ λυσιτελοῦντα προκατασκευαζομένου, τοῖς ἐπὶ ταῖς πύλαις τοῦ ἁγίου Ῥωμανοῦ καλουμέναις τείχεσιν ἐπιστῆσαι, ὥστε νύκτωρ ἔχειν ἀγρυπνοῦντας φυλα- P. 179 κὴν ἅμα καὶ ἑτέροις ὀκτὼ ἐκ διαδοχῆς. αὐτοῖς μὲν οὖν εὐθὺς, τούτου γενομένου, ἔννοιαν εἰσελθεῖν τοῦ δυνήσεσθαι ἄν ποτε βασιλεῖ χρησίμους εἶναι. ἐπεὶ δὲ καὶ ἐπύθοντο ὅσον οὐδέπω εἰς Βυζάντιον ἀφίξεσθαι αὐτὸν, τοῖς ἑταίροις, ὅ φασι, κύβον ῥίψαντες, διειλέχθαι περὶ τοῦ βασιλεῖ τῷ νέῳ τὴν πόλιν προδιδόναι, πεπεικέναι τε δίκαιά τε ἅμα δόξαντας λέγειν καὶ συμφέροντα πᾶσι Ῥωμαίοις· καὶ νῦν εἶναι ἐν ἑτοίμῳ, κλίμαξι τὸν βασιλέα ἀνάγειν εἰς τὸ τεῖχος, νύκτα φυλάξαντας καθ' ἣν αὐτοῖς ἡ διαδοχή ἐστι τῆς φυλακῆς. οἱ μὲν οὖν τοιαῦτα εἶπον· ὁ μέγας δὲ δομέστικος τὸν μὲν ἀπαγγελοῦντα βασιλεῖ B περιμένειν ἔπεμψεν εὐθὺς, τοὺς δὲ διειλεγμένους ὅ,τι τε καλοῖντο ἠρώτα καὶ εἴ τι παρὰ βασιλέως αἰτοῖεν, ὡς δίκαιοι ὄν-

13. Post ἐπιστῆσαι deest αὐτούς. 14. αὐταῖς et 15. ἔννοια legebantur vitiose.

quo apud Rhegium de obiectis se purgarit, (nam et se tunc adfuisse,) et huc profectus, multis precibus obtestationibusque avum onerarit, ne bellum ordiretur. Animo igitur et consilio ita se paratos esse aiebant. Sed quia alacritati par facultas deesset, opportunitatem quaerere, qua quae certo statuissent facto praestarent, quae nunc praeclara se offerret. Nam postquam imperator iunior in occidentem movisset, praefectos vigilum, ita Deo quae conducerent multo ante praestruente, murorum supra portam sancti Romani custodiam sibi ad agendas cum aliis ex successione per noctem excubias commendasse. Ex quo statim cogitarint, posse se aliquando imperatori utilem navare operam. Ubi vero didicerint mox Byzantii affuturum: et iacta alea, quod aiunt, cum sociis de urbe ei prodenda egisse, et visos aequa Romanisque omnibus profutura loqui, persuasisse: iamque promptum esse, imperatorem in murum subducere, observata nocte, qua ipsorum forent vigiliae. Haec illi. Magnus domesticus extemplo mittit qui imperatorem moneat, uti subsistat. Eos

A.C. 1328 τες εὖ παθεῖν τῆς εἰς βασιλέα ἕνεκα εὐνοίας. οἱ δ' ἔφασαν,
Κάμαρις μὲν καλεῖσθαι καὶ Καστελιάνος, μηδὲν δὲ αἰτεῖν, ἀλλὰ
προῖκα τοῦ καλοῦ ἕνεκα καὶ τοῦ κοινῇ λυσιτελοῦντος τὴν ἐπι-
χείρησιν ὑπελθεῖν. ἐπεὶ δὲ καὶ αὖθις ἐπιτρέψαντος ὃ βούλοιντο
αἰτεῖν, ἰσχυρίσαντο αἰτεῖν μηδὲν, παραλαβὼν αὐτοὺς ἦγεν ὡς
βασιλέα. συμμίξας δὲ αὐτῷ, „ὁ θεὸς" εἶπεν „ᾧ σὺ πρὸ μικροῦ
παρέσχηκας ἃ εἶχες, ἃ βούλεται νῦν αὐτὸς εὐεργετεῖ." ἀνεμί-
C μνησκε δὲ αὐτὸν ἔργου τινὸς, ὃ ἦν εἰργασμένος πρὸ μικροῦ.
νζ. Ἔτι γὰρ ἐνδιατρίβοντος Θεσσαλονίκῃ, τῶν ἐν Βυ-
ζαντίῳ βασιλεῖ τῷ πρεσβυτέρῳ συνόντων συγκλητικῶν ἓξ
συμφωνήσαντες ταῖς γνώμαις, πέμψαντες εἰς Θεσσαλονίκην,
D διειλέγοντο κρύφα τῷ βασιλεῖ, ὡς, εἰ βούλοιτο Βυζάντιον κα-
τασχεῖν, αὐτῶν παραδιδόντων, (ἦσαν γὰρ οὐκ ἀδύνατοι ποι-
εῖν,) πρῶτον μὲν αὐτοῖς πιστώσασθαι δι' ὅρκου, τῆς τε ὑπη-
ρεσίας ἐφ' ἣν νῦν τελεῖ τὸν μέγαν ἀποστῆσαι λογοθέτην τὸν
Μετοχίτην καὶ διὰ βίου παντὸς δι' ὀργῆς ἔχειν καὶ συγγνώ-
μην μηδέποτε παρασχεῖν· ἔπειτα δὲ καὶ ἕτερ' ἄττα ὅσα αὐ-
τοὶ ᾐτοῦντο, ἐκπληροῦν. κἂν ταῦτα αὐτοῖς πιστώσηται δι'
ὅρκων, μηδὲν ἀναβαλλόμενον ἥκειν, ὡς ἅμα τῷ ἐλθεῖν παρα-
ληψόμενον τὴν πόλιν. ἐφ' οἷς ἀπεκρίνατο ὁ βασιλεὺς, τοῦ
μὲν μήτε αὐτὸν ἐν τῷ νυνὶ πολέμῳ αἰτίαν παρεσχῆσθαι, μήθ'
ὑφ' ἑτέρων μάλιστα ἐθέλειν κινηθῆναι τὴν ἀρχὴν, καὶ κινη-
V. 144 θέντος δὲ, πάντα τρόπον ἐπινενοηκέναι καὶ μηχανὴν, δι' ὧν

10. πρεσβυτέρῳ ED. P. pro πρεσβυτέρων.

de nominibus et si quid ab imperatore petant, interrogat: quandoquidem pro benevolentia in illum aliquo digni munere apparebant. Respondent, unum Camarin, alterum Castelianum appellari; nihil petere, sed gratuito honestatis et communis emolumenti causa hoc operis aggressuros. Ubi, domestico iterum potestatem petendi quod vellent offerente, se nihil petere autumarunt, ad imperatorem eos adducit: cui propior factus, Deus, inquit, cui tu paulo ante obtulisti quae habes, quae vult nunc tibi rependit: et simul rei cuiusdam, quam non ita pridem patraverat, eum commonefacit.

57. Etenim cum adhuc Thessalonicae moraretur, ex optimatibus avi sex conspirantes cum eo occulte egerunt, si placeret occupare Byzantium, ipsis tradentibus, quod poterant, primum se illis iureiurando obstringeret, munere, quo nunc fungeretur, magnum logothetam amoturum atque illi in perpetuum succensurum neque unquam ignoturum: deinde alia quaedam, quae postularent, praestiturum. Ita si fecisset, sine mora veniret; simul enim venturum et urbem in potestatem accepturum. Super quibus respondit imperator, neque se huic bello caput fuisse, neque omnino ab aliis id suscitari voluisse; et eo suscitato, modum viamque omnem excogitasse, quibus

ᾤετο αὐτὸν δυνήσεσθαι καταλύειν, θεόν τε εἰδέναι, τὸν πάν- A.C. 1328
τα καὶ πρὶν γενέσθαι εἰδότα, καὶ αὐτὰ τὰ πράγματα μονον- P. 180
A. C. 1329 περὶ τριάκοντα αὐτῶν ἀπέθανον ἐν τῇ διώξει· Ῥωμαίων δὲ D οὐδεὶς, οὔτε ἐτρώθη, εἰ μὴ ἔνιοι τῶν ἵππων. Ὀρχάνης δὲ ὁρῶν ἀπὸ τοῦ λόφου τοὺς ἰδίους ἤδη ἡσσημένους δὶς, παρεθάῤῥυνέ τε τοὺς βαρβάρους καὶ ἐπεβοήθει πέμψας στρατιάν. βασιλεὺς δὲ ἐπῄνει τε τοὺς ἰδίους καὶ αὐτὸς τῆς εὐψυχίας ἕνεκα καὶ τῆς ἀνδρίας καὶ παρεκάλει μὴ ὑφίεσθαι τῆς τόλμης, ὡς ἀεὶ κρείττους τῶν βαρβάρων ἐσομένους, ἔπεμπέ τε καὶ στρατιὰν ἀξιόμαχον πρὸς τοὺς βαρβάρους. καὶ γενομένων ἐγγὺς τῶν στρατευμάτων, πάλιν ἀντέσχον μὲν οἱ Πέρσαι ἐπὶ πλέον· ἐκβιασθέντες δ' ὅμως ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων, ἐτράπησαν εἰς φυγὴν πρὸς τοὺς οἰκείους καὶ ἔπεσον ὀλίγοι ἐξ αὐτῶν. τοιαύτας μὲν δὴ τὰς συμπλοκὰς καὶ τὰς ἀναχωρήσεις οἱ Πέρσαι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἐποιοῦντο ἄχρι δείλης τῆς ἡμέρας ἐν ἀρχαῖς μάλιστα τοῦ θέρους, Ἰουνίου μηνὸς ἐνισταμένου. καὶ κατὰ πάσας μὲν τὰς συμβολὰς ἐνίκων οἱ Ῥωμαῖοι· κατὰ κράτος δὲ αὐτῶν περιγενέσθαι οὐκ ἠδύναντο, ἅμα μὲν διὰ τὸ φά- P. 214 ραγγας βαθείας περιβεβλῆσθαι τὴν Περσῶν στρατιὰν καὶ μηδεμίαν κύκλωσιν παρέχειν τοῖς Ῥωμαίοις, ἅμα δ', ὅτι καὶ τὸ πεδίον, ἐν ᾧ κατιόντες διηγωνίζοντο οἱ Πέρσαι, τάφροις αὐτοφυέσι καὶ αὐτὸ διατετμημένον ἦν πανταχοῦ, ἐν οἷς τοξόται ἱστάμενοι πολλοὶ τὴν τελείαν νίκην ἀφῃροῦντο Ῥωμαίους, βάλλοντες ἐκ τῶν ὀχυρωμάτων· τήν τε στρατιὰν αὐτοῖς πᾶσαν βασιλέα οὐκ ἐξῆν ἐπαγαγεῖν διὰ τοῦ τόπου τὴν ἀνωμαλίαν. ἐξ ἐκείνου δὲ ὁ Ὀρχάνης νομίσας καιρὸν εἶναι καὶ σφοδροτέρας προσβολῆς, χιλίους ἑτέρους ἀπολεξάμενος τῶν Περσῶν, ἐκέ-

vulnerati tamen equi aliquot. Orchanes e tumulo suos iam bis victos conspiciens, animos addit, manumque auxiliariam submittit. Imperator quoque suos de magnanimitate ac fortitudine commendat, hortaturque, ne quid de ea, utpote semper barbaris superiores futuri, deminuant; mittitque contra illos parem copiam. Ut sibi appropinquarunt, Persae denuo acrius resistunt: sed Romanorum virtuti succumbentes, ad suos refugiunt; pauci in fuga animas amittunt. Huiusmodi pugnae Persarum cum Romanis et refugia usque ad diei vesperam perducebantur, principio maxime aestatis, Iunio mense ineunte, et in omnibus congressibus Romanus vincebat; summo autem proelio ideo nequibat eos vincere, quod exercitus Persarum profundis vallibus cingeretur, nec circumveniri posset, quodque campus, in quem certaturi descendebant, fossis naturalibus ubique intersectus erat: in quibus magno numero stantes sagittarii, plenam Romanorum victoriam impediebant, inde ut ex munitionibus iaculantes, cum propter inaequalitatem loci universum exercitum in eas immittere imperatori non liceret. Ex illo Orchanes vehementioris impressionis tempus esse statuens,

λευσεν εἰς τὸ πεδίον καταβάντας ἅμα τοῖς τριακοσίοις προσ- A.C. 1329 βαλεῖν Ῥωμαίοις. βασιλεύς τε ἐπεὶ ἐκείνους ἑώρα κατιόντας, B τοῖς τε πρότερον μαχομένοις στρατιώταις τῆς ἀνδρίας ἕνεκα εὐχαριστήσας τὰ εἰκότα καὶ τὸν στρατηγὸν αὐτῶν Ἐξώτροχον ἐπαινέσας καὶ τῆς ἐμπειρίας καὶ τῆς τόλμης, ἔπεμπε καὶ στρατιὰν ἑτέραν, ἧς ἦρχε Τάγαρις Μανουὴλ ὁ μέγας στρατοπεδάρχης, ὡς σὺν αὐτοῖς ἀντιστησομένην τοῖς βαρβάροις. καὶ γενομένης ἐπιπολὺ μάχης ἰσχυρᾶς ἐξ ἑκατέρων τῶν μερῶν, τῶν μὲν Ῥωμαίων ἵππων ἐτρώθησαν πολλοί, στρατιῶται δὲ ἐγένοντο ὀλίγοι τραυματίαι, τέθνηκε δὲ εἷς· Περσῶν δὲ ἔπεσον πεντήκοντα παρὰ τὴν μάχην. Ὀρχάνης δὲ ἐν ᾧ ἡ μάχη συνεκροτεῖτο, τὴν στρατιὰν, ἣν εἶχε, πᾶσαν ἔστησεν ἐπὶ μετώπου, (πρότερον γὰρ μέρος τι αὐτῆς πολὺ ἐν ταῖς C ἐνέδραις κεκρυμμένον ἦν,) ὡς εἶναι καταφανῆ καὶ Ῥωμαίοις καὶ βαρβάροις, οἰόμενος ἐκείνοις τε προθυμίαν καὶ Ῥωμαίοις ἔκπληξιν τὸ τοιοῦτον ἐμποιήσειν. ὡς δὲ ἑώρα τῆς ἐπινοίας ἀπονάμενος οὐδὲν, (οἱ Ῥωμαῖοι γὰρ οὐδὲν ἧττον ἐμάχοντο εὐψύχως καὶ ἤδη περιεγίνοντο τῶν πολεμίων,) Παζαρλοῦν τὸν ἀδελφὸν πανστρατιᾷ ἐκέλευσε τοῖς Ῥωμαίοις συμβαλεῖν· μικρὸν δὲ καὶ αὐτὸς ἀπὸ τοῦ λόφου καταβὰς, πάλιν ἔστη μετ' V. 173 ὀλίγων ὅ, τι ἂν ἀποβαίη σκοπῶν. βασιλεὺς δ' ἐπεὶ ἑώρα πανστρατιᾷ πρὸς τὴν μάχην τοὺς βαρβάρους ὡρμημένους, τὰς μὲν ἄλλας ἐκέλευε τάξεις μένειν πάσας ἀτρεμούσας, αὐτὸς D δὲ τρία τέλη ἀναλαβὼν, ἐχώρει πρὸς τὴν μάχην. ἐτέτακτο δὲ ἐπὶ μὲν τοῦ δεξιοῦ κέρως ὁ μέγας δομέστικος, τὸ ἀριστερὸν

rursum delectis mille Persis in aequor campi descendere et cum aliis illis trecentis in Romanos se inferre iussit. Imperator eos descendisse conspicatus, militibus, qui prius dimicaverant, propter fortitudinem, ut par fuit, gratiis actis, et Exotrocho eorum duce ob experientiam interritamque mentem laudato, aliam cum ipsis manum ad barbaros excipiendos misit, cui Manuelem Tagarim magnum stratopedarcham praeposuit. Cum utrimque animose diuque pugnatum esset, multis Romanorum equis, paucis militibus vulneratis, unus vitam reliquit, Persae obtruncati quinquaginta. Orchanes porro, dum pugna committitur, omnem exercitum suum in fronte locat, cum prius magnam eius partem in insidiis occultasset, ut a Romanis atque barbaris cerneretur, confisus, his animos facturum, illis terrorem incussurum. Quo commento cum nihil se proficere animadverteret, (Romani siquidem nihilo minus acriter procliabantur hostemque devincebant), Pazarlo fratri mandat, totis copiis cum Romanis confligat: pauloque post et ipse e tumulo paucis comitatus descendens, rursum constitit, quo res evaderet observans. Imperator ut barbaros quotquot erant in pugnam ruere vidit, reliquas acies omnes manere ac

A.C. 1329 δὲ εἶχεν ὁ Ἄγγελος Ἰωάννης ἐξάδελφος αὐτῷ, βασιλεὺς δὲ ἐπεῖχε τὸ μέσον. καὶ συμβαλόντες τοῖς βαρβάροις, ἐτρέψαντό τε κατὰ κράτος, μηδὲ ἀντισχεῖν τὴν πρώτην δυνηθέντας ὁρμὴν καὶ τὰς δυσχωρίας πάσας ὑπερβάντες, ἄχρι τῶν ἄκρων κατεδίωξαν τοῦ λόφου, ἔνθα καὶ Ὀρχάνης ἦν ἑστώς. ἔπεσον δὲ παρὰ τὴν μάχην Περσῶν μὲν πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν, Ῥωμαίων δὲ οὐδεὶς, ἀλλ᾽ οὔτε ἐτρώθη, οὔτε στρατιώτης οὔτε ἵππος. βασιλεὺς δὲ ἀνεχώρησεν ἐκεῖθεν, τὸ βιάζεσθαι πρὸς τὸν λόφον οὐχ ἡγούμενος λυσιτελεῖν, καὶ πρὸς τὸ πεδίον ἐλθὼν, ἐκέλευεν ἕκαστον τὴν ἣν εἶχεν ἐξ ἀρχῆς τάξιν φυλάτ-
P. 215 τειν. οἱ βάρβαροί τε ἐπὶ τοὺς πρόποδας ἔστησαν τοῦ ὄρους, τὸ περαιτέρω προβαίνειν οὐχ ἡγούμενοι λυσιτελεῖν.

B ζ'. Βασιλεὺς δὲ ὁρῶν τοὺς βαρβάρους οὐκέτι διανοουμένους εἰς χεῖρας αὐτοῖς ἰέναι, ἐβουλεύετο μετὰ τῶν ἐν τέλει ὅ,τι δέοι ποιεῖν αὐτούς. παρελθὼν δὲ ὁ μέγας δομέστικος, ἐβουλεύετο τοιάδε· „τὰ μὲν πράγματα ἡμῖν ᾗ αὐτοί τε ἐβουλευσάμεθα ἐξ ἀρχῆς, καὶ πρὸς πέρας ἐχώρησεν ἀγαθόν. παρεταξάμεθά τε γὰρ αὐτοὶ ἐλθόντες ὡς πρὸς μάχην πρῶτοι, ὡς ἂν μὴ δοκοίημεν τῷ δέει τῶν βαρβάρων ἀναχωρεῖν, οἵ τε πολέμιοι φανερῶς μὲν ἀντιτάξασθαι οὐκ ἐτόλμησαν ἡμῖν, μαρτυρήσαντες ἐναργῶς, ὡς οὐκ ἀξιομάχους ἑαυτοὺς ἐνόμισαν ἡμῖν, οὐκέτι δὲ ἀπέσχοντο τοῦ μὴ καὶ πεῖραν λαβεῖν συμπά-
C σης τῆς δυνάμεως αὐτῶν. εἰ γὰρ μὴ καὶ Ὀρχάνης αὐτὸς παρεγένετο πρὸς τὴν μάχην ὅπως τινὰ ἡμῖν ἔτι ὑπολίποιτο ἐλ-

bonum habere animum iubet: cum tribus turmis pugnatum prodit, dextroque cornu magno domestico, sinistro Ioanni Angelo eius consobrino commisso, ipse medium tenet. Collatis signis, barbari nec primum impetum sustinentes, vi ac virtute in fugam vertuntur, quos Romani per invia quaeque usque ad verticem collis, ubi Orchanes stabat, insecuti sunt. In eo conflictu Persarum centum quinquaginta caesis, e Romanis nec miles nec equus vulneratus est. Imperator inde se recepit, cum ad collem occupandum eniti non arbitraretur conducere; et in campum veniens edixit, ut quisque servaret ordinem suum, quem ab initio obtinuisset. Barbari in prominentia seu crepidine montis stantes, prodire ulterius haud tutum opinabantur.

7. Desperationem barbarorum intelligens imperator, ad proceres quid faciendum esset retulit. Progressus in medium magnus domesticus ita disseruit: Res nobis, sicut ab initio inter nos optabamus, exitu felici terminatae sunt. Acie enim instructa, priores ut ad proelium prodiimus, ne metu barbarorum recedere videremur: qui aperte aciem contra dirigere non sunt ausi, quo se nobis cedere manifeste docuerunt: non tamen quieverunt, quin totas copias suas experirentur. Et quamvis Orchanes ipse proelio non interfuerit, ut timorem

πίδα τοῦ δυνήσεσθαί τι πλέον αὐτὸς παρών, ἀλλ' ἡμῖν γε A.C. 1329
δῆλον ἐξ αὐτῶν κατέστη τῶν πραγμάτων, ὡς οὐδὲν ἂν ἔσοιτο
πλέον αὐτοῦ παρόντος. ὅτε τοίνυν τὸ μὲν εἰς χεῖρας ἡμῖν ἰέ-
ναι φανερῶς ἐξέκλινεν αὐτός, ἐν δὲ ταῖς κατὰ μέρος συμπλο-
καῖς ἀεὶ τὸ πλέον ἔσχομεν ἡμεῖς, (ὑπὲρ τετρακοσίους γὰρ πε-
σόντων βαρβάρων, Ῥωμαίων τέθνηκε μόνος εἷς,) ποίαν ἂν
τις ἀπόδειξιν ζητοίη μείζονα καὶ περιφανεστέραν τοῦ καὶ ταῖς
γνώμαις τοὺς βαρβάρους καὶ τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἡσσῆσθαι;
κἀκεῖνο δέ τις μέγιστον ἂν τεκμήριον τιθείη τοῦ οἴεσθαι ἡμᾶς
τοὺς βαρβάρους δυνατωτέρους ἑαυτῶν· τοῦ γὰρ ὑπηρετικοῦ D
τῆς στρατιᾶς διὰ πάσης τῆς ἡμέρας ἐγγὺς αὐτῶν τροφὴν τοῖς
ἵπποις συλλεγόντων, οὐδὲ ἐπεχείρησαν οἱ βάρβαροι κωλῦσαι,
καίτοι γε τὰ ἄλλα ὄντες τοῦ δέοντος μᾶλλον φιλοπόλεμοι καὶ
φιλοκερδεῖς· ἐπειδὴ δὲ ὅσον οὔπω καὶ ὁ ἥλιός ἐστι πρὸς δυ-
σμάς, ἄριστον εἶναί μοι δοκεῖ, εἰς τὸ στρατόπεδον ἐλθόντας αὐ-
λίσασθαι τὴν νύκτα, καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν ἅμα πρωῒ τὰ ὅπλα
ἔχοντας, τεταγμένως τὴν ἐς Βυζάντιον ἰέναι. κἂν μὲν οἱ βάρ- V. 174
βαροι τῆς δυσχωρίας ἀποστάντες ἐπὶ τοῦ πεδίου ἐθελήσωσι
διαγωνίσασθαι πρὸς ἡμᾶς, θεῷ μελήσει τὴν νίκην ὁποτέροις
ἂν παράσχοι. ἂν δ' ἐπὶ τοῦ λόφου μένοντες, ἀπόσχωνται τῆς
μάχης, ᾧ καί μοι μᾶλλον ἔπεισι πείθεσθαι, ὡς διὰ πεδίου
μέλλομεν ἰέναι ἐνθυμουμένῳ, μετὰ βελτίστου τοῦ σχήματος ἡ P. 216
ἐπάνοδος κείσεται ἡμῖν, ἀμφοτέρωθεν ἔχουσι τὴν νίκην, ἔκ τε
ὧν τῇ προτεραίᾳ ἀγωνισάμενοι τὸ πλέον ἔσχομεν αὐτῶν καὶ

aliquem haberemus, plus ipsum praesentem posse, tamen ipsius praesentiam nihilo plus effecturam re ipsa cognovimus. Quando igitur palam certamen subterfugit, et in particularibus pugnis nos semper victoriam retulimus, (pro trecentis enim barbaris unus dumtaxat de Romanis occubuit,) quam quaeso demonstrationem quisquam luculentiorem desideret, et corporibus et animis nobis succubuisse barbaros? Illud quoque pro indicio certissimo haberi potest, eos nos sibi ut potentiores anteponere, quod cum militum nostrorum servitia toto die prope ipsos equis pabula legerent, quamquam alioqui et belli et lucri incredibiliter cupidi, tamen prohibere ea aggressi non sunt. Et quia sol occasui proximus est, consultissimum puto in castra reversos, ibi noctem agere, crastinoque diluculo captis armis et agmine composito, Byzantium viam inire. Et si quidem barbari impeditiora illa loca deserentes, in planitie confligere nobiscum voluerint, Deo curae erit, utris victoriam largiatur. Sin restantes in tumulis, pugnam reformidaverint, quod magis futurum credo, iam incessum nostrum per campum cogitatione concipiens, honestissima nobis relinquitur reversio, utrimque scilicet victoribus: tum quod hesterna luce manus cum ipsis conserentes vicerimus; tum quod postridie ad certamen

A.C. 1329 ἐξ ὧν εἰς τὴν ὑστεραίαν αὐτοὶ μὲν ἔργῳ προὐκαλούμεθα εἰς μάχην· ἐκεῖνοι δ' οὐκ ἀξιόχρεως αὐτοὺς νομίζοντες, ἔμειναν ἑστῶτες ἐπὶ τῶν ὀχυρωμάτων." Τοιαῦτα τοῦ μεγάλου δομεστίκου βουλευσαμένου, ὅ,τε βασιλεὺς ἐπείθετο αὐτίκα καὶ τοῖς ἄλλοις ἄριστα ἐδόκει. καὶ τῶν σημείων ἀρθέντων ἅμα καὶ τῆς σάλπιγγος ἀνάζευξιν σημηνάσης, πρὸς τὸ στρατόπεδον ἐχώρουν, παιωνίσαντες ὡς ἐπὶ νίκῃ. Ὀρχάνης δὲ αὐτὸς μὲν ἔμει-
B νεν ἐπὶ τοῦ λόφου τὸ πολὺ τῆς στρατιᾶς ἔχων, μέρος δέ τι πέμψας παρέπεσθαι ἐκέλευσε Ῥωμαίοις ἄχρι στρατοπέδου. ἐκ δὲ τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς οἱ μάλιστα ἡβῶντες, οὐ τῶν εὐγενεστέρων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης στρατιᾶς, τοὺς Πέρσας αὐτοῖς ὁρῶντες ἑπομένους, οἷα νέοι καὶ δυσκάθεκτοι ταῖς ὁρμαῖς, τῶν τάξεων ἐξιόντες τῶν σφετέρων, ὑπελείποντο ὀπίσω καὶ τοῖς βαρβάροις συνεπλέκοντο ἐξ ἐφόδων. ὁ μέγας δὲ δομέστικος τήν τε ἀκαιρίαν ὑποπτεύων, (ἤδη γὰρ ὀψὲ ἦν,) καὶ δεδιὼς περὶ τοῖς στρατιώταις μή τι τοῖς βαρβάροις κακουργηθῇ περὶ αὐτούς, ἄλλως τε καὶ δι' ὀργῆς αὐτοὺς ποιούμενος ὅ,τι μήτε βασιλέως προστεταχότος, μήτ' αὐτοῦ τῆς Ῥωμαίων συμπάσης στρατηγοῦντος στρατιᾶς, ἀτάκτως καὶ συνθήματος χω-
C ρὶς τοῖς βαρβάροις συμπλέκονται λειπόμενοι ὀπίσω, τὴν μὲν σημαίαν καὶ τὸ τάγμα τὸ ὑπ' αὐτὸν ἑνὶ τῶν ὑποστρατηγούντων αὐτῷ παραδούς, εἰς τὸ στρατόπεδον ἐκέλευε χωρεῖν· αὐτὸς δὲ ὀλίγους λογάδας παραλαβών, ἐχώρει πρὸς τοὺς μαχομένους τοῖς βαρβάροις, ἅμα μὲν τῆς μάχης ἀποστήσων καὶ ἄξων μεθ' ἑαυτοῦ πρὸς τὴν στρατιάν, ἅμα δὲ καὶ δίκην ἐπι-

eos provocaverimus, illi vero se impares iudicantes, in illis locorum claustris haerere perrexerint. Huic consilio imperator statim assensit, ceterique ut optimum amplexi sunt; sublatisque signis, cum tubae clangore in castra triumphum canentes redierunt. Orchanes cum corpore exercitus in collibus subsistens, partem aliquam dimisit, quae Romanos usque ad castra insectaretur. Ex Romanis autem qui aetate vigebant maxime, non de nobilioribus modo, sed gregariis etiam, Persas sequi conspicientes, ut iuvenes et impotentes animi, ordinibus desertis, retro ex itinere cum iis concurrebant. At magnus domesticus ob tempus incommodum (serum enim dici erat) formidans, ne quid milites a barbaris acciperent mali: iratus insuper, quod neque imperatoris, neque sua, qui totum Romanum exercitum duceret, auctoritate, confuse et incomposite cum barbaris retro subsistentes dimicarent, vexillum et agmen suum uni sub se ducum tradens, in castra ut pergeret mandavit; ipse cum paucis delectis ad eos, qui cum barbaris pugnabant, properavit; et ut coepto revocatos secum ad reliquum exercitum reduceret: et ut poenam ordinum desertoribus debitam imponeret. Eadem cogitatio imperatoris fuit, qui suas co-

θήσων τὴν προσήκουσαν τοῖς ἀτάκτοις. τοῖς ἴσοις δὲ λογι- A. C. 1329
σμοῖς χρησάμενος καὶ βασιλεὺς, τὸ ἴδιον τάγμα καὶ αὐτὸς καὶ
τὴν σημαίαν τὴν βασιλικὴν Ἀσάνῃ Μανουὴλ τῷ Ἀνδρονίκου
υἱῷ ἐξαδέλφῳ ὄντι αὐτοῦ παραδοὺς καὶ χωρεῖν πρὸς τὸ στρα-
τόπεδον κελεύσας, λογάδας καὶ αὐτὸς παραλαβών τινας, ἐβά- D
διζεν ὀπίσω. οὕτω δὲ συμβὰν, γενόμενοι ἀλλήλοις ἐν ταὐτῷ
καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ὑποστροφῆς πυθόμενοι εἶναι τὴν αὐτὴν,
ἐπεὶ ἐδόκουν καιρίως πεποιῆσθαι, ἄχρι τῶν μαχομένων ἦλθον
καὶ τῆς συμβολῆς μὲν ἀπέστησαν ἐκείνους, αὐτοὶ δὲ καὶ ἄκον-
τες τοῖς βαρβάροις συνεπλέκοντο. οἱ γὰρ βάρβαροι τὴν μὲν
στρατιὰν ὁρῶντες ἤδη οὐκ ὀλίγον αὐτῶν ἀφεστηκυῖαν, τοὺς
ὑπολειπομένους δὲ ὀλίγους, καὶ νομίσαντες καιρὸν εἶναι αὐ-
τοῖς ἐπιθεμένους διαφθεῖραι, λογάδες καὶ ἐξ αὐτῶν καὶ πολ-
λάκις τόσοι ἐπιθέμενοι, ἐν χρῷ κατέστησαν αὐτοὺς κινδύνου.
δομέστικός τε γὰρ ὁ μέγας, τοῦ ἵππου αὐτῷ ἐν ταῖς ἐκδρο-
μαῖς καὶ ἀναστροφαῖς πεσόντος, μικροῦ ἐδέησεν ἀποθανεῖν, εἰ
μὴ βασιλέως καὶ τῶν ἄλλων περιστάντων, ἐφ' ἕτερον ἀνηνέχθη.
καὶ τὸν βασιλέως ἵππον ἔτρωσαν μὲν τραύμασι καιρίοις, ἐπέ- P. 217
σησε δὲ ὅσον ἀπαλλάξαι τῶν βαρβάρων. ἐτρώθη δὲ καὶ ὁ βα-
σιλεὺς βέλει τὸν μηρὸν, ἄγαν εὐψύχως μαχόμενος τοῖς βαρ-
βάροις, καὶ διῆλθε τὸ βέλος ἀμφοτέρας τὰς ἐπιφανείας. κίν-
δυνον δὲ τὸ τραῦμα οὐδένα ὑπενόει, ἀλλὰ μετὰ δεκάτην τῆς
πληγῆς ἡμέραν αὖθις ὑγιὴς ἦν, ὡς ἂν εἰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν
ἐτρώθη. πλὴν εὐψύχως καὶ γενναίως ἀγωνισάμενοι καὶ βαρ-
βάρους ὀλίγους μὲν, τῶν ἐπιφανῶν δὲ ἀνελόντες καὶ διαλυ- V. 175

hortes et signum imperiale Manueli Asani, Andronici filio cognato suo, committens, et in castra abducere iubens, ipse similiter cum selectis aliquot retro concessit. Ita contigit, ut alter in alterum incideret, et eandem sibi retro redeundi causam fuisse intelligerent, factumque probarent; ad pugnantes accederent, eosque abstrahentes, ipsi, quamvis nolentes, cum barbaris proeliarentur. Nam barbari, cum exercitum Romanum iam non modico ab ipsis intervallo distantem cernerent et relictos esse paucos: censerentque maturum esse, eos invadere et mactare, eorum quoque aliquot selecti et numero longe plures, in summum illos discrimen adduxerunt. Magnus quippe domesticus, equo in tot cursibus et recursibus praecipitante, ferme vixisset, nisi ab imperatore aliisque proximis in alium equum continuo sublatus fuisset. Et imperatoris quidem iumentum licet letali confossum vulnere, ita tamen cecidit, ut rex a barbaris se eriperet. Accepit etiam luculentam plagam fortissime cum iis dimicans imperator, adacto per femur telo, verum sine periculo; post decimum namque diem consanuit femur, ut si nunquam vulneratum fuisset.

A. C. 1329 θέντες ἀπ' ἀλλήλων, οἱ μὲν ἀπελείποντο ὀπίσω, ὥσπερ πυρὸς B τῆς Ῥωμαίων ἀπεχόμενοι στρατιᾶς, καὶ μηδ' ἐγγὺς ὑπομένοντες γενέσθαι. βασιλεὺς δὲ καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν, ἐνοχλοῦντος μηδενὸς, πρὸς τὸ στράτευμα γενόμενοι, τὴν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἐχώρουν· Σεβαστόπουλος δέ τις τῶν ὑποτεταγμένων βασιλεῖ, τὸ γένος μὲν Μυσὸς, τριακοσίων δὲ ἄρχων στρατιωτῶν οὐ πάνυ ὡπλισμένων, οὐδὲ ἵπποις χρωμένων ἀγαθοῖς, ἀλλὰ τὴν ἐσχάτην χώραν ἐπεχόντων ἐν τῇ στρατιᾷ, τούς τε ἰδίους ὅσοι ἦσαν παραλαβὼν καὶ πεζοὺς προσεταιρισάμενός τινας, τὴν ἄλλην στρατιὰν ἀπολιπὼν, δρόμῳ κατὰ Περσῶν ἐχώρει. συνιδόντες δὲ οἱ Πέρσαι, ὡς ἐπὶ κακῷ τῷ σφετέρῳ τὴν ἔφοδον ποιοῦνται ταυτηνὶ καὶ ἀποστῆσαι τῆς στρατιᾶς βουλόμενοι ἐπιπολὺ, τὴν ἧττάν τε προσεποιοῦντο καὶ φεύγειν ἐδόκουν·
C οἱ δ' ἐφείποντο ἀνοήτως. εἶτ' αἰφνίδιον οἱ βάρβαροι συστραφέντες, βοῇ τε ἐχρῶντο καὶ ἀλαλαγμοῖς καὶ τοῖς Ῥωμαίοις ἐπεφέροντο ὀξέως· οἱ δὲ μὴ ἐνεγκόντες τῶν βαρβάρων τὴν ὁρμὴν, ἐτράποντό τε καὶ κατέστησαν εἰς φυγήν. καὶ εἴκοσι μὲν ἀπέθανον ἐκ τῶν ἱππέων, πέντε δὲ καὶ ἕτεροι τοσοῦτοι πεζοί· οἱ δ' ἄλλοι διεσώθησαν, ἐκ τῆς στρατιᾶς πολλῶν ὀξέως ἐπιβοηθησάντων. βασιλεὺς δ' ἐπεὶ ἐστρατοπεδεύσατο πάλιν κατὰ τὸν Πελεκάνον, εἰς Βυζάντιον εὐθὺς τοὺς μηνύσοντας ἔπεμπε πρωτοστράτορι τὰ γεγενημένα, ἐκέλευέ τε ναῦς ἔχειν παρεσκευασμένας πρὸς τὸν πόρον, ὡς τῆς στρατιᾶς μετὰ μίαν
D ἡμέραν ἢ δευτέραν περαιωθησομένης. δείσας δὲ μὴ, ὅπερ

Iam vero cum viriliter generoseque decertassent, et paucos quidem barbaros, illustres tamen occidissent, discesserunt. Persae autem Romanis amplius non magis quam igni appropinquare eosque tangere ausi sunt. Rex cum suis, nullo obturbante, ad exercitum reversus castra petiit; at quidam Sebastopulus imperatori parens, genere Moesus, trecentorum militum non valde armatorum, neque bonos equos habentium praefectus et in extremo agmine militantium, omnibus suis assumptis et peditibus aliquot in auxilium ascitis, reliquo exercitu deserto, cursim in Persas tendebat. Illi hanc incitationem ad suam perniciem pertinere rati et longius eos ab exercitu volentes abstrahere, perinde ut victi fugam simulabant. Sebastopulus temere et inconsulto insequitur. Tum barbari de improviso converti, laetos clamores tollere et in Romanos violenter irruere. Qui impressionem non sustinentes in fugam se effuderunt. Trucidati equites quinque supra viginti, pedites totidem: ceteros subitum, nec exiguum ab exercitu missum subsidium conservavit. Imperator rursum in Pelecano castrametatus, confestim Byzantium protostratori acta nuntiatum misit: cum mandatis, uti naves ad transducendum post unum alterumve diem exercitum paratae essent. Et cum vereretur, ne (quod accidit) alia quam pro vero de vulnere suo fama divulgaretur, de eo quoque pro-

ἐγένετο, περὶ τοῦ τραύματος αὐτοῦ ἑτέρως ἢ ὡς ἔχει φημι- A. C. 1329
σθῇ, ἐδήλου καὶ περὶ αὐτοῦ, ὡς τρωθείη μὲν τὸν μηρὸν, οὐ-
δεμίαν δὲ τὸ τραῦμα ἔχειν ὑποψίαν, οὐδὲ διὰ τοῦτο τὴν ἐπά-
νοδον ποιεῖσθαι, ἀλλ' οὕτω δόξαν λυσιτελεῖν καὶ πρὶν τρωθῆ-
ναι. ὁ μέγας δὲ δομέστικος, ἐπεὶ τὰ περὶ τὴν στρατοπεδείαν
κατεστήσατο καλῶς, ὅσους ἔδοξεν αὐτῷ τῆς στρατιᾶς παραλα-
βὼν, κατὰ τὴν εἰσβολὴν τοῦ στρατοπέδου, ἐπεὶ ἐπεφύκει κα-
λῶς καθάπερ ἰσθμὸς οὖσα στενὴ, τοῦ ἔνδοθεν ἐπιπολὺ πλα-
τυνομένου, ηὐλίσατο τὴν νύκτα φυλακῆς ἕνεκεν τῆς στρατιᾶς.
η'. Ὀρχάνης δὲ, ἐπεὶ ἐπελάβετο ἡ νὺξ, τοὺς ὑπ' αὐτὸν P. 218
σατράπας πάντας συναγαγὼν, „τὴν μὲν ἐμπειρίαν" εἶπε „καὶ B
τὴν τόλμαν τῶν Ῥωμαίων τὴν κατὰ τὰς μάχας οὐδένα σή-
μερον ὑμῶν οἴομαι ἠγνοηκέναι. δοκῶ δέ μοι καὶ αὐτοὺς ἂν
ἐμοὶ συνομολογῆσαι, ὡς οὔτ' ἐφ' ἡμῶν, οὔτ' ἐπὶ τῶν ἡμετέ-
ρων προγόνων ἕτεροί τινες Ῥωμαίων οὕτως εὐκλεῶς ἄγαν ἠγω-
νίσαντο καὶ μετὰ πάσης ἐμπειρίας. διὰ πάσης γὰρ ἡμέρας
ἡμῶν ἢ ἀπάτῃ ἢ ἐκπλήξει ἢ ὁρμῇ καὶ θρασύτητι παραβόλῳ
ἢ ἑνί γέ τῳ τρόπῳ εἰς ἀταξίαν αὐτοὺς πειρωμένων ἐμβαλεῖν,
οἱ δ' οὐδὲν μᾶλλον ἐκινήθησαν τοῦ προσήκοντος φρονήματος
αὐτοῖς, ἀλλ' ἐμπειρίᾳ μὲν ἐφύλαξαν τὴν τάξιν, ἀνδρίᾳ δὲ καὶ V. 176
εὐψυχίᾳ κρείττους ἀεὶ φαινόμενοι ἡμῶν, ἀπέκτειναν μὲν πολ- C
λοὺς ἡμῶν, ἐκείνων δὲ ἀπέθανον οὐδὲ ὀλίγοι. καὶ τὸ δὴ θαυ-
μαστότερον, ὅτι καὶ μετὰ τὴν ἀνάζευξιν τῆς στρατιᾶς ὀλίγων
τινῶν ὀπίσω ὑπολιπομένων, πολλαπλασίους ἐκ τῶν ἡμετέρων

tostratorem certiorem esse voluit: vulneratum se quidem in femore, at non periculose, neque idcirco se redire: sed quod etiam ante vulnus ita e re fore statuisset. Magnus vero domesticus, commode castris constitutis, sumptis quot voluit militibus, in eorum aditu natura pulcre angusto et isthmo simili, lato admodum interiore spatio, per noctem excubias egit.

8. Orchanes, postquam contenebravit, coactis satrapis suis, talia verba disseruit: Quam sint belli scientes manuque prompti Romani, neminem vestrum hodie nescire opinor, novique pro certo, et vos mihi assensuros, neque nostris, neque maiorum nostrorum seculis Romanos alios cum tanta nominis sui gloria tamque singulari peritia decertasse. Cum enim per totum diem aut fallacia aut terrore aut impetu audaci ac repentino aut alio denique modo ordines eorum disturbare conaremur, ipsi nec tantillum a propria sibi altitudine animi deflexerunt: sed qua valent disciplina, stationes servarunt: fortitudine autem animique praestantia semper nobis meliores, complures nostrum orco demiserunt, ne paucis quidem de eorum numero desideratis. Quodque mirabilius est, etiam in castra se recipiente exercitu, cum haud ita multi rediissent eosque de nobis multo plures invasis-

A.C.1329 ἐπιθέμενοι αὐτοῖς, οὐ μόνον οὐ περιεγένοντο αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν οἰκείων ἀπέβαλον τοὺς ἀνδρίᾳ μάλιστα προέχοντας καὶ τόλμῃ. καὶ μετ' αὐτοὺς πάλιν ἑτέρων καίτοι γε ἀνοήτως προσβαλόντων καὶ φαύλως ἀγωνισαμένων τὸ δοκεῖν, ὡς ἐμὲ οἰηθῆναι πάντας αὐτοὺς διαφθερεῖν ἡμᾶς, ὅμως πλὴν ὀλίγων D τῶν πεσόντων, οἱ ἄλλοι πάντες παρὰ δόξαν διεσώθησαν· ὧν μοι καὶ δοκεῖ τὸν στρατηγὸν ὁ βασιλεὺς τῆς ἀταξίας ἕνεκα εἰς τὴν σωτηρίαν ζημιώσειν. ἐκ τοίνυν τούτων πάντων εἰκὸς τὸν βασιλέα οἴεσθαι εἰς τὴν ὑστεραίαν μᾶλλον ἢ πρότερον θαῤῥοῦντα ἡμῖν ἐπιστρατεύσειν, ἡμᾶς δὲ μὴ δυναμένους πρὸς τὴν μάχην ἀντισχεῖν, φεύγειν ἀνάγκῃ ἡττηθέντας αἰσχρῶς καὶ ἀγεννῶς. εἰ δὲ παρὸν ἀκινδύνως σώζεσθαι καὶ προσέτι καὶ τὴν ἐκ τῆς ἥττης ἀδοξίαν διαφυγεῖν, (οὐδεὶς γὰρ ἂν ἡμῖν μέμψαιτο τῶν νοῦν ἐχόντων τὸν προὖπτον παραιτησαμένοις κίνδυνον,) ἔπειθ' ὑπὸ φιλονεικίας εἰς τοὺς ἐσχάτους ἑαυτοὺς καταστήσομεν κινδύνους, οὐκ ἄρα δόξομεν ἀνοηταίνειν καὶ P.219 ἐπιβουλεύειν ἑαυτοῖς; διὸ δή μοι καὶ δοκεῖ, τουτὶ μὲν τὸ στρατόπεδον καταλιπεῖν, ἑτέρας δὲ πολλὰς ἀναχωρήσεις ὀχυρωτάτας καὶ δυσπροσόδους ἔχοντος τοῦ τόπου, εἴς τινα αὐτῶν ἐλθεῖν κἀκεῖ τὸ ἀποβησόμενον περιμένειν, βέλτιον γὰρ μετὰ ἀδείας ἀναχωρεῖν, ἢ φεύγειν, τῶν Ῥωμαίων διωκόντων." Τοιαῦτα μὲν Ὀρχάνης μετὰ τῶν ἐν τέλει ἐβουλεύετο Περσῶν, καὶ ἐδόκει ἄριστα εἶναι καὶ λυσιτελοῦντα ἑαυτοῖς καὶ ἐπεψηφίζοντο πάντες. Κολαούζης δὲ Σαλιγγαρὶ καὶ Καταιγίαλος

sent, tantum abest, ut eos vicerint, etiam de suis virtute et alacritate longe praecipuos amiserunt. Post eos cum alii, tametsi imprudenter, in nos incurrissent, infausteque, ut apparebat, pugnassent, ut crediderim omnes ad unum manibus nostris interfectum iri, tamen demptis non ita multis, ceteri omnes praeter opinionem evaserunt: quorum etiam ducem imperator, propter ordinem non servatum, salutariter multaturus videtur. Ex his verisimile fit, illum maioribus quam antea spiritibus luce crastina nos aggressurum; nos autem utpote ad resistendum imbecilles et victos, illiberali ac turpi fuga salutem volentes nolentesque petituros. Quod si cum vitato discrimine salvis esse et ignominia, quae victos sequitur, carere liceat, (nemo siquidem prudentium reprehendet, si praevisum periculum a nobis detestemur,) ex aemulatione extrema pericula nobismet creaverimus, an non desipere et ipsi capitibus nostris pestem struere censebimur? Quamobrem hinc discedendum, et quoniam regio alios complures munitissimosque et impervios recessus habet, aliquem occupandum et illic eventum exspectandum iudico. Impune enim et cum securitate recedere, quam persequentibus Romanis fugere, praestat utique. Haec Orchanes ad Persas proceres; quae ut recta valde et utilia omnium suffragiis con-

Πατατούρης, ἔξωροι μὲν ἤδη τὰς ἡλικίας ὄντες καὶ Ἀτουμά- A. C. 1329 νῳ τῷ Ὀρχάνῃ πατρὶ ἡλικιῶται, πολλῶν δὲ ἔμπειροι πολέμων καὶ κινδύνων, οὐκ ἔφασαν αὐτοῖς ἀρέσκειν τὰ βεβουλευμένα, B οὐδέ, ἐξὸν ἀκινδύνως ἀποπειρᾶσθαι Ῥωμαίων, ἔτι ὑπὸ κακοβουλίας ἀναιμωτὶ τὴν νίκην αὐτοῖς παραδιδόναι. τὸ γὰρ τὸ στρατόπεδον ἐκλιπεῖν οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ ἡττῆσθαι προφανῶς. τὸ μὲν οὖν μὴ ἀντιστῆναι δύνασθαι πρὸς βασιλέα, οὐδ' αὐτοὶ ἀρνηθείημεν, εἶπον, ἄν, καὶ πάντα μᾶλλον διανοητέον ἢ κατὰ στόμα προσυπαντᾷν Ῥωμαίοις. τὸ δὲ φεύγειν, ἀνάγκης μὴ παρούσης, μηδ' ἐπὶ μικρὸν λυσιτελεῖν. ἀλλ' ὅσα μὲν περιττὰ καὶ τὴν ἄλλην τῶν στρατιωτῶν ἀποσκευὴν ἐν ἀσφαλείᾳ καθιστᾷν ὅποι ἂν δοκῇ, αὐτὸν δὲ εὐσταλῆ καὶ κούφην ἔχοντα τὴν στρατιὰν, ἐπὶ τῶν αὐτῶν τόπων μένειν. ἐμφανῆ μέντοι μηδαμῶς ποιεῖν τὴν στρατιὰν, ἀλλ' ἐν νάπαις καὶ ταῖς C κοιλάσι κατακρύπτειν, ἐπιεικῶς πρὸς τοῦτο ἔχοντος τοῦ τόπου εὐφυῶς. ὥσπερ δέ τινας σκοποὺς ἑκατὸν ἀπολεξάμενον στρατιώτας, ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἑστάναι τόπων κελεύειν, οὗ αὐτὸς παρετάττετο τῇ προτεραίᾳ, καὶ εἰ μὲν βασιλεὺς ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἡσυχάζοι, καὶ αὐτοὺς ἐνταῦθα κρύπτεσθαι ἄχρις ἂν ἡμῖν ἐμφανὲς καταστῇ πρὸς ὅ,τι τράπηται κἀκεῖνος. ἐὰν δὲ ἡμῖν ἐπίῃ, πρῶτον μὲν οὐ δυνατὸν αὐτοὺς κατὰ πρόσωπον ἐλθεῖν, τὰς δυσχωρίας παραιτουμένους καὶ τὰς ὀχυρότητας τὰς ἐκ τῶν τόπων. ἐμπειρίας γὰρ ἴδιον στρατηγικῆς οὐ μό- D νον τὴν στρατιὰν διατάττειν κοσμίως, ἀλλὰ καὶ καιρῶν στο- V. 177

firmabantur. Ceterum Colanzes Salingaris et Cataegialus Pachatures aetate confecti et Osmani patri Orchanis coaevi, multis expeditionibus periculisque bellicis exerciti, non sibi probari aiebant hanc sententiam: neque cum adhuc Romanos tentare cum securitate liceat, perverso consilio incruentam illis victoriam concedendam: castra namque relinquere, nihil videri aliud, quam aperte victos ac superatos esse. Imperatori ab ipsis resisti non posse, ne se quidem negare; et omnia excogitanda potius, quam ut Romanis sermonem dent. Fugam vero, cum fugiendi necessitas nulla sit, ne paulum quidem profuturam. Sed quaecunque supervacanea et militum supellectilem in tuto collocaret, ubi placeret, ipse cum exercitu leviter instructo et expedito eodem in loco persisteret, sic, ut se nequaquam ostenderet: verum in saltibus et vallibus occultaret; loci ingenio ad id mire apposito. Praeterea milites centum deligeret, qui, ubi ipse pridie constitisset, pro speculatoribus starent. Si imperator castris suis se contineret, ipsi quoque tamdiu ibi laterent, donec constaret, quo ille se verteret. Si in ipsos latitantes moveret, primum quidem directo itinere venire non posse, difficultate et impedimentis locorum naturalibus prohibitum: esseque peritiae imperatoriae, non modo exercitum bene disponere;

A. C. 1329 χάζεσθαι καὶ τόπων, ἐξ ὧν πλεῖστα τούς τε πολεμίους δυνήσονται βλάψαι καὶ τοὺς φίλους ὠφελῆσαι. εἰ δ' ἄρα τοσοῦτον ἐκστήσονται τῶν ὀρθῶς ἐχόντων λογισμῶν, ὥσθ' ἑαυτοὺς θρασέως οὑτωσὶ καὶ παραβόλως ἐπὶ τὰ κρημνὰ τῶν ὀρῶν καὶ τὰς χαράδρας εἰσωθεῖν, τοῦτ' ἂν μάλιστα βουλοίμεθα ἡμεῖς καὶ εὐχῆς ἂν ἔργον ἰδεῖν γεγενημένον εἴη. τὴν νίκην γὰρ ἡμῖν παραδώσουσιν ἀπονητὶ διαφθαρέντες. τοῦτο μὲν οὖν τοιοῦτον ὂν οὐδὲ αὐτοὺς οἰόμεθα ἀγνοῆσαι, πεῖραν ὡς ὁρῶμεν πολεμίων ἔργων ἔχοντας. λείπεται δὴ περιελθόντας τὴν ἄκραν τῶν ὀρῶν, ἐκ θατέρου μέρους προσβαλεῖν ἡμῖν, πεδινοῦ τε ὄντος
P. 220 καὶ ῥαδίαν παρέχοντος τὴν ἐπιχείρησιν αὐτοῖς. στοχάζεσθαι δὲ ἔξεστι παντὶ τῷ βουλομένῳ, ὡς ἄχρις ἂν αὐτοῖς ἡ ὁδὸς διανυσθῇ, δυνατὸν ἡμῖν ἔξω τε κινδύνων καὶ φόβου παντὸς ἑαυτοὺς καθιστᾷν πρὸς τὰ καρτερώτατα ἀναχωρήσαντας, καὶ προσέτι προσέσται τὸ μὴ διὰ τὴν ἐκείνων ὀῤῥωδίαν φεύγειν δοκεῖν, ἐν ᾧ μάλιστά ἐστι τὸ αἰσχρὸν, ἀλλ' ἐμπειρίᾳ στρατηγῶν χρωμένους, τὴν ἀσφάλειαν τοῖς οἰκείοις ἐκπορίζειν. οὓς μέντοι ἔφημεν ὥσπερ σκοποὺς ἑστάναι ἑκατὸν, τὸν βασιλέα περιμείναντας ἄχρις ἂν ἐγγὺς γένηται αὐτῶν, τότ' ἤδη καὶ αὐτοὺς ἀσφαλῶς ἀποχωρεῖν, οὐδενὸς ἂν ἐπιθησομένου διὰ τὸ
B εὐσταλεῖς εἶναι καὶ κούφους καὶ ἵπποις χρῆσθαι ἀγαθοῖς. Τοιαῦτα τῶν βαρβάρων βουλευσαμένων, Ὀρχάνης τε ἐπείθετο καὶ οἱ ἄλλοι, καὶ ἐδέδοκτο μένειν ὡς ἐς τὴν ὑστεραίαν τὰ βεβουλευμένα ἐκτελέσοντας. εἰς δὲ τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον

verum etiam tempora et loca coniicere, unde hostibus plurimum noceat et amicis plurimum prosit. Si a recta ratione adeo discesserint, ut tam confidenter ac temere in praeruptos montes et profundissima vallium semet intrudant, hoc et ipsos vehementer velle, nec posse quidquam optatius evenire; victoriam enim nullo labore interemptos quasi in manum traditoros. Haec ita se habere, ne illos ipsos quidem Romanos, usu belli doctos, videri ignorare. Relinqui igitur, ut ubi montium crepidines seu extrema circuierint, ex altera parte, qua planitics est et ad aggrediendum commoditas, invadant. Coniectare autem cuivis licere, si volet, donec illi circuierint, posse se ad munitissima loca interim secedentes, omni vacare timore atque periculo. Accedere huc etiam, quod non illorum timore perculsi fugere, in quo summa insit turpitudo, sed peritia ducis usi, securitatem suis quaerere videbuntur. Quos vero centum tanquam in specula stare debere dixerint, imperatorem dum accederet observantes, tum quoque ipsos secure secessuros, quos ut levi armatura praeditos et in equis expeditis nemo sit aggressurus. Hac oratione Orchani ceterisque manendi voluntas iniecta est, decreveruntque die sequenti consulta praestare. Interea Romanorum castra rumor pervasit, imperatorem ex letali

A.C. 1329 διήει φήμη, ὡς βασιλεὺς ἀπὸ τοῦ τραύματος πονήρως ἔχει, καιρίως πληγείς. ὅσοι δὲ ἦσαν ἔτι καὶ τῷ πρεσβυτέρῳ βασιλεῖ προσκείμενοι τὰς γνώμας, διεφήμισαν ὡς τεθνηξόμενον ὅσον οὐδέπω βασιλέα· εἴτε δὲ καὶ ἀληθῶς οὕτως ἔχειν οἰηθέντες, εἴτε καὶ πρὸς ἔχθραν τὰ τοιαῦτα διεθρύλλησαν, ἐν ἀδήλῳ κατελείφθη, τοῦ βασιλέως ὕστερον διὰ τὸ μὴ δοκεῖν τῆς εἰς τὸν πάππον ἕνεκα εὐνοίας ἀμύνεσθαι αὐτοὺς ἀβασάνιστον C καταλιπόντος τὸ τοιοῦτον. τέως οὖν διεθρυλλήθη παρ' αὐτῶν, καὶ τοῖς ἐκ Βυζαντίου στρατιώταις συνεβούλευον, τοῦ στρατοπέδου πρὸς τὰς παρακειμένας τῆς Βιθυνίας ἀναχωρεῖν πόλεις, ὡς εἴ τι συμβαίη περὶ βασιλέα πάντων αὐτῶν ὑπὸ Περσῶν διαφθαρησομένων. ἔνιοι δὲ αὐτῶν καὶ πρὸς τὸν μέγαν δομέστικον ἐλθόντες, οἷα δὴ εὖνοι, συνεβούλευον ἀπαγαγεῖν τὴν στρατιὰν πρὸς τὰς πλησίον πόλεις ὡς ἤδη τεταραγμένην ὑπὸ τῆς φήμης καὶ ὅσον οὔπω καὶ ἀταξίᾳ χρησομένην. ὁ δὲ ἀνένευέ τε πρὸς τὸν λόγον καὶ μὴ λυσιτελοῦντα ἔφασκε βουλεύεσθαι αὐτούς· ὡς δὲ οὐκ ἔπειθον πολλὰ δεόμενοι, καὶ βασιλεῖ κοινοῦσθαι D τὴν γνώμην ὑπετίθεντο, ὡς ὅ, τι ἂν αὐτῷ δοκοίη πραχθησομένου. τοῦτο μὲν δὴ ἔπειθον οἰόμενον καὶ αὐτὸν ἀναγκαῖον τὰ γινόμενα γνωρίσαι βασιλεῖ. καὶ δὴ πρὸς βασιλέα ἀπελθὼν, ἀπήγγειλεν ὅσα οἱ ἐν τέλει εἶπον περὶ τοῦ λυσιτελεῖν δοκοῦντος. βασιλεὺς δὲ ἀσυμφορώτατόν τε ἡγεῖτο καὶ ἐδυσχέραινεν οὐ μετρίως, ἐκέλευέ τε ὅτι τάχιστα πρὸς τοῦ στρατοπέδου τὴν εἰσβολὴν ἐλθόντα, κατέχειν τὴν στρατιὰν καὶ μηδαμῶς ἀτακτεῖν ἐᾷν, ὡς ἄνευ πολεμίων αὐτοὺς ἐφ' ἑαυτοὺς διαφθαρη-

19. οἰόμενοι legebatur.

vulnere laborare. Quicunque autem adhuc seniori favebant, iamiam animam exhalaturum dictitabant. Utrum quia sic esse putarent, an ex odio famam istam spargerent, in ambiguo mansit: nam imperator postmodum, ne quod avo bene vellent, eos punivisse existimaretur, rem indiscussam reliquit. Dum haec per ora volverentur, etiam Byzantinos milites impulerunt, uti e castris in urbes Bithyniae vicinas se conferrent: alioqui, si quid humanitus imperatori accidisset, omnes a Persis trucidandi. Quidam insuper amici ad magnum domesticum adeuntes hortabantur, militem in oppida propinqua deduceret, tanquam malis nuntiis conterritum, et illico tumultuaturum. Domestico eos repellente, multis precibus rogare instituerunt, uti sententiam eorum cum imperatore communicaret, fieretque quod illi placuisset. Hoc obtinuerunt, quando et ille imperatorem quid ageretur, omnino monendum sentiebat. Protinus vadit, ut ei nuntiet, quid optimates e re publica futurum arbitrentur. Imperator id ipsum fore damnosissimum ducere, nec leviter stomachari ac praecipere, quam primum se ad portam castrorum obiiceret, milites cohiberet ac neutiquam tumul-

A. C. 1329 σομένους. τοῦτο μὲν οὖν ᾗ προσετέτακτο ἐποίει κατὰ τάχος.
ἐλθὼν δὲ παρὰ τὴν εἰσβολὴν, τὴν στρατιὰν εὗρε πᾶσαν ἤδη
ὡρμημένην πρὸς τὰς πόλεις φεύγειν· οἱ γὰρ ἐκ Βυζαντίου μη-
δὲ τὴν ἐκ βασιλέως ἐπάνοδον περιμείναντες αὐτοῦ, ἀλλὰ νομί-
P. 221 σαντες τεθνηκέναι βασιλέα, σκηνάς τε καὶ ἄλλα ὅσα ἐπεφέρον-
το ἀράμενοι, ἐχώρουν πρὸς τὰς εἰρημένας πόλεις. ὁρῶντες δὲ
V. 178 καὶ οἱ λοιποὶ, οὐκέτι μένειν οὐδὲ αὐτοὶ ἐδύναντο ἐπὶ τοῦ
στρατοπέδου, ἀλλὰ κεκίνητο ἤδη πᾶσα πρὸς φυγὴν ἡ στρατιά.
ὁ μέγας δὲ δομέστικος ἐν δεινῷ μὲν τὰ γινόμενα ἐποιεῖτο καὶ
ὥρμητο τοὺς πρώτους τῆς φυγῆς ἀρξαμένους ἀναστρέφειν. ὡς
δὲ οὐδὲν τῶν προσηκόντων ἴσχυε πράττειν, (πᾶσα γὰρ ἤδη
κεκίνητο ἡ στρατιὰ,) τῶν ἄλλων ἀμελήσας, διὰ σπουδῆς ἐποι-
εῖτο πάσης καὶ φροντίδος τὴν βασιλέως σωτηρίαν, καὶ ᾗ τά-
B χιστα εἶχε, πρὸς τὴν βασιλέως σκηνὴν ἐλθὼν, τοῦτον μὲν οὐχ
εὗρεν. ἡ γὰρ θεραπεία ἡ περὶ αὐτὸν τὴν μὲν στρατιὰν ἤδη πᾶ-
σαν ὁρῶντες ὡρμημένην πρὸς φυγὴν καὶ τὸ στρατόπεδον ἔρη-
μον καταλειφθὲν, τόν τε βασιλέα ἀδυνάτως ἔχοντα διὰ τὸ
τραῦμα ἵππῳ χρῆσθαι, δείσαντες περὶ αὐτῷ, ἄραντες ἐπὶ τά-
πητος, ἑνὶ τῶν παρατυχόντων ἐνέβαλον λέμβῳ καὶ ἐκέλευον
τοῖς ναύταις εἰς Βυζάντιον ἐλαύνειν. ἀναστρέψας δὲ ἐχώρει
καὶ αὐτὸς εἰς Φιλοκρήνην. εἰς τέτταρα δὲ ἡ στρατιὰ διαιρε-
θεῖσα, τὸ μὲν αὐτῆς ἐχώρησεν εἰς Φιλοκρήνην, εἰς Νικητιά-
του δὲ τὸ λοιπὸν, εἰς Δακίβιζαν δὲ τὸ τρίτον, καὶ τὸ τέταρ-
τον εἰς τὸ Ῥιτζίου. Ὀρχάνης δὲ τῶν γινομένων μηδὲν εἰδὼς,

tuari omniaque confundi sineret: ne sine hostibus ipsi semet ipsos perderent. Ubi ad aditum castrorum venit, (venit autem, uti mandatum erat, festinus,) totum exercitum ad fugam in urbes incumbentem invenit. Nam Byzantini ne exspectato quidem eius reditu ab imperatore, quem obiisse putabant, tabernaculis cum omni instrumento sublatis, ad urbes quas diximus iter capessebant. Quo conspecto, alii ne ipsi quidem manere poterant: sed cuncti iam fugam moliebantur. Magnus domesticus rei indignitatem iniquo passus animo, principes fugitores ad reditionem inducere nitebatur. Cum nihil obtineret, (totum quippe agmen iam seditione fervebat,) reliqua in postremis ponens, omni studio curaque ad salutem imperatoris se dat et quam celerrime potest, ad eius tabernaculum accurrens eum non reperit: quod ministri, dum exercitum ad fugam efferri, castra deserere, ipsum propter illatum vulnus equo insidere non posse cernerent, eius saluti metuentes, tapeti impositum ac lembo forte fortuna occurrenti creditum, Constantinopolin pervehendum curaverant. Reversus ipse quoque Philocrenen concessit. In quatuor autem agmina divisis militibus, unum Philocrenen, alterum Nicetiatum, tertium Diacibizam, quartum Rhitzium discessit. Orchanes horum omnium

ὅμως Παρζαλοῦν τὸν ἀδελφὸν μετά τινων Περσῶν ὀλίγων A.C.1329 ἐκέλευσεν ἐλθόντα κατασκέψασθαι τὴν βασιλέως στρατιάν. C ᾤετο γὰρ αὐτοὺς οὐδὲ τὴν νύκτα καθευδήσειν ἀμερίμνως, ἀλλ' ἐπιχειρήσειν τι πρὸς κάκωσιν αὐτῶν. ὁ δ' ὑπὸ τὸ σκότος ὡς ἐνῆν μάλιστα λαθὼν καὶ γενόμενος ἐγγὺς τοῦ στρατοπέδου, ἐπεὶ ᾐσθάνετο τὴν στρατιὰν κεκινημένην, ταχέως Ὀρχάνῃ τῷ ἀδελφῷ ἐδήλου. τῷ δ' ἐδόκει μὲν εὐθὺς οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τῷ σφετέρῳ κίνησις τῆς στρατιᾶς καὶ διεσέσειστο τοὺς λογισμούς· μετὰ μικρὸν δὲ Παρζαλοῦς καὶ δεύτερον πέμψας ἀγγελον, ἐδήλου τὴν Ῥωμαίων στρατιὰν ἀτάκτως καὶ πεφυρμένως ἀναστᾶσαν ἐκ τοῦ στρατοπέδου, μὴ τὴν εἰς Βυζάντιον D τραπέσθαι, ἀλλὰ τὴν πρὸς τὰς εἰρημένας τῆς Βιθυνίας πόλεις. ὁ δ' ἐπεὶ ἐπύθετο, ἐπεὶ καὶ περὶ ὄρθρον ἦν ἡ νὺξ, ἄρας καὶ αὐτὸς πανστρατιᾷ, ἦλθεν εἰς Φιλοκρήνην περὶ ὥραν τῆς ἡμέρας μάλιστα δευτέραν. Ῥωμαῖοι δὲ οἱ εἰς αὐτὴν ἐλθόντες, ἐπεὶ συνέβη τὸ κλεῖθρον τῆς πύλης ἀπολέσθαι, ἀναμὶξ ἑστῶτες μετὰ τῶν σκευοφόρων, ὡς οἱ Πέρσαι ἤδη κατάδηλοι ἦσαν ἐπιόντες, πρῶτα μὲν οὐκ ἠδυνήθησαν εἰς τάξιν καταστῆναι καὶ ἀμύνασθαι τοὺς βαρβάρους, κωλυόμενοι ὑπό τε τῶν ἀχθοφόρων καὶ τοῦ ἄλλου οἰκετικοῦ ἀναπεφυρμένου αὐτοῖς. ἐπεὶ δὲ τῶν κλείθρων εὑρημένων, ἀνεῴχθησαν αἱ πύλαι, οἱ πλείους ἀθρόοι ὥρμησαν ἐντὸς ἐλθεῖν. γενομένου δὲ ὠθισμοῦ πολλοῦ κατὰ τὴν εἴσοδον καὶ συνθλιβομένων ὑπ' ἀλλήλων καὶ συμπατουμένων, ἀπέθανον μὲν τρεῖς κατὰ τὰς πύλας, τῶν ἄλλων εἰσελθόντων, ἔξω δὲ ὑπὸ τῶν βαρβάρων δύο μὲν ἀπέθανον καὶ τριάκοντα· P. 222

ignarus, nihilo minus Parzalum fratrem cum Persis aliquot ire exercitumque imperatoris speculari iussit: nam eos ne somnum quidem placatum ea nocte visuros, sed ad cladem ipsorum quippiam machinaturos opinabatur. Ille tenebris quam maxime dabatur tectus, et castris vicinus, ubi milites turbare sensit, e vestigio nuntium ad fratrem mittit; quo ille nuntio percussus, motus hosce nihil suis apportare boni est auguratus. Paulo post per secundum nuntium eum docet, Romanos perturbate ac mixtim castris consurrexisse: nec Byzantium, sed versus supra dictas urbes aufugisse. Quo cognito, sub auroram ipse quoque motis castris, circa horam ab orto sole secundam Philocrenen venit. Romani, qui eo se receperant, quoniam claves portae casu perditae fuerant, confuse cum calonibus et lixis vasa et onera portantibus stantes, cum iam Persae certo in ipsos graderentur, in ordinem redigi ad resistendum non poterant, a baiulis servitiisque aliis intermistis impediti. Ubi clavibus inventis portae patefactae sunt, plures confertim introrumpebant. Cumque se in ipso introitu vehementius contruderent ac mutuum comprimerent

A.C. 1329 ἐξ ὧν ἦσαν δύο τῶν ἐπιφανῶν, Μανουὴλ ὁ Ταρχανειώτης καὶ
ὁ Κανταχουζηνὸς Νικηφόρος, τοῦ μεγάλου δομεστίκου καὶ ἀμ-
φότεροι τυγχάνοντες ἀνεψιοί. ἑάλωσαν δὲ καὶ ζῶντες πεντή-
κοντα καὶ ἑκατὸν, ὧν οἱ πλείους ἐκ τῶν ὑπηρετούντων τοῖς
στρατιώταις ἦσαν. ἵπποι δὲ οἱ ἀφαιρεθέντες ἐγένοντο ὡς τε-
τρακόσιοι. ἔπειτα οἱ ἄλλοι συστραφέντες, συνεπλάκησάν τε
τοῖς βαρβάροις καὶ ἀπέκτειναν ἐξ αὐτῶν ὀλίγῳ δέοντας δια-
κοσίων. Ὀρχάνης δὲ ὁρῶν ἤδη τοὺς Ῥωμαίους ἀμυνομένους,
μὴ δυνάμενός τι δρᾶσαι πλέον, ἀπήγαγέ τε τὴν στρατιὰν τῆς
B Φιλοκρήνης καὶ ἐστρατοπέδευσεν ἐκεῖ. τοσοῦτοι μὲν ἀπέθανον
κατὰ τὴν Φιλοκρήνην καὶ ἑάλωσαν ζῶντες. τῇ προτεραίᾳ δὲ
κατὰ τὰς μάχας οἱ σύμπαντες ἀπέθανον ἱππεῖς τε καὶ πεζοὶ
ἑπτὰ καὶ τεσσαράκοντα, καὶ ὁ μέγας ἑταιρειάρχης Ἐξώτρο-
χος κατὰ τὴν τελευταίαν συμπλοκὴν, ὃς καὶ ἐλέγετο οὐχ ὑπὸ
βαρβάρου, ἀλλ' ὑπὸ Ῥωμαίου τινὸς πληγῆναι, εἴτε ἀγνοήσαν-
V. 179 τος αὐτὸν, (ἤδη γὰρ ἐπελάβετο ἡ νὺξ,) εἴτε καὶ κατά τινα δια-
φορὰν ἀμυνομένου, τοῦ σκότους συνεπικρύπτοντος τὴν κακουρ-
γίαν. ὑπωπτεύθη δὲ ὑπὸ Ῥωμαίου πληγῆναι, ὅτι ἀνακεχω-
ρηκότες ἤδη οἱ Πέρσαι ἦσαν, ὅτε ἐκεῖνος τὴν κεφαλὴν εὑρέθη
πεπληγμένος ξίφει, ἔφιππος ἔτι ὢν, ἀφωνίᾳ δὲ κατεσχέθη,
C τοῦ ἐγκεφάλου ἁψαμένης τῆς πληγῆς, καὶ ἐτελεύτησε μετὰ
μικρόν. ἡ μέντοι κατὰ τὰς ἄλλας πόλεις διεσκεδασμένη στρα-
τιὰ Ῥωμαίων τῆς αὐτῆς ἡμέρας ὥσπερ ἐκ συνθήματος εἰς

7. Scr. ὀλίγου δέοντας διακοσίους. 11. Interpres corrigit ὑστεραίᾳ. *ED. P.*

et conculcarent, tres obtriti, foris autem a barbaris duo et triginta ferro perempti sunt: e quibus duo illustres, Manuel Tarchaniota et Nicephorus Cantacuzenus, ambo cognati magni domestici: capti item centum quinquaginta, maiorem partem servi militum. Equi ablati quadringenti. Reliqui facto globo cum barbaris conflixerunt et ex illis paulo minus ducentos occiderunt. Orchanes cernens Romanos iam se defendere, cum aliud non posset, copias a moenibus abducens in proximo castra fecit. Qui igitur illic partim occisi, partim capti sunt, numero tot fuerunt. Pridie in pugna equites ac pedites simul omnes septem supra quadraginta occubuerunt, et ad extremum magnus hetaeriarcha Exotrochus, quem non a barbaro, sed Romano aliquo ictum ferebatur; sive quod eum non agnosceret, (iam enim nox intervenerat,) sive quod ob dissidium nescio quale se ulcisci vellet, tenebris maleficium occultantibus. Suspicio fuit a Romano vulneratum, quia Persae tum recesserant, quando ipse caput gladio diffissus ac cerebro patente, etiamnum in equo, sine voce inventus est: nec diu post animam exhalavit. Per reliqua porro oppida dispersus Romanus exercitus, eodem die velut ex composito Philocre-

Φιλοκρήνην συνελθόντες, ἐκεῖθέν τε οὐ πολὺ ἄπωθεν τοῦ στρα- A. C. 1329 τοπέδου Ὀρχάνη παριόντες, ἦλθον εἰς Σκουτάριον καὶ ἐπεραιώθησαν εἰς Βυζάντιον ἀδεῶς ἐκεῖθέν τε ἀνεχώρησαν ἕκαστος ἐπ' οἶκον. βασιλεὺς δὲ τοὺς εἰς τὸ στρατόπεδον διαθρυλλήσαντας ὡς ἐτεθνήκει, ἐν αἰτίαις μὲν ἐποιήσατο καὶ κατηγόρησε πολλά, οὐκέτι δὲ καὶ ἐτιμωρήσατο ἀξίως τῆς κακουργίας ἑαυτῶν, δέει τοῦ μὴ δοκεῖν τῷ πρὸς τὸν πάππον καὶ βασιλέα D ἔχθει ἀμύνεσθαι αὐτούς.

ϑ'. Ὀλίγας δὲ ἐνδιατρίψας ἡμέρας Βυζαντίῳ, ἐπεὶ καὶ ὁ μηρὸς αὐτῷ ἀπὸ τοῦ τραύματος εἶχεν ὑγιῶς, ἐξελθὼν ἦλθεν εἰς Διδυμότειχον καὶ τὰ περὶ τὴν Ἀδριανοῦ. διατρίβων δὲ ἐκεῖ, καὶ πάντοτε μὲν ἡδέως εἶχε τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ συνεῖναι καὶ ὁμιλεῖν, ὡς καὶ διημερεύειν αὐτοὺς πολλάκις καὶ P. 223 διανυκτερεύειν ἐν ταῖς ὁμιλίαις· καὶ τότε δὲ ὁμιλῶν αὐτῷ, τῆς ἀρχαίας τε ἀνεμίμνησκεν αὐτὸν πρὸς ἀλλήλους φιλίας καὶ τῆς κατάκρας συναφείας οὐκ ἐν παρέργῳ, ἀλλὰ μετά τινος φροντίδος καὶ σπουδῆς, καὶ ὧν μικρῷ πρόσθεν εἰρήκει πρὸς αὐτόν, ὅτε περὶ Συργιάννη ἐδεῖτο τῆς εἱρκτῆς ἀπολυθῆναι, ὡς, οὔτ' ἂν εἴη τι τῶν πάντων ὃ κατὰ γνώμην αὐτῷ πραχθῆναι ὂν αὐτὸν ἐθελῆσαι ἄν ποτε κωλῦσαι, ἀλλὰ συγκατεργάσεσθαι πάσῃ σπουδῇ, οὔτε εἰ κατὰ δή τινα τρόπον δόξειεν αὐτῷ τῆς οἰκίας ἀποστάντα καὶ φιλτάτων καὶ γυναικὸς καὶ συμπάντων εἰπεῖν χρημάτων, ἐπ' ἀλλοτρίας διατρίβειν, B δυνήσεσθαι ἄν ποτε ἀποστήσεσθαι αὐτοῦ, ἀλλὰ τὴν μὲν

nen convenit: indeque non procul a castris Orchanis transeuntes, Scutarium accesserunt, et Byzantium libere traiecerunt, unde ad suos quisque lares remeavit. Imperator eos, qui de morte sua in castris fabulam disseminarant, criminis damnabat ille quidem magnopereque accusabat: non tamen pro merito multabat; veritus scilicet, ne odio avi id facere videretur.

9. Diebus non adeo multis Byzantii commoratus, femore iam persanato, Didymotichum et Adrianopolin excurrit. Ibi, cum antea semper cum magno domestico tam iucunde in sermone versari soleret, ut saepe dies, saepe noctes confabulando consumerentur, dum collocutioni vacant, veteris amicitiae et arctissimae coniunctionis, non per transennam, sed cogitato et de industria eum commonefacit: illorum praeterea, quae nuperrime pro Syrgianne e carcere liberando roganti responderat: nihil penitus fore scilicet, quod si ille factum vellet, non idem ipse vellet; et in quo efficiendo non etiam omni studio elaboraret: neque si quo modo relicta patria, uxore, liberis, denique rebus omnibus, in solo peregrino aevum traducere institueret, posse unquam ab eo divelli: sed prius eum docturum, quam id intempestive atque insolenter faceret. Si ab ista cupiditate avertere

A. C. 1329 ἀκαιρίαν τοῦ πράγματος καὶ τὴν ἀτοπίαν ὅση ἐκδιδάξειν. ἐὰν
δὲ μὴ δύναιτο τῆς ὁρμῆς ἀφιστᾷν, καὶ αὐτὸν εἰπόντα πᾶσι
χαίρειν, αἱρήσεσθαι τὴν ἐπὶ ξένης πλάνην· ἔτι τε εἰ αἵρεσις
αὐτῷ δοθείη, πάντως δὲ παρὰ τοῦ τὰ τοιαῦτα δυναμένου θεοῦ
τὸν ἕτερον αὐτῶν παρὰ τοῖς πλείοσι γενέσθαι, ἁπάσαις ψή-
φοις αὐτὸν ἂν ἑλέσθαι τὴν ἐν ᾅδου διατριβὴν, ὑπὲρ τοῦ αὐ-
τὸν μακροῦ βίου ἀπολαύειν· καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις, εἰ καθ'
ἡντιναοῦν αἰτίαν ξίφος αὐτὸν γυμνώσαντα συνέβη κατ' αὐτοῦ
χωρῆσαι ὡς ἀποκτενοῦντα πάντως, ἔπειτα ἄκοντα εἰς τέλος
C ἀγαγεῖν τὴν ἐπιχείρησιν κωλυθῆναι, μέμψασθαι μὲν ἂν τὴν
πρᾶξιν, ὡς οὐκ ἀγαθὴν, αὐτὸν δὲ δυνήσεσθαι μηδέποτε μισῆ-
σαι. Μεταξὺ δὲ τῶν τοιούτων λόγων ἐπικόπτων τὴν ὁρμὴν,
πάντων μὲν ἔλεγε τούτων ὁ μέγας δομέστικος μεμνῆσθαι, καὶ
V. 180 μᾶλλον ἤ τινων ἄλλων· οἴεσθαι δὲ καὶ ψυχαῖς εἴ τις αἴσθησις
καὶ μνήμη τῶν κατὰ τὸν βίον μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν,
πάντων μᾶλλον αὐτὸν ἐπιλήσεσθαι τῶν ἄλλων ἢ τῶν λόγων
τουτωνὶ ἀνεξάλειπτα τῇ διανοίᾳ ἐγκεκολαμμένων. ὅ, τι δὲ
αὐτῷ τὰ τοιαῦτα δύνασθαι νοεῖν, νῦν ἀγνοεῖν. Εἰκότως, εἴ-
ρηκεν ὁ βασιλεύς· ἔτι γὰρ ἑαυτῷ τῶν τοιούτων τὴν δύναμιν
D ἄδηλον παρακατέχειν, νυνὶ δὲ ποιήσειν φανεράν. τὴν γὰρ ἔν-
δοθεν πρὸς αὐτὸν ἀκραιφνῆ καὶ καθαρὰν φιλίαν αὐτῷ μὲν
εἶναι καὶ πάλαι δήλην ἐκ πολλῶν· βούλεσθαι δὲ νῦν καὶ
τοῖς ἄλλοις ἅπασιν οὐ Ῥωμαίοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς
ἐν ἐσχατιαῖς γῆς βαρβάροις ἔνδηλον καὶ φανερὰν ποιῆσαι.

7. Num πρὸς ἔτι τούτοις? 11. ἀγαθὴ legebatur.

mentem eius non posset, se quoque rebus universis remisso nuntio, vitam cum illo vagam in locis exteris victurum. Deinde si a Deo, in cuius unius manu id est, optio sibi daretur, ut pro illo hac luce decederet, se omnimodis de annis suis ad illius annos additurum. Adhaec si quacunque tandem de causa contingeret, ipsum stricto ense in se ad caedem ipsam ruere ac invitum reprimi, facinus quidem, ut malum, reprehensurum; eum tamen idcirco nunquam odio prosecuturum. Hic cursum orationis interrumpens magnus domesticus, omnium horum magis quam aliorum quorundam meminisse dixit; et arbitrari, si quis animis post fata rerum humanarum sensus et memoria restet, omnia potius, quam sermonem hunc, menti suae notis indelebilibus insculptum, oblivioni traditurum. Quid autem nunc ista sibi velint et quorsum spectent, haud assequi. Tum imperator: Recte; hactenus enim ipsum eorum vim celasse, quam nunc manifeste proditurus sit. Quam sincere ac pure illum corde suo amet, iam pridem multis argumentis cognovisse: cupere autem nunc eundem amorem suum ceteris quoque omnibus et Romanis et barbaris per terras ultimas clarum conspicuumque reddere: quod

τοῦτο δὲ γένοιτ' ἂν, εἴγε καὶ αὐτὸς πορφύραν ἐνδὺς καὶ πα- A.C. 1329 ρασήμοις κοσμηθεὶς βασιλικοῖς, συμβασιλεύσει Ῥωμαίων καὶ συνεδριάζων αὐτῷ φανεῖται καὶ χρηματίζων βασιλικῶς. καίτοι τοῦτο δόξαι μὲν ἂν τοῖς ἔξωθεν ὑπερφυὲς, ὥσπερ δῆτα καί ἐστι, τῇ δὲ ἔνδοθεν πρός σέ μου διαθέσει παραβάλλων τις, ἡττώμενον εὑρήσει παραπολύ. τὸ μὲν γὰρ κοινωνὸν ἑλέσθαι τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς εὐδοξίας μεταδοῦναι, καὶ ἄλλοις ἂν τισιν εὕροι τις εἰργασμένον πρὸ ἡμῶν· τῇ δὲ φιλίᾳ καὶ τῇ συμ- P. 224 πνοίᾳ, ἣν ἐν ἀλλήλοις ἐκτησάμεθα ἡμεῖς, καὶ τοὺς παρὰ ποιηταῖς καὶ συγγραφεῦσιν ἐπὶ φιλίαις ὑμνουμένους οὐκ ἐπ' ὀλίγον νομίζω παρηκοντικέναι. ὅθεν εἴ τι καὶ τῶν θαυμασίων δοκεῖ εἶναι τοῖς ἄλλοις πᾶσι, τῶν μετρίων ἔμοιγε φαίνεται καὶ ὀλίγων, οὐ διὰ τὸ μάλιστα βούλεσθαι μόνον καὶ ὥσπερ τι δεῖγμα οἴεσθαι μικρὸν τῆς ἔνδοθεν στοργῆς τῆς περὶ σὲ, ἀλλ' ὅτι καὶ Ῥωμαίοις οὐ μικρὸν εἰς τὰ πράγματα λυσιτελήσει. Βασιλεὺς μὲν οὖν ἐκ τούτων ἐπεχείρει τὸν μέγαν δομέστικον πείθειν αὐτῷ συμβασιλεύειν καὶ συνδιέπειν τὴν ἀρχήν· ὁ δὲ καὶ αὐτὸς μὲν ἔλεγε τὴν ἴσην καὶ ὁμοίαν B ἔχειν περὶ τὸ πρᾶγμα δόξαν, καὶ μέγα μὲν οἴεσθαι καὶ θαυμαστὸν καθ' ἑαυτό τε εἶναι καὶ δοκεῖν τοῖς ἄλλοις ὥσπερ τις κορωνὶς τῶν ἐν ἀνθρώποις εὐτυχημάτων ὂν, τῇ φιλίᾳ δὲ αὐτῶν παραβαλλόμενον τῇ πρὸς ἀλλήλους, οὐδὲν τῶν θαυμασίων εἶναι, οὐδὲ τῶν εἰκότως ἂν ἐκπλῆξαι δυναμένων. ὁ γὰρ τὴν αὐτοῦ ζωὴν τῆς οἰκείας προτιθεὶς καὶ μεθ' ὅσης ἂν

quidem futurum sit, si et ipse purpuram indutus et imperatoriis insignibus ornatus, una secum Romanis imperitet, sibi palam assideat, secum more imperatorio respondeat. Et quanquam hoc extra, inquit, singulare quiddam et eximium, ut sane est, videbitur: tamen si cum interiore mea erga te affectione comparetur, multo illa inferius reperietur. Nam et alii ante nos consortem imperii elegerunt, maiestatemque communicarunt: ab amicitia autem et voluntatum conspiratione etiam a poëtis historicisque praedicatos, non parum a nobis superatos opinor. Quamvis igitur aliis omnibus mirabile, mihi tamen mediocre et exiguum quiddam apparet: non solum quia maxime tibi volo et id tanquam parvum aliquod documentum intrinseci summique amoris erga te mei existimo: sed etiam quia id Romanae rei publicae maiorem in modum proderit. His rationibus imperator magnum domesticum permovere nitebatur, ut imperii collega simul ad clavum sederet. Ille vero idem se prorsus sentire respondit; et magnum quiddam ac suspiciendum esse imperium Romanum per se, et aliis humanarum felicitatum quasi coronidem quandam et fastigium quoddam videri. Si tamen cum eorum mutua caritate conferatur, nec admirabile, nec merito ob-

A. C. 1329 ἡδονῆς τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀνθελόμενος ἀποθανεῖν, τί θαυμαστὸν, εἰ καὶ βασιλείας μεταδοίη, ἢ εἴ τινος καὶ τούτου θαυμασιωτέρου; τῆς δὲ εὐεργεσίας ἕνεκα ταυτησὶ πολλὰς μὲν ὀφείλειν χάριτας ὁμολογεῖν, καὶ λόγοις τε καθόσον οἷόν τε τὴν ὑπὲρ
C αὐτῆς χάριν ἀφοσιοῦν, ἔργοις τε ἀμείβεσθαι τοῖς ἴσοις, τὴν ὁμοίαν καὶ αὐτὸν ἐκ τῆς καρδίας αὐτῷ προσάγοντα καὶ φιλίαν καὶ στοργήν. ὃ δὲ αὐτῷ προστάττει νῦν δέχεσθαί τε καὶ ὡς τετελεσμένον νομίζειν ἤδη. τὸ γὰρ εἰς αὐτὸν ἧκον, οὐδὲν ἐλλείπειν τοῦ πεπρᾶχθαι, ἔργῳ δὲ τελεῖν μήτε δύνασθαι, μήτε κατὰ γνώμην αὐτῷ εἶναι μήτε καθ' ἡδονήν. διὸ αὐτόν τε παύεσθαι πείθειν ἐπιχειροῦντα περὶ τούτου καὶ αὐτῷ παραιτουμένῳ συγγινώσκειν. Βασιλεὺς δὲ οὐχ οὕτως ἔφασκεν ἀπροφασίστως παραιτεῖσθαι χρῆναι, ἀλλὰ τὰς αἰτίας διδάξαντα πρῶτον καὶ τὴν ἀξίωσιν πείσαντα ὡς παράλογον,
D οὕτως ἤδη ἀπολύεσθαι αἰτίας· πρὶν δὲ ταῦτα ποιεῖν οὐ συνετὸν, οὐδ' ἄγαν φιλοῦντος οὕτως ἐξ οὐδεμιᾶς αἰτίας ἰσχυρίζεσθαι τὸ μὴ πεισθῆναι ἄν ποτε. καίτοι γε εἰ μή τι ἄλλο, τὸ γοῦν ἀεὶ διαβεβαιοῦσθαι μηδὲν εἶναι μήτε μεῖ-
V. 181 ζον μήτε ἔλαττον ὃ, θελήσαντος ἐκείνου, μὴ ἂν εἰς πέρας ἀγαγεῖν, αὐτὸν ἄξιον καταναγκάζειν πείθεσθαι αὐτῷ. εἰ δ' οὐχ οὕτως ἔχεις, δίκαιον διδάσκειν, ὡς ἂν εἰδείην τὸν πρότερον ἠπατημένος χρόνον. Οὕτως ἔφασκεν ὁ μέγας δομέστικος ἔχειν, καὶ ἀεί τε διϊσχυρίζεσθαι πάντα πράττειν ἐθέλειν,

urbanaque recte administrare, in neutro ipse nobis superior videri queat: imo vero in altero nihil illi cedere, in altero longo intervallo illum antegredi contigit. Nam cum civilis tua administratio aeque proba sit, ut illius ante fuit; virtute prudentiaque militari multum antecellis, ipse praesens omnibus et praestantiores duces habens, quam ille habuit: id quod rebus ipsis patuit, cum ipse, quemadmodum nunc, ita antea domi plerumque delituerit. Volebat domesticus sermonem continuare ac pluribus docere, incommodum fore, seniori Andronico imperium reddere, cum interpellans iunior, se his astipulari dixit: ob nullam tamen harum causarum avo decrevisse imperium restituere: sed primum, ne levissimi, improbissimi atque corruptissimi homines ipsum velut de industria et cum insidiosa machinatione avum insontem imperio exuisse comminisci et aliis commentum suum persuadere possint. Deinde quia impense concupiscat et studiose conetur, ut quae illi iucunditati et honori sint, ea praestet: credat autem, eum nihil neque malle, neque melius ducere, quam imperare.

20. Excipiens magnus domesticus sic ait: Benevolentiam atque studium meum erga imperatorem avum, et quomodo nihil optarim

A. C. 1329 καὶ ὡς ἐποιούμην περὶ πλείστου μὴ μόνον ἀνήκεστον οὐδὲν B εἰς αὐτὸν ἰδεῖν ἐλθὸν, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρχῆς κρατεῖν καὶ παρὰ πᾶσι καὶ θαυμάζεσθαι καὶ ἐπαινεῖσθαι, οὐδένα μοι μᾶλλον ἢ σὲ οἴομαι συνειδέναι. καὶ ὅτε γὰρ τοῦ πρὸς ἀλλήλους ὑμῶν μάλιστα φυομένου πολέμου ἐβουλευόμεθα περὶ τοῦ ᾗ χρὴ τὸν πόλεμον διαθέσθαι, τῶν ἄλλων παραινούντων εἴργειν, ἢ καὶ ἀποκτιννύναι, καὶ ὀλίγῳ χρόνῳ πολλῶν ἀπαλλάττεσθαι πραγμάτων, οἶσθα ὁπόσα φιλάνθρωπα αὐτός τε ἐβουλεύσω περὶ αὐτοῦ, κἀγὼ συνεῖπον προθύμως καὶ τὸ μέρος συγκατειργασάμην. καὶ ἐπειδὴ πρὸς τὸν πόλεμον καταστάντες περιεγενόμεθα αὐτοῦ καὶ ἅπαξ καὶ δὶς, οἶσθα ὅσην ἐπεδειξάμεθα περὶ αὐτὸν καὶ τὴν εὔνοιαν καὶ τὴν αἰδῶ ἐκ μέ- C σων ἐξαρπάσαντες τῶν κινδύνων· καὶ οὐ μόνον ἐν ἀσφαλείᾳ καταστήσαντες, ἀλλὰ καὶ τὴν πρὶν εὐδαιμονίαν, ὅσα γε ἐξῆν, φυλάξαντες αὐτῷ, τῶν ἄλλων ἁπάντων βουλευομένων τἀναντία καὶ δεομένων πείθεσθαι αὐτοῖς. διό με οὐδὲ οἴεσθαι χρή τινα ἀπεχθείᾳ τῇ πρὸς αὐτὸν τοὺς λόγους ποιεῖσθαι τουτουσὶ, ἀλλὰ τῷ κοινῷ προσέχοντα λυσιτελεῖ· ἄλλως τ' οὐδὲ τῷ μάλιστα τοὺς τρόπους συκοφαντικῷ διαβολὰς ἐξέσται ῥάπτειν, ὡς ἐμαυτῷ περιποιούμενος τὴν βασιλείαν κωλύω τοῦ μὴ ἐγχειρίζειν ἐκείνῳ τῶν πραγμάτων τὴν ἀρχήν. πρότερόν τε γὰρ ἐξῆν, εἴπερ ἐβουλόμην, καὶ νῦν ἔτι κεῖται ἐπ' ἐμοὶ, D σοῦ παρασχόντος ἂν προθύμως εἰ βουληθείην· ὥστ' οὐδὲ τοῦ

9. Interpres ἐβούλευσα: *super eo disseruerim.*

ardentius, quam eum videre non solum nihil immane perpeti; sed etiam tenere imperium esseque in ore et admiratione omnium, nemo melius te uno iuxta mecum novit. Nam et cum maxime bello inter vos exorto, quo pacto illud gereretur, consilia conferebamus, hortarenturque nonnulli, ut eum carcere clauderemus, aut etiam necaremus et brevi tempore multis nos molestiis eximeremus, scis quam multa humanitatis plena et ipse super eo disserueris; et ego tibique perlibens assenserim teque pro parte quoque adiuverim. Bello flagrante, cum semel iterumque vicissemus, recordaris quanta in ipsum inclinatio atque observantia nostra fuerit: quando e mediis ereptum periculis, non tutum modo praestitimus, verumetiam pristinam, quantum licuit, felicitatem ei conservavimus, ceteris omnibus reclamantibus, et ut ipsis in contrarium obsequeremur, flagitantibus. Quod cum ita sit, non me odio aliquo stimulatum, sed communes utilitates intuentem, haec effari existimandum est, praesertim cum nec callidissimus calumniator hoc in me consuere possit mendacium, ideo me impedire, ne ei tradatur imperium, quia id mihi studeam acquirere. Nam et prius copia erat, si libuisset; et adhuc mei arbitrii est sumere, quod tu cupide mecum communicaturus es.

ξυνοίσοντος ἰδίᾳ τι ἐμοὶ τοιαῦτα συμβουλεύω. ὅτε τοίνυν ἐξ A. C. 1309
αὐτῶν ἀποδείκνυται τῶν πραγμάτων, μήτε πρὸς χάριν ἐμαυ-
τῷ μήτε πρὸς ἀπέχθειαν ἐκείνῳ λέγειν, δέον ἦν τι τῶν δεόν-
των πείθεσθαι φαίνομαι συμβουλεύων. ἔφης τοιγαροῦν δυοῖν
ἕνεκα μάλιστα ἐνάγεσθαι πρὸς τοῦτο· τοῦ τε μὴ κακῶς ἀκού- V. 207
ειν παρὰ φαύλων ἀνθρώπων καὶ διεφθορότων, καὶ τοῦ μά-
λιστα βούλεσθαι τῶν πρὸς αἰδῶ καὶ τιμὴν καὶ ἡδονὴν ἐσο-
μένων βασιλεῖ, ὅ,τι ἂν ἐξῇ ποιεῖν· τὸ μὲν οὖν θεραπεύειν
βασιλέα, δίκαιόν τε φαίην ἂν καὶ αὐτὸς καὶ σοὶ προσῆκον. P. 258
ἔξεστι δὲ πολλοῖς τρόποις ἐπιδείκνυσθαι τὴν θεραπείαν. τό,
τε γὰρ τιμᾶν ὡς πατέρα ἀναγκαῖον καὶ τὸ πρόνοιαν αὐτοῦ
τὴν δυνατὴν ποιεῖσθαι ὥστ' αὐτόν τε καὶ οἰκετικὸν διάγειν
ἐν ἀφθόνοις. εἰ δὴ τὰ ἀποτεταγμένα χρήματα αὐτῷ τῆς χρεί-
ας δοκεῖ ἐλάσσω εἶναι, φθόνος οὐδεὶς καὶ ἕτερα τοσαῦτα ἢ
καὶ διπλασίω προστιθέναι· καὶ ἕτερ' ἄττα ἃ αὐτῷ μὲν ἂν
εἴη καθ' ἡδονὴν, βλάβην δὲ ἑτέροις μὴ παρέχῃ. ἄρχοντα δὲ
ἀποδεικνύναι τῶν πραγμάτων, οὔτ' ἂν αὐτὸς πεισθείην τῶν
κοινῇ λυσιτελούντων εἶναι, οὔθ' ἑτέρῳ συμβουλεύσαιμι. τῶν
κακῶν δὲ οὐδένα λόγον οἴομαι ποιεῖσθαι δεῖν. ἢ σχέτλιον
ἂν εἴη, εἰ τῶν μὲν ἀγαθῶν οὐδένα ποιησόμεθα λόγον, τοῖς B
δὲ κακοῖς τοσοῦτον χαριούμεθα, ὥστε καὶ ἃ λυσιτελῆ καὶ
δίκαια δοκοῦμεν εἶναι, ταῦθ' ἑκόντες ὄντες προησόμεθα αὐ-
τοῖς. φέρε γὰρ πρὸς θεοῦ, εἴ γε πάντες οἱ τοὺς τρόπους
ἀγαθοὶ ἐκκλησίαν συναθροίσαντες, ἡμᾶς ἐπὶ δίκῃ προκαλοῖντο,

Non igitur ut inde privata ad me redeat utilitas, hoc dabo consilium. Et quia ex rebus ipsis liquet, me neque mihi ad gratiam, neque illi ad invidiam verba facere, aequum est, si frugifera consulere iudicabor, mihi auscultare. Aiebas, duabus potissimum de causis te ad hoc incitari, et ne male tibi dictitarent improbi corruptique mortales; et quod maximopere praestare velles, quantum quidem posses, quae ad reverentiam, honorem et laetitiam avi pertinerent. Colere igitur et observare illum ego quoque et iustum et ex officio tuo esse affirmarim. Sed cultum istum et observationem multis aliis rationibus declarare conceditur. Nam et illum honorare ut parentem oportet et providere quamdiligentissime, ut cum ipsi, tum eius familiae res ad vitam sustentandam necessariae affatim suppeditent. Ergo si separatim ei decreta pecunia eius necessitates explere non putatur, haud recusandum, quin alterum tantum, aut etiam plus duplum tribuatur; et adiiciantur alia, quae illi voluptati, ceteris nullo detrimento fuerint. At vero rerum dominum illum instituere, hoc est, quod reipublicae interesse nec quisquam mihi persuascrit, nec ego cuiquam suadere velim. Improborum autem voces contemnendas opinor; aut rem nefariam designabimus, si bonorum

A. C. 1329 λέγοντες, ὡς, ἄδικα καὶ βίαια ποιεῖτε, πολέμους ἡμῖν ὁμοφύλοις ἐπεγείροντες. εὐθύς τε γὰρ ἐξ ἀρχῆς, ἅμα τῷ βασιλεῖ καθ' ὑμῶν τὸν πόλεμον κεκινηκέναι, ὁρῶντες ὡς ἄδικα πάσχετε ὑμεῖς, συνηλγήσαμέν τε μάλιστα ὑμῖν καὶ συνηγωνισάμεθα προθύμως. καὶ ἐπειδὴ θεοῦ συναιρομένου, ῥᾷστα κεκρατήκαμεν τῶν πολεμίων, δέον ἀπελαύνειν καὶ κακῶς ποιεῖν C τοὺς προτέρους ἄρξαντας τῆς ἀδικίας καὶ ἡμᾶς πραγμάτων ἀπαλλάττειν, οὐκ ἠθελήσατε ὑμεῖς, ἀλλ' ὥσπερ κακῶν ἐπιθυμοῦντες, βασιλέως μέτρια αἰτοῦντος καὶ σώζεσθαι μόνον δεομένου, ὑμεῖς ἐπὶ κακῷ τῶν ὑπηκόων καὶ ὑμῶν αὐτῶν ἄτοπα φιλοτιμούμενοι, τῆς ἀρχῆς ὀλίγου δεῖν ἁπάσης παρεχωρήσατε αὐτῷ, ἡμῶν ἀπαναινομένων καὶ τὴν ἀβουλίαν ἐπιμαρτυρομένων. ὁ δ' οὐ πολλοῦ χρόνου παρεῤῥυηκότος, αὖθις ἐπεχείρησε τοῖς ἴσοις, ὥσπερ ἐπιλελησμένος εἰς ὅσον ἤλασε κινδύνου, καὶ πόλεμον ἀκήρυκτον ἐπήνεγκεν ἡμῖν. ὁρῶντες δὲ ἡμεῖς οἷ κακῶν τὰ πράγματα χωρήσει καὶ ὡς ἄρδην D ἀπόλεῖται τὸ Ῥωμαϊκὸν, πρεσβείαν οὐκ ἰδίᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ κοινὴν ὑμῖν ἐποιησάμεθα πρὸς βασιλέα, δεόμενοι, μὴ περιϊδεῖν ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ πρὸς ἀλλήλους πολέμου διαφθαρησομένους· ἀλλ' εἴ τι καὶ ἐγκαλεῖν ὑμῖν ἔχει, δίκῃ διαλύεσθαι. ὁ δ' οὐδ' ἄκροις ἠνέσχετο ὠσὶ τῶν περὶ τῆς εἰρήνης λόγων. πάντοθεν δὲ ἡμεῖς ἀπορίᾳ συσχεθέντες, αὖθις ἐνεβάλλομεν ἑαυτοὺς εἰς τοὺς κινδύνους καὶ πόλεμον ἀράμενοι δεύτερον πρὸς

4. ὑμῖν pro ἡμῖν corr. ED. P. legitque Intpr.

spreto iudicio, malis tantopere gratificabimur, ut etiam quae commoda et iusta numeramus, ea volentes propter ipsos abiiciamus. Age enim, per Deum immortalem, si boni omnes coeant nosque ad iudicium vocatos accusent hunc in modum: Iniuste et violenter agitis, dum nobis bellum civile excitatis. Mox enim a principio, simul atque senior imperator arma in vos movit, iniquam conditionem vestram cernentes, mirifice vobiscum doluimus, alacriterque auxiliati sumus. Ubi autem, Deo favente, hostium labore nullo potiti sumus, cum gradu depellendi et puniendi essent, qui facere coepissent iniuriam, nosque molestiis exsolvendi, vos noluistis: sed quasi malorum sitientes, imperatore mediocria petente et vitam tantummodo orante, vos cum subiectorum vestroque ipsorum damno, stulta quadam gloriae cupiditate totum ferme imperium nobis deprecantibus et amentiam vestram testantibus ei dedistis. Ille non longo post tempore eadem tentavit, ac veluti oblitus, in quod se antea periculum obiecisset, bellum non ante indictum nobis intulit. Tum nos perspicientes, quo malorum res procederet ac Romanorum rempublicam funditus perituram, legationem non pro vobis dumtaxat privatim, sed pro communi quoque ad imperatorem suscepi-

αὐτὸν νενικήκαμεν αὖθις καὶ πρὸς τὴν προτέραν ἢ καὶ μείζω A.C. 1329
συνηλάσαμεν ἀπορίαν. ὁρῶν δὲ ἐκεῖνος ὡς οὐκ ἄνευ κινδύνων P. 259
ὁ πόλεμος αὐτῷ τελευτήσει, αὖθις ἐπρεσβεύετο ὑμῖν περὶ εἰρήνης, ὁ μηδὲ ἴχνος πρότερον ἀνεχόμενος αὐτῆς. ὑμεῖς δὲ οὐκ οἶδ' ὅ,τι παθόντες, δέον ἐκ τῶν προτέρων διδαχθέντας σωφρονεῖν, ὑμεῖς δὲ τἀναντία τῶν δεόντων ἐποιεῖτε, καὶ τὴν ἀρχὴν παρεδίδοτε αὐτῷ πᾶσαν καὶ τὴν ἡγεμονίαν τῶν πραγμάτων καὶ προσέτι φέροντες ὑμᾶς αὐτοὺς, (ἐῶ γὰρ λέγειν καὶ ἡμᾶς τοὺς ὑπηκόους, πολλὰ δυσανασχετοῦντας καὶ μονονοὺ τὴν ἀδικίαν ὀδυρομένους,) ἄδικοι καὶ προδόται σχεδὸν
περὶ ἡμᾶς γεγενημένοι, οἰόμενοι κἂν οὕτω πᾶσαν πολέμου V. 208
πρόφασιν περιαιρήσειν. ὁ δ' ὥσπερ στενὴν αὐτῷ τῆς γῆς τὴν B
οἴκησιν παρεχούσης εἰ ταύτην οἰκείη μεθ' ὑμῶν, αὖθις ἐπολέμησε, καὶ τρίτον μηδὲν ἔχων ἐγκαλεῖν, οὐκέθ' ὥσπερ πρότερον ἀπαρασκεύως καὶ ἐξ ἐφόδου, ἀλλὰ πολλὰ πρότερον συνεσκευασμένος περὶ τὴν ἑσπέραν, καὶ στρατιὰν ἐπαγαγὼν ἡμῖν πλήθει οὐκ ὀλίγον ὑπερέχουσαν ἡμῶν οὐκ ἐξ Ἑλλήνων μόνον τῶν αὐτόθι κατοικούντων, ἀλλὰ καὶ τῶν προσοίκων βαρβάρων συμμαχίδα. ὁρῶντες δὲ ταῦθ' ὑμεῖς, ἐλθόντες εἰς Βυζάντιον, ἐδεῖσθε βασιλέως περὶ εἰρήνης. ὁ δ' οὐδὲν ἧττον ἢ πρότερον ἦν ἀδύνατος πεισθῆναι, καὶ διὰ τοῦτο ἀναγκαίως πρὸς
τὸν πόλεμον καὶ τρίτον ἐχωρήσατε ὑμεῖς. καὶ ἡμεῖς τὴν ὑπερ- C

mus, suppliciter rogantes, ne nos mutuis caedibus interire pateretur. Sed si quod etiam crimen vobis intentaret, in iudicio dissoluturos. Is mentionem pacis nec ad summas aures admisit. Nos undique difficultatibus coarctati, rursus discrimen adimus: et altero adversus illum bello iterum vincimus et ad priores eum, aut maiores etiam angustias redigimus. Qui bellum citra summum periculum suum haud finitum iri animadvertens, de pace vos per legatos appellat: cum alias ne nomen quidem eius sustinuisset. Vobis autem nescio quid mali mala obiectum est manu. Nam cum debuissetis ex antegressis sapere, desipuistis: imperiumque totum et administrationem rerum et vosmetipsos insuper ei in manus tradidistis, (omitto enim dicere, et nos subditos, aegre admodum istuc patientes et iniuriam tantum non lamentantes,) iniusti et propemodum proditores nostri effecti, dum saltem ista via omnem vos belli occasionem amputaturos creditis. At ille perinde ac si tellus ei non sufficeret, si hanc vobiscum habitaret, de integro ac tertium ad arma venit, cum nihil esset quod loco criminis obiectaret. Nec iam imparatus et velut ex itinere ut alias, sed multo antea instructus in occidente, exercitumque contra nos non ex Graecis solum illic incolentibus, sed ex vicinis quoque barbaris auxiliarium, nostro non paulo numerosiorem adduxit. Quo comperto, Byzantium profecti, pacem rogavistis, cum postulata aeque ut ante reiecta

A. C. 1329 βολὴν βδελυξάμενοι τῆς ἀδικίας, προθύμως συνηράμεθα ὑμῖν καὶ πολλοὺς κινδύνους ὑπεμείναμεν καὶ πόνους. εἶτ' αὖθις μετὰ τὴν μακρὰν ἐκείνην πλάνην καὶ τοὺς περιδρόμους τοὺς πολλοὺς καὶ τὴν ἐκ τῆς χρονίου κακοπάθειαν στρατείας, καὶ τῆς κρείττονος δυνάμεως ἡμῖν τὸν πόλεμον συγκατεργαζομένης, τῶν τε πολεμίων κεκρατήκαμεν ἤδη καθαρῶς καὶ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν συγκατεκτησάμεθα ὑμῖν. νυνὶ δ' αὖθις τῶν πολέμων πεπαυμένων καὶ εἰρήνης τὰ Ῥωμαίων κατεχούσης πράγματα, ὁρῶντες ὑμᾶς τῶν προτέρων μείζοσι κακοῖς ἐπιχειροῦν-
D τας ἡμᾶς ἐμβάλλειν, παραγγέλλομεν ὑμῖν μὴ αὖθις καινὰ διανοεῖσθαι, μηδ' ἀφορμὰς παρέχειν τῷ κάκιστ' ἀπολουμένῳ πολέμῳ πρὸς τοὺς ὁμοφύλους. Εἰ ταῦτ' ἔλεγον καὶ ὥσπερ κορωνίδα προσετίθεσαν, ὅτι, εἰ μὲν δέχεσθε ἐπὶ τούτοις, εἰ δὲ μὴ, σκοπεῖτε μὴ οὐχ ἡμῖν μᾶλλον ἢ ὑμῖν αὐτοῖς αἴτιοι μειζόνων γενήσεσθε κακῶν· Εἰ δὲ δὴ καὶ προσέθηκαν, ἐῶ γὰρ εἰπεῖν, ὅτι, εἰ μὲν βασιλεὺς οὕτως ἔχοι γνώμης ὥστ' ἐφ' ἑκάτερα ῥαδίως μεταβάλλεσθαι καὶ μικρᾶς ἕνεκα ἢ καὶ οὐδεμιᾶς αἰτίας πολέμου ἄρχειν, τί δεῖ τῷ τοιούτῳ ἀφορμὰς ταραχῆς καὶ στάσεως ἐπὶ λύμῃ καὶ φθορᾷ τοῦ κοινοῦ παρέχειν. εἰ δ' ἑτέροις πείθεται συκοφάνταις καὶ διεφθορόσι καὶ οὐδὲν ἀμείνο-
P. 260 σιν ἀνθρώποις ἀνδραπόδων, οὐδ' οὕτω δίκαιον οὐδὲ λυσιτελὲς τοῖς οὕτως ἔχουσιν, ἐν μοίρᾳ Καρὸς ἡμᾶς ὑποτάττειν ἑαυτούς· Ἀλλ' εἰ προσέθηκαν τοῖς λόγοις ἐκεῖνο μόνον, ὅτι,

sunt; unde vos ad bellum tertium compulsi descendistis, nosque sceleris magnitudinem execrati, per multa discrimina laboresque impigre vobis succurrimus. Postmodum denuo post longam illam vagationem variasque ambages et afflictionem diuturnae expeditionis, cum etiam divina nos virtus adiutaret, iam de hostibus perfecte triumphavimus et Romanum principatum vobiscum recuperavimus. Nunc hostibus quiescentibus, pacemque agitante republica cum cernamus vos iterum laborare, ut in mala prioribus graviora praecipitetis, iubemus, ne rursus nova meditemini, neve bello infelicissimo, hoc est, civili, materiam suggeratis. Si haec dicerent, inquam, et tamquam coronidem adderent haec: Si quidem propter has rationes dicta nostra admittitis et approbatis, bene est: sin autem, videte, ne vobis potius, quam nobis perniciem accersatis. Quod si adderent etiam, non dicam tale quid: Si imperator eo sit ingenio, ut in utramque partem facile mutetur et propter causam vel parvam vel nullam bellum incipiat, quid huic perturbationis ac seditionis ad pestem et interitum reipublicae opportunitatem porrigere opus est? Si autem sycophantis perversisque hominibus ac nihilo melioribus mancipiis pessimis obsequitur, nec sic iustum atque utile censemus, sic affectis ut Cares nos subiicere, Non dicam, si istuc, sed si orationi suae illud unum modo adiungerent

εἰ νῦν τοιαῦτα περὶ βασιλέως ἐγνώκατε ὑμεῖς, ἀλλ' ἡμῖν οὐ A.C. 1329
δίκαια οὐδὲ λυσιτελῆ βουλεύεσθαι δοκεῖτε, κἄν τι συμβαίη
τῶν ἀδοκήτων, ἡμεῖς ἔξω κινδύνων καὶ πραγμάτων καταστή-
σαντες ἑαυτοὺς ὥσπερ θεαταὶ καθεδούμεθα τῶν γινομένων.
Ἆρ' ἢ πρὸς τὴν ἀξίωσιν ὡς οὐ δικαίᾳ δυνησόμεθα ἀντειπεῖν,
ἢ ἐν οὐδενὶ θησόμεθα τοὺς λόγους ὡς ἀκαίρως εἰρημένους;
μὴ γὰρ ὅτι πάσης μὲν προφάσεως πολέμων ἐκ βασιλέως ἐξ
ἀρχῆς κεκινημένης, ῥᾳδίου δὲ ὄντος φύσει πρὸς μεταβολάς, B
τῆς Ῥωμαίων δὲ ἡγεμονίας πολλὰ τοῖς ἐμφυλίοις τετρυχω-
μένης πολέμοις, ἁπάντων δὲ οὐκ ἂν οἰσόντων ῥᾳδίως τὴν με-
ταβολήν, ἀλλ' εἰ πάντων μὲν ἀμφοτέροις μετῆν ἐπίσης, ἐν
μηδενὶ δὲ διενήνοχεν ἅτερος ἑτέρου, ἔδει δὲ ἐκ τῶν ὑπαρ-
χόντων σκεψαμένους τὸν προσήκοντα ἑλέσθαι μᾶλλον ἄρχειν,
οὐ σοὶ προστίθεσθαι προσῆκον πάντα ὁντινοῦν· οὐ μόνον διὰ
τὴν πρᾳότητα καὶ μεγαλοψυχίαν, ἣν παρὰ πάντα ἐπεδείξω
τὸν τοῦ πολέμου χρόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν εὐψυχίαν καὶ τὴν
τόλμαν τὴν ἐν τοῖς πολέμοις, καὶ τὸ μάλιστα δεῖσθαι τὰ Ῥω-
μαίων πράγματα νυνί, οὐκ ἐμπείρου καὶ δεινοῦ μόνον στρα- V. 209
τηγοῦ, ἀλλὰ καὶ σπουδαίου καὶ τὰ πολέμια ἐξησκημένου; C
ἐμοὶ μὲν οὖν πανταχόθεν ἐξετάζοντι, οὐδεμία τις αἰτία φαί-
νεται ἀρκοῦσα πείθειν ὡς λυσιτελὲς αὐτὸν ἀποστάντα τῆς
ἀρχῆς τῷ πάππῳ ἐγχειρίζειν. διὸ καὶ συμβεβούλευκα προθύ-
μως τοῦ κοινῇ λυσιτελοῦντος ἕνεκα. σὲ δὲ εἰ μὴ τὰ λελε-
γμένα πείθειν ἱκανά, ἔξεστι καὶ ἑτέροις ἅμα καὶ συνετωτέροις

dicerentque, Si vobis ea mens est de imperatore, nobis certe iuste utiliterque consulere non videmini: ac si quid praeter exspectatum contigerit, nos periculis nosmet subtrahentes, ut otiosi spectatores tragoediarum vestrarum sedebimus; num eorum postulato ut iniquo adversari aut eorum verba ut intempestiva vilipendere possemus? Non solum enim, quod omnium bellorum occasio ab eo manarit et natura sit inconstanti ac mutabili, imperiumque Romanum bellis civilibus nimiopere attritum, et nemo mutationem aequo animo passurus sit; sed si omnia in utroque essent aequalia, alterque ab altero in nullo differret, oporteretque rerum statu considerato, aptiorem ad imperandum eligere, non esset iustitiae consentaneum, tibi quemquam anteponi: non ob mansuetudinem animique altitudinem solum, quae toto belli tempore in te eluxerunt; sed etiam ob fortitudinem strenuitatemque bellicam; et praecipue, quod Romana res nunc non tantum perito et acri, sed et probo etiam exercitatoque duce indiget? Mihi itaque omnia perpendenti nulla causa satis idonea videtur, ob quam te ab imperio removeas et in avum illud transferas. Quare boni communis ergo id fidenter dissuadere non dubitavi. Tibi licitum est, si quae dixi, non suffi-

A.C. 1329 καὶ ἐμπειροτέροις συμβούλοις χρησαμένῳ, μὴ τοῦ δέοντος
ἁμαρτεῖν." Τοιαῦτα μὲν ὁ μέγας δομέστικος εἶπε· βασιλεὺς
δ' ὥσπερ εἴωθε μικρὸν ἐπισχὼν „συνετῶς μὲν εἰρῆσθαι τοὺς
λόγους," εἶπεν „οὐκ ἂν ἔξαρνος γενοίμην· ἔτι δέ μοι δοκεῖ
καὶ κατὰ σχολὴν εἶναι βουλευτέον περὶ αὐτῶν, εἴπως τι βέλ-
D τιον ὁ μεταξὺ χρόνος ἐξευρήσει." ἐπαινέσαντος δὲ καὶ τοῦ
μεγάλου δομεστίκου, τὸ νῦν μὲν ἔχον διελύθησαν. ἐς τρίτην
δὲ ἡμέραν πάλιν συνελθόντες, ἐπυνθάνοντο ἀλλήλων εἴτι πλέον
ἐν τῷ μεταξὺ ἐξευρηκότες εἶεν χρόνῳ· μηδὲν δὲ ἀμφοτέρων
εἰρηκότων ἐπεψηφίσαντο τὴν βουλὴν, καὶ οὕτω παρ' ὀλίγον
ἐλθὸν τὸ βασιλέα τὸν πρεσβύτερον αὖθις ἄρχοντα γενέσθαι
τῶν πραγμάτων, ὑπὸ τοῦ μεγάλου δομεστίκου ἐκωλύθη. ὧν
ὕστερον εἰς μνήμην ἐλθὼν ὁ βασιλεὺς, ἐπεὶ ἐπύθετο αὐτὸν
τὸν μονήρη βίον ἀνῃρημένον ᾐνίττετο τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ,
ὡς „εἰ ἃ πρότερον ἐβουλευόμεθα εἰς ἔργον ἧκον, νῦν οὐκ ἂν
συνέβαινε τοιαῦτα." πρὸς ἃ ἐκεῖνος ἀπεκρίνατο, ὡς „τοιαῦ-
P. 261 τα μὲν οὐκ ἂν συνέβη, ἴσως δ' ἕτερα χείρω καὶ ἀλυσιτελέ-
στερα πολλῷ." βασιλεὺς δ' ἐπεὶ τῆς νόσου ἤδη ἀπηλλάγη κα-
θαρῶς, ἐκ Διδυμοτείχου εἰς Βυζάντιον ἧκεν ἀποδώσων τὰς
εὐχαριστίας τῇ πανάγνῳ μητρὶ τοῦ θεοῦ τῇ ζωοδόχῳ πηγῇ
τῇ μᾶλλον ἰάματα ἢ νάματα βρυούσῃ· ἧς τυχὼν ἀπήλλακτο
καὶ αὐτὸς τῆς χαλεπῆς ἐκείνης νόσου. Βυζάντιοι δὲ πανδη-
μεὶ πρὸς ὑπάντησιν τοῦ βασιλέως ἐξελθόντες, ἔτι δὲ καὶ οἱ

11. τὸ corr. ED. P. pro τοῦ. 16. τοιαῦτα πρὸς ἃ ἐκεῖνος ἀπε-κρίνατο. Ὡς τοιαῦτα legebatur.

ciant, aliis item et peritioribus uti consiliariis, ut a recta semita ne declines. Adhaec imperator, more suo paulum cunctatus, Non negaverim, inquit, prudenter dicta omnia; nihilo minus de iis per otium deliberandum mihi videtur; si forte mora temporis meliora suggesserit. Quod cum et magnus domesticus probasset, ita discessum est. Post diem tertium congressi, vicissim percunctantur, num aliud interea occurrerit. Cum uterque negaret, consilium ratum fecerunt. Sic quod pene factum erat, ut imperator senior imperium reciperet, a magno domestico impeditum est. Quorum in memoriam postea rediens imperator, ubi avum monasticam vitam sectari audivit, magno domestico ea sub hoc verborum integumento significata voluit, Si quae prius volebamus, opere perfecta fuissent, ista nunc non evenissent. Quibus ille respondit, Ista quidem non, fortassis autem alia deteriora longeque magis incommoda evenire potuisse. Imperator confirmata iam valetudine, Didymoticho Byzantium abiit, ut castissimae Deiparae vitali fonte sanitates magis quam aquas emananti, quibus et ipse lethali illo morbo levatus esset, gratias ageret. Venienti frequentissimus Byzantiorum populus, et

τῶν πέριξ χωρῶν τε καὶ πόλεων κατὰ θέαν βασιλέως (πᾶσι A.C.1329 γὰρ οὐκ ἐπέραστος μόνον, ἀλλὰ καὶ θαύματος ἀξία ὄψις ἦν, ὥσπερ ἐκ νεκρῶν ἐγηγερμένος,) ἄχρι μὲν Ῥηγίου προῆκον ὑπ' ἀλλήλων συνωθούμενοι καὶ ἠσπάζοντο βασιλέα προσκυνοῦντες. B ἐκεῖθεν δὲ δι' αὐτῶν ἰὼν ὁ βασιλεὺς ἄχρι τοῦ πρὸ τῆς πόλεως τεμένους τῆς ἀενάου πηγῆς ἦλθε συνωθούμενος ὑπὸ τοῦ πλήθους· ἀποδοὺς δὲ τὰς εὐχαριστίας θεῷ, ἦλθεν εἰς τὰ βασίλεια ἐκεῖθεν καὶ διέτριψεν ἐν Βυζαντίῳ ἐξ ἐκείνης εἰς ἑξηκοστὴν ἡμέραν. αὖθις δὲ ἐξελθὼν, περιῄει τὰς τῆς Θρᾴκης πόλεις.

κά. Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ στρατιὰ Περσῶν C ἱππικὴ τὸν Ἑλλήσποντον περαιωθεῖσα, ἐληΐζετο τὴν Θρᾴκην. πυθόμενος δὲ ὁ βασιλεὺς συνήθροιζε τὴν στρατιὰν ὡς ἀμυνούμενος αὐτούς. ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐτελεῖτο, οἱ μὲν πολλοὶ τῶν Περσῶν, ἀναστρέψαντες ἐπεραιώθησαν πρὸς ἕω. πεντακόσιοι δὲ αὐτῶν καὶ χίλιοι λογάδες ἔμειναν ἐπὶ τῆς Θρᾴκης· βασι- V. 210 λέως δὲ αὐτοῖς ἐπιστρατεύσαντος, ἔπεσον πάντες μάχῃ νικη- D θέντες. οὐ πολλαῖς δὲ ὕστερον ἡμέραις ἐκ τῆς ἑσπέρας ἠγγέλθη βασιλεῖ ὡς παρασκευάζοιτο στρατιὰ Τριβαλῶν τῇ Ἀχρίδι ἐπιθέσθαι πόλει ἑσπερίῳ ὑπὸ τὴν Πιερίαν τὸ ὄρος κειμένῃ, καὶ μετὰ μικρὸν οἱ Τριβαλοὶ δῃώσαντες τὰ περὶ αὐτὴν, περικαθήμενοι ἐπολιόρκουν· βασιλεὺς δὲ ἐβοήθει κατὰ τάχος. αἰσθόμενοι δὲ οἱ Τριβαλοὶ, τὴν πολιορκίαν ἐκλιπόντες, ἀνεχώρησαν εἰς τὴν οἰκείαν, καὶ ὁ βασιλεὺς εἰς Ἀχρίδα παρελ-

ex locis vicinis atque urbibus permulti eius videndi causa obviam usque Rhegium processerunt, (erat quippe aspectus eius non amabilis tantum, sed admirabilis etiam, ut si ab inferis redivivus extitisset) ac sese invicem comprimentes et impellentes prae multitudine eumque adorantes consalutarunt. Ille per medium agmen incedens, ad templi ante urbem positi fontem perennem accessit, compressus a turba; actisque Deo gratiis, inde in palatium se contulit; et usque ad diem sexagesimum Byzantii mansit; post quem Thraciae urbes lustravit.

21. Sub id tempus equestris Persarum manus Hellespontum transducta, Thraciam depopulabatur. Quod ubi rescivit imperator, delectum ad eos propulsandos habuit. Interea de Persis multi in orientem renavigarunt. Selecti, qui in Thracia remanerent, mille quingenti: quibuscum pugna congressus imperator, omnes ferro concidit. Diebus paucis ex occidente affertur, Triballos ad Achridem urbem occidentalem, sub monte Pieria sitam, armis adoriundam sese comparare: quam paulo post agro circumcirca devastato, obsidio circumdederunt. Imperator cum subsidio adest celeriter. Quod Triballi sentientes, obsidione soluta domum recedunt. Imperator

A. C. 1329 θῶν πρόνοιάν τε ἐποιήσατο τῆς πόλεως ὅση δυνατὴ καὶ ἐκ τῶν παρακειμένων αὐτῇ φρουρίων τινὰ ὄντων ὑπηκόων Τριβαλοῖς, εἷλεν ἐξ ἐφόδου· τῶν τε ἑσπερίων ἑτέρων πόλεων P. 262 προνοησάμενος, αὖθις εἰς Διδυμότειχον ἐπανῆκε. Μιχαὴλ δ' ὁ τῶν Μυσῶν βασιλεὺς ἔκ τινων διαφορῶν πρὸς Κράλην τὸν Τριβαλῶν ἄρχοντα ἐκπολεμωθεὶς, παρεσκευάζετο ὡς αὐτῷ ἐπιστρατεύσων. εἰδὼς δὲ καὶ βασιλέα πολέμιον αὐτῷ ὄντα, πέμψας πρεσβείαν πρὸς αὐτὸν, ἐδεῖτο αὐτοῦ ἐπιθέσθαι Κράλῃ, ὡς ὑπ' ἀμφοτέρων ῥαδίως ἐκτριβησομένῳ. ἐπεὶ δὲ ἐδόκει καὶ βασιλεῖ καιρὸν εἶναι δίκας παρὰ Τριβαλῶν λαβεῖν ὧν ἠδίκησαν Ῥωμαίους, Μιχαὴλ μὲν ὑπέσχετο τὴν ἐκστρατείαν, προσθεὶς ὡς εἰ μὴ παρεκάλει καὶ αὐτὸς, ἀλλ' αὐτὸς B διενοεῖτο στρατιᾷ ἐπὶ Τριβαλοὺς ἐλθεῖν ὡς τὰ μέγιστα ἠδικημένος ὑπ' αὐτῶν· αὐτὸς δὲ ἀθροίσας τὴν στρατιὰν καὶ A. C. 1330 πάντα ἐκπορισάμενος ὧν ἐδεῖτο, διὰ Πελαγονίας ἐσέβαλεν ἐς τὴν γῆν τῶν Τριβαλῶν καὶ ἔτεμέ τινα αὐτῆς. καὶ Βουτζοῦνιν μέν τι φρούριον προσαγορευόμενον εἷλεν ἐξ ἐφόδου, Δεύριτζαν δὲ καὶ Δουβροῦνιν καὶ Καβαλλάριον καὶ Σιδηρόκαστρον, φρούρια καὶ αὐτὰ, παρεστήσατο ὁμολογίᾳ. Μιχαὴλ δὲ καὶ αὐτὸς διὰ Παιονίας πανστρατιᾷ ἐπιστρατεύσας Τριβαλοῖς, ἐστρατοπέδευσεν ἐν τόπῳ Βελμάσδιν ἐγχωρίως προσαγορευομένῳ, περιορώμενος τοὺς πολεμίους, ὡς οὐκ ἂν C τολμήσοντας προσβαλεῖν αὐτῷ. Στέφανος δὲ Κράλης ὁ τῶν Τριβαλῶν ἄρχων, ἐπεὶ ἑκατέρωθεν συνεώρα τῷ πολεμίῳ πυρὶ

urbi quantum potest providet et ex finitimis ei castellis, Triballorum ditioni subiectis, quaedam primo impetu capit: reliquis item occidentis urbibus prospiciens, Didymotichum revertitur. Michael Moesorum rex ob quasdam lites Triballorum principi infensus, ad bellum ei inferendum se instruebat. Cumque imperatorem quoque illi hostem esse non nesciret, per legatos rogat, uti Cralem invadat; ut ita amborum viribus haud aegre contereretur. Ubi imperatori maturum visum est, a Triballis iniurias Romanis irrogatas persequi, Michaeli expeditionem promisit: addens, etiamsi illum ad istam societatem non invitasset, per se in Triballos, a quibus intolerabilia damna accepisset, ducturum fuisse. Imperator contracto exercitu, omnibusque necessariis comparatis, per Pelagoniam profectus, Triballorum provinciam infestam habet; partem aliquam conculcatis et succisis segetibus arboribusque deformat: Butzunin oppidulum ex itinere capit, Deuritza, Dubrunin, Caballarium, Siderocastrum, et ipsa oppidula, se dedunt. Michael ipse quoque per Paeoniam totis copiis in Triballos tendens, in loco quem indigenae Belmasdin vocant, castra facit, despectis hostibus, ut ei resistere non ausuris. Stephanus Crales Triballorum princeps cum hinc et hinc hostilibus

περισχεθεὶς, ἑκατέροις μὲν ἀντιτάξασθαι τοῖς βασιλεῦσι, διε- A.C. 1330
λόμενος τὴν στρατιὰν, οὐκ ᾤετο εἶναι δυνατός· εἵλετο δὲ
μᾶλλον τὸν Μυσῶν βασιλέα ἀνταγωνιστὴν καὶ πανστρατιᾷ
καὶ αὐτὸς ἐλθὼν παρεστρατοπέδευσε μὲν αὐτῷ, ἐν ἐπικαίρῳ
δὲ χωρίῳ, στενὴν ἔχοντι τὴν δίοδον καὶ σκληρὰν, ᾗ ἐπέστησε
στρατιὰν πεζὴν φρουρεῖν, ὡς μή τις δύναιτο δι' αὐτῆς ἰέναι
ἐπ' αὐτόν. ἐπικηρυκευσάμενοι δὲ ἀλλήλοις, ἐπεὶ ἀσυμβάτως
εἶχον καὶ ἐδόκει πολεμητέα εἶναι, ἐκεχειρίαν ἄγειν συνέθεντο
ἐκείνην τὴν ἡμέραν ὡς μαχούμενοι ἐς τὴν ὑστεραίαν. ἐπιλε- D
λοιπότος δὲ ἤδη σίτου τῷ στρατοπέδῳ τῶν Μυσῶν, ὁ βασι-
λεὺς Μιχαὴλ ἔγνω δεῖν καθ' ἣν τὴν ἐκεχειρίαν ἦγον, στρατιὰν
ἀπολεξάμενος, πέμψαι ἐπὶ σῖτον· καὶ διεσκέδαστο τὸ πλεῖον
τῆς στρατιᾶς ἐπὶ τὰ παρακείμενα χωρία ἐφ' ἁρπαγήν. ὁρῶν
δὲ ὁ Κράλης τὴν Μυσῶν διεσκεδασμένην στρατιὰν καὶ νομί-
σας καιρὸν εἶναι ἐπιθέσθαι Μιχαὴλ καταστρατηγηθέντι ὑπ'
αὐτοῦ, ὡς εἶχε τάχους, ὡπλισμένην τὴν στρατιὰν ἀναλαβὼν
καὶ τριακοσίους ἐξ Ἀλαμανῶν ἐπαγόμενος καταφράκτους, ὀ-
λίγα τῶν συνθηκῶν φροντίσας, ἐπὶ Μυσοὺς ἐχώρει. Μιχαὴλ
δὲ ὁρῶν τὴν Τριβαλῶν στρατιὰν ἐπαγομένην, ἔγνω μὲν ἠπατη-
μένος, πλὴν ὡς εἶχε τάχους καὶ αὐτὸς τὴν στρατιὰν ὁπλίσας,
ἐξῆγεν ὡς ἐς μάχην· καὶ πρὶν εἰς τάξιν καταστῆναι, οἱ Τρι- P. 263
βαλοὶ ἐπιπεσόντες, ἐτρέψαντό τε τοὺς Μυσοὺς καὶ ἐνίκων
κατὰ κράτος. καὶ τοὺς μὲν ἀπέκτειναν αὐτῶν παρὰ τὴν μά-
χην, ὅσοι δὲ ἑάλωσαν ζῶντες, γυμνούμενοι τῶν ὅπλων, ἀ- V. 211

7. ἀσυμβάτως ED. P. pro ἀσυμβάστως.

flammis circumdatum se videret, nec putaret divisis copiis utrumque regem sustinere posse, iis integris contra Moesum ire maluit iuxtaque eum castra fixit; loco autem opportuno, ubi angustus et asper transitus, ne quis irrumperet, custodiae causa peditum globum collocavit. Ceterum ultro citroque missis de pace caduceatoribus, cum transigi nihil posset et placeret confligere, illo die manus mutuum abstinere pacti sunt, ut postridie concursuri. Moesis commeatu iam defectis, Michael rex illo die de exercitu delegit, quos ad victum quaerendum dimisit: maiorque pars militum ad praedas agendas per agros adiacentes se effudit. Cernens Crales dissipatum Moesorum exercitum, et arbitratus adesse tempus aggrediundi Michaelis eiusque astu bellico opprimendi, armato milite et cum trecentis ex Alemania gravis armaturae, pactorum securus, in Moesos graditur. Michael venientes Triballos conspicatus, sibi data verba intellexit; verumtamen et ipse celeriter ad pugnam contendit occurrere. Triballi, priusquam ille instrueret aciem, impressionem faciunt, vi devincunt Moesorumque partem in fugam compellunt, partem congressi occidunt: captos armis nudant ac dimittunt. Nam

A. C. 1330 πελύοντο. οὐ γὰρ ἔξεστιν αὐτοῖς ἀλλήλους ἀνδραποδίζειν ὄντας ὁμοφύλους. βασιλεὺς δὲ ὁ Μιχαὴλ τραυματίας γενόμενος καιρίως ἑάλω μὲν ἔτι ζῶν καὶ ἀπήχθη παρὰ τὸ στρατόπεδον τῶν πολεμίων. ἐτελεύτησε δὲ μικρὸν ἐπιβιούς. τὸ δὲ στρατόπεδον τῶν Μυσῶν ἐπόρθησαν οἱ Τριβαλοί. ἡ δ' ἐπὶ τὸν σῖτον διεσκεδασμένη στρατιὰ, τοῦ σφετέρου βασιλέως πυ- B θόμενοι τὴν ἧτταν, οἱ μὲν αὐτῶν ἄλλοι ἄλλοσε καταλαμβανόμενοι διεφθείροντο, οἱ πλείους δὲ αὐτῶν φυγῇ ἐπορίσαντο τὴν σωτηρίαν. ὁ Κράλης δὲ μετὰ τὴν νίκην βασιλεῖ μὲν οὐκ ἐπεστράτευσε Ῥωμαίων ἐπικειμένῳ ὁμοίως καὶ πολιορκοῦντι τὰς ἐν τοῖς μεθορίοις αὐτοῦ τε καὶ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας πόλεις, ἀλλ' ἔμεινεν ἐστρατοπεδευμένος οὐκ ἐγγύς· εἴτε δὲ μείζονα συναθροίζων στρατιὰν, ὡς τῆς οὔσης οὐκ ἀξιομάχου Ῥωμαίοις δοκούσης εἶναι, εἴθ' ἕτερόν τι διανοούμενος, ἔμεινεν ἐν ἀδήλῳ. μετὰ μικρὸν δὲ ἠγγέλλετο τῷ βασιλεῖ, ὡς οἱ δυνατοὶ παρὰ Μυσοῖς, τοῦ σφετέρου βασιλέως Μιχαὴλ ἀ- C ποθανόντος, εἴτε Στέφανον θεραπεύοντες τὸν Κράλην, εἴθ' ὅ,τι ἕτερον διανοούμενοι, τὴν μὲν βασιλέως ἀδελφὴν ἀπήλασαν μετὰ τῶν τέκνων, τῇ δὲ ἀδελφῇ Στεφάνου, ἣ πρότερον συνῴκει Μιχαὴλ, ἅμα τέκνοις τά τε βασίλεια παρέδοσαν τῶν Μυσῶν καὶ τὴν ἀρχήν. βασιλεὺς δὲ ἐκκλησίαν συναθροίσας μετὰ τῶν ἐν τέλει, ὅ,τι δέοι ἐβουλεύετο ποιεῖν. καὶ ἐδόκει δεῖν τὰ ἐνταῦθα μὲν καταλιπεῖν, ὡς ὀλίγα ἢ οὐδὲν δυνησο-

13. τῆς ED. P. pro τοῖς.

quoniam homophyli sunt, inter se captivos facere et in servitutem redigere, moribus eorum nefas est. Michael lethali tactus vulnere et ad castra hostium perductus, brevi exspiravit. Moesorum castra Triballi diripiunt. Qui praedae intenti vagabantur, audito, regem suum esse victum, alii alibi comprehensi contrucidabantur: plures fuga salutem adipiscebantur. Crales potitus victoria, in imperatorem Romanum, ipsum quoque ad urbes in confiniis expugnandas intentum, nihil molitus est: sed remotius castris se continuit: utrum quod maiores copias conduceret, quando quas habebat, Romanis impares viderentur; an quod aliud quiddam in pectore volutaret, cognosci non potuit. Paulo post imperatori nuntiatur, dynastas Moesorum, rege illorum mortuo, seu quia Stephanum Cralem hoc officio sibi devincire conarentur seu alius ergo imperatoris sororem, Michaelis coniugem, una cum liberis expulisse: sorori autem Stephani, quae prius cum Michaele nupta fuerat, ipsi liberisque eius regiam Moesorum regnumque reddidisse. Imperator optimatum concilio convocato, quid ageret, disceptare instituit. Iudicatum, rebus praesentibus, aut parvo aut nullo fructu responsuris (cum Crales bello contra Moesos iam liber, suam provinciam vexantibus levi

μένους ἑαυτοῖς περιποιήσασθαι, τοῦ Κράλη ἤδη τοῦ πρὸς A. C. 1330 Μυσοὺς πολέμου ἀπηλλαγμένου καὶ δυνηθέντος ἂν ῥᾳδίως ἀμύνεσθαι αὐτοὺς κακοῦντας τὴν αὐτοῦ· πρὸς δὲ τὴν Μυσίαν ἀπαίρειν τὴν ταχίστην, ὡς ἐλπίδων ἐκεῖ μεγάλων ὑποφαινομένων. πρόφασιν δὲ πολέμου εἶναι οὐ μικρὰν, τὸ τὴν D βασιλέως ἀδελφὴν ἀπελαθῆναι τῆς ἀρχῆς, δικαιοτέραν οὖσαν ἄρχειν, ἅτε τῆς Κράλη ἀδελφῆς ὑπὸ περιόντος ἔτι ἐκβληθείσης Μιχαήλ. ἐπεὶ δὲ ἐδέδοκτο ἀναχωρεῖν τοῖς τε προσχωρήσασιν ἀρτίως πολιχνίοις φρουρὰς ἐγκαταστησάμενος ὁ βασιλεὺς, τῶν τε λοιπῶν πέρι τὴν ἄκραν πόλεων ὅσης ἐδέοντο πρόνοιαν ποιησάμενος, καὶ στρατιὰν ἅμα στρατηγῷ Συργιάννῃ καὶ τῆς ἄλλης ἑσπέρας ὄντι καταλιπὼν, ὥστε ἀμύνεσθαι ὑπὲρ αὐτῶν ἂν ἐπίωσιν οἱ Τριβαλοὶ, τὴν ἄλλην στρατιὰν ἀναλαβὼν, εἰς Ἀδριανούπολιν ἐπανῆλθεν· οὐ πολλαῖς δὲ ὕστερον ἡμέραις καὶ τὴν ἐπίλοιπον Ῥωμαίων στρατιὰν ὅση ἦν συναγαγὼν, ἐσέβαλεν εἰς τὴν Μυσίαν, καὶ τά τε ἄλλα P. 264 μάλιστα τὴν χώραν δῃώσας καὶ ἐκ τῶν ὑπηκόων πόλεων Μυσοῖς τὴν Ἀγχίαλον καὶ Μεσημβρίαν καὶ Ἀετὸν Κτένιά τε καὶ Ῥωσόκαστρον καὶ Διάμπολιν παραστησάμενος ὁμολογίᾳ, εἰς Βυζάντιον ἐπανῆκε. διατρίβοντι δὲ ἐκεῖ, ἐπεὶ καὶ ἡ Βυζαντίων ἐκκλησία χηρεύουσα ἦν ἀρχιερέως, τοῦ πατριάρχου Ἠσαΐου οὐ πολλῷ πρότερον χρόνῳ τετελευτηκότος, ἐδόκει τῶν ἀναγκαίων τοῖς πατριαρχικοῖς θρόνοις τινὰ ἐγκαθιδρύσαι. πολλῆς δὲ ζητήσεως περὶ τούτου γινομένης καὶ ἄλλων ἄλλους

opera posset obsistere) supersedendum et in Moesiam, ubi magnae spes ostentarentur, quamprimum discedendum. Occasionem belli gravem offerri: sororem scilicet imperatoris regno depulsam, quae iustius imperaret, quum soror Cralis a Michaele adhuc vivente matrimonio multata fuerit. Postquam igitur recedere complacitum fuit, tum oppidulis, quae recens in eius se potestatem tradiderant, praesidiis impositis: tum reliquis urbibus in confiniis, cura quanta egebant curatis, parteque exercitus cum Syrgianne etiam, reliqui occidentis duce relicta, ut illas adversus Triballorum vim tueretur, cum altera parte Adrianopolin rediit. Diebus aliquot praeterlapsis, allectis quantae erant copiis, in Moesiam irrumpit, et cum cetera regionem vastat maxime; tum Anchialum, Mesembriam, Aeton, Ctenia, Rhosocastrum et Diampolin civitates per deditionem accipit Byzantiumque revertitur. Quia vero tum ecclesia Byzantina episcopo suo viduata erat, quod Esaias patriarcha nuper de vita exierat, visum omnino faciendum, ut alius in eius throno locaretur. Cum igitur diutius controversando alii alium nominarent, magnus domesticus imperatori auctor fuit, uti Ioannem presbyterum designaret: quem quamquam apud Apros obscuris ortum natalibus, tamen ut

A. C. 1330 προβαλλομένων, ὁ μέγας δομέστικος συνεβούλευε βασιλεῖ, τὸν πρεσβύτερον Ἰωάννην ἀποδεῖξαι πατριάρχην, ὃν τῆς Ἀπρίων
B μὲν ὄντα πόλεως πολίτην καὶ ἐξ ἀσήμων, περὶ δὲ τὴν ἱερατικὴν λειτουργίαν μάλιστα δοκοῦντα ἔχειν εὐφυῶς, ὁ μέγας δομέστικος ἐνέγραψε τοῖς οἰκείοις καὶ περὶ τὴν ἱερὰν ἐχρῆτο ταύτην λειτουργίαν. ὕστερον δὲ οὐ πολλῷ χρείας γενομένης, τῷ βασιλικῷ ἐνέγραψε κλήρῳ, μηδὲν τῶν παρ' αὐτοῦ χορη-
V. 212 γουμένων προσόδων ἀποστερήσας, ἀλλ' ἐκείναις τὰς βασιλικὰς προσθείς. καὶ διετέλεσέ γε κἀκεῖ περὶ τὰ τοιαῦτα μάλιστα εὐδοκιμῶν καὶ διὰ τοῦτ' ἀπέλαυε τῆς βασιλέως εὐμενείας. βασιλεὺς δὲ ἐπῄνει τε τὸν λόγον καὶ ἐπιχειρητέα ἔλεγεν εἶναι,
C εἴγε ἀνυσθῆναι δυνατόν. ὡς δὲ τοῖς λοιποῖς ἀρχιερεῦσι τὸν περὶ τούτου προσῆγον λόγον, οἱ μὲν εὐθὺς ὥσπερ ἀπὸ συνθήματος πάντες ἀπωθοῦντο καὶ οὐδὲ ἠνείχοντο τῶν περὶ τούτου λόγων· βασιλεὺς δὲ αὐτοὺς οὕτως ἄγαν ὁρῶν ἐνισταμένους, τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ τὴν περὶ τούτου ἐπιχείρησιν ἐπέτρεπεν. ὁ δὲ οὐδὲν μελλήσας ἐκκλησίαν συνήθροιζεν ἐκ τῶν ἀρχιερέων ἐν τῷ τῶν θείων ἀποστόλων Χριστοῦ νεῷ, καὶ καταστὰς εἰς λόγους, ἐπεχείρει πείθειν, ὡς δεῖ τὸν πρεσβύτερον Ἰωάννην ἐπὶ τὸ πατριάρχην δέχεσθαι ψηφίζεσθαι· οἱ δ' ἀντεπεχείρουν, ὡς οὔτε δίκαιον, οὔτε λυσιτελὲς ἂν τῇ ἐκκλησίᾳ εἴη τοῦ θεοῦ. πολλῶν δὲ ἐξ ἑκατέρου μέρους λόγων εἰρημέ-
D νων, τέλος ἀνέστησαν ἀσύμφωνοι ταῖς γνώμαις, τῶν μὲν οὐδα-

6. τούτῳ coni. ED. P. 13. προσῆγε Intpr. 18. Ἀποστόλων i. e. Petri et Pauli. Templum illud Constantini opus, in eoque, ut et Helena mater, sepultus est; de eo saepius Zonaras lib. 3. ED. P.

in sacerdotali ministerio dexterrimum et ad id accommodatissimum, idem domesticus inter suos domesticos adscripserat, qui sibi a sacris esset. Non diu post, cum ita usus posceret, in clerum imperatoris eumdem cooptavit, pensionem suam ei relinquens et insuper imperatoria pensione cumulans. Ibi quoque semper bene audiit et imperatoris gratiam est consecutus: qui consilium probavit et ita faciundum dixit, si modo perfici possit. Ubi ad episcopos super eo retulit, illi statim quasi conspirassent, ad unum omnes reniti neque audire velle. Imperator usque adeo repugnantes cernens, negotium magno domestico committit, qui nihil cunctatus, episcoporum in sanctorum apostolorum templo conventum agit; ibi exorsus loqui, impetrare ab illis laborat, uti Ioannem pro patriarcha suscipiendum decernant. Illi contra asserere, id neque iustum neque ecclesiae Dei frugiferum fore. Multis ab utraque parte dictis, tandem surgunt, discrepantibus sententiis, dum hi nequaquam ferendum existimant, vitae curis implicitum, uxori et filiis cohabitantem, in excelsissimam magisterii cathedram evehere; ille sic eos refellit: Si alioqui ad hanc functionem idoneus et habilis sit, hoc

μῶς οἰομένων εἶναι ἀνεκτὸν, τὸν ἔτι τοῖς τοῦ βίου πράγμασι A.C. 1330 συνισχημένον καὶ γυναικὶ καὶ τέκνοις συνοικοῦντα, εἰς τὸν ὑψηλότατον τῆς διδασκαλίας ἀνάγειν θρόνον· τοῦ δ' ἀντεπιχειροῦντος, ὡς οὐδὲν ἂν εἴη τοῦτο κώλυμα, καθάπαξ ἀποστησομένου, ἂν τἆλλα ἱκανός τε καὶ ἁρμόζων πρὸς τὸ ἔργον ᾖ. τέλος δὲ ὁ μέγας δομέστικος τὴν ἐκκλησίαν διαλύων, νῦν μὲν ἕκαστον ἐκέλευεν οἴκαδε ἀπελθόντα, ἀναπαύλης τυχεῖν οὐκ ὀλίγον πόνον ὑπομείναντας· αὖθις δὲ συνελθόντας περὶ τῶν αὐτῶν ποιήσεσθαι τοὺς λόγους. οἱ μὲν οὖν ἕκαστος ἐπ' οἴκου διελύοντο, ὁ μέγας δὲ δομέστικος ἀπήγγελλε τῷ βασιλεῖ ἐλθὼν, ὅσα τε λέξαι τοὺς ἀρχιερέας πείθειν ἐπιχειρῶν καὶ ὧν παρ' αὐτῶν ἀκούσειεν ἀντιλεγόντων, καὶ τέλος, ὡς συντεθείη καὶ δευτέραν ἐκκλησίαν συναθροῖσαι τούτου ἕνεκα. μετὰ δεκάτην δὲ ἡμέραν αὖθις ἐκέλευεν ἀθροίζεσθαι ἐν τῷ P. 265 αὐτῷ ναῷ· καὶ ἐπειδὴ πάντες ἠθροισμένοι ἦσαν, οὐκέτι μὲν ἐκ τῶν ὁμοίων ἐπεχείρει πείθειν, (ᾔδει γὰρ οὐ πείσων,) ἀλλ' ἐξ ὧν μάλιστα ᾤετο ὑποκλέψειν τὴν πειθὼ αὐτοῖς. ἔφη γὰρ τὸ μὲν περὶ Ἰωάννου τοῦ πρεσβυτέρου πείθειν εἰς τὸν πατριαρχικὸν ἀνάγειν θρόνον, οὐδ' αὐτῷ δοκεῖν εἶναι δεῖν, μάλιστα βουλομένῳ τὰ κατὰ γνώμην αὐτοῖς ποιεῖν καὶ μηδὲν ἀηδὲς μήτ' ἀβούλητον προσαναγκάζειν· ἑτέρας δὲ ἐκκλησίας σκέψασθαι εἴγε δίκαιον προστάτην ἀποδεῖξαι. πάντως δὲ οὐδ' ἂν εἴη τοῦ τοιούτου κώλυμα, ἕως ἂν μηδεὶς αὐτῷ ἔχῃ περὶ τῆς B ἱερωσύνης ἔγκλημα ἐπενεγκεῖν. οἱ δὲ μηδὲν τῶν μελλόντων ὑποπτεύσαντες, μηδὲ τοῦτο ἐννοήσαντες, ὡς τοῖς σφετέροις

ei impedimento non futurum, quandoquidem illo se penitus extricabit. Tandem coetu soluto, quemque redire domum et non parum defatigatos, corpus recreare iussit; iterumque super eadem deliberatione concilium indixit. Illi domos redeunt. Magnus domesticus imperatori exponit et quae ipse, ut episcopis persuaderet, dixerit et quomodo illi contradixerint: postremoque convenerit, ut altero coetu super eadem quaestione coirent. Post decimum itaque diem in eodem templo omnibus iam eius iussu congregatis, non iisdem usus est argumentis, cum se nihil consecuturum sciret; sed unde potissimum velut per cuniculum eorum animis obreperet: sic enim aiebat: Suadere quemquam, Ioannem presbyterum in sedem patriarchicam extollendum, ne sibi quidem placere, qui ipsis summopere gratificari vellet, et ad nihil quod quidem eorum animis iniucundum esset quodque nollent, cogere. Considerandum vero, an is alius ecclesiae pastor merito creetur, quod, quo minus fiat, nihil omnino vetare, quamdiu in sacerdotium commissum piaculum nemo illi obiectare possit. At episcopi non praevidentes quorsum ille collimaret, neque hoc cogitantes, suis se laqueis irretitum iri,

A.C.1330 αὐτῶν ἁλώσονται βρόχοις, αὐτοὶ ἡδέως τε ἐδέξαντο τοὺς λό-
γους οἰόμενοι κεκρατηκέναι καὶ ἐπεψηφίζοντο προθύμως, Θεσ-
σαλονίκης ἱεράρχην ἀποδεῖξαι τὸν Ἰωάννην. ἐπεὶ δὲ εἰς ἓν
συνῆλθον ἅπαντες ταῖς γνώμαις, ἐκέλευε γράμμασι τὰ ἐψηφι-
σμένα ἐπιβεβαιοῦν· οἱ δ' ἔγραφον τὸ ψήφισμα αὐτίκα. ἐπεὶ
δ' ἐν χερσὶ τοῦτο εἶχεν ὁ μέγας δομέστικος λαβὼν, „τοῦτο μὲν"
εἶπε „καλῶς καὶ ᾗ προσῆκεν ἐγεγόνει, καὶ χάριν ἂν ὑμῖν εἰ-
C δείην καὶ αὐτὸς τούτου ἕνεκα πολλήν. πυθέσθαι δὲ ὑμῶν
βούλομαι ἐκεῖνο· ἂν ἔρηται ὁ βασιλεὺς, ὅτι, εἰ τοῖς ἀρχιε-
ρεῦσι πολλὰ σκεψαμένοις καὶ τὰ δίκαια ποιοῦσιν ἔδοξε τὸν
πρεσβύτερον Ἰωάννην ψηφίσασθαι ἀρχιερέα καὶ οὐδεμία τις
ἐφάνη αἰτία κωλῦσαι δυνατὴ, ἀλλὰ πᾶσιν ἔδοξεν ὁμοῦ ψήφῳ
κοινῇ τῆς ἱερᾶς ἄξιος λειτουργίας ταυτησὶν, ἀνθ' ὅτου μὴ καὶ
πρὸς τὸν πατριαρχικὸν, ἐμοῦ βουλομένου, ἀναχθείη θρόνον;
ἂν ταῦτα λέγῃ, τί ἐροῦμεν ἢ τίνα εὐπρόσωπον ἀπολογίαν
ἀποδῶμεν ἄν; διδάξατε αὐτοί." Τῶν δὲ φαμένων, ὅτι „ἐπει-
V.213 δὴ τὸ ψήφισμα ἐπὶ τούτοις ἐποιησάμεθα, ὅτι Θεσσαλονίκης
μὲν ἢ τινος ἄλλης ἐκκλησίας ἡγεμόνα δέχεσθαι τὸν Ἰωάννην,
D πατριάρχην δὲ μή"· „οὐκοῦν ἔδει" εἶπε „καὶ ἀνάγκην τινὰ
προσεῖναι τῷ λόγῳ. εἰ μὲν γὰρ ἄλλην τινὰ χάριν ἢ δύναμιν
ἄνωθεν ἐκ ταμίου δωρεῶν δέχεται ὁ πατριάρχης, ἣν οὐκ ἔξε-
στι λαμβάνειν καὶ τοῖς ἄλλοις ἱεράρχαις, ἔχοι ἄν τινα πρόφα-
σιν ὁ λόγος· εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἔστι, πᾶσι δὲ ἐπίσης καὶ
τῆς μείζονος καὶ τῆς ἐλάσσονος πόλεως ἐπισκόποις μέτεστι δω-

libenter istuc audierunt, rati se iam vicisse: suffragiaque extemplo inierunt, ut Ioannes Thessalonicensis hierarcha crearetur. Ut omnes sententia congruerunt, etiam chirographo decretum suum eos confirmare voluit. Illi decretum statim conscripserunt. Quod simul in manibus habuit, Pulcre, inquit, decenterque factum et vobis idcirco amplas ago gratias. Velim autem mihi dicatis, si imperator sic loquatur: Si episcopis, re diligenter perpensa et praestito quod debent officio, visum est Ioannem presbyterum in collegium episcoporum asciscere, nullaque causa apparuit, quae impedire posset: sed ab omnibus concorditer sacra liturgia dignus est iudicatus, cur non etiam me volente ad patriarchicum thronum ascendat? Si hoc, inquam, dixerit, quid respondebimus, quaeso, aut quod velum honeste obtendemus? Doceatis licet. Cum illi, satis esse, quod decreto suo effecissent, ut Ioannes Thessalonicensis, aut alterius ecclesiae episcopus, non autem patriarcha, institui posset, Hoc, inquit domesticus, demonstrare oportet. Si enim patriarcha aliquam aliam gratiam virtutemve ex caelestium donorum promptuario accipit, quam aliis antistitibus accipere non licet, valeret aliquid oratio: si autem secus est, omnesque et maiorum et minorum urbium episcopi aequaliter gratiae participes sunt: honor autem ac splendor

ρεᾶς, αἱ τιμαὶ δὲ καὶ αἱ λαμπρότητες τῶν θρόνων κεῖνται A. C. 1330 παρὰ βασιλεῖ καὶ ἔξεστιν αὐτῷ καὶ τὸν μικρᾶς πόλεως ἐπισκοπεῖν ἄξιον κριθέντα ἐπὶ τὴν μείζονα ἀνάγειν, τί δεῖ ἀπέραντα πονοῦντας, ἀπολογίας οὕτω σαθρὰς καὶ εὐκαταλύτους συναγείρειν καὶ προσκρούειν εἰκῇ δοκεῖν τῷ βασιλεῖ; ἐφ' ἃ μὴ δέον ἀντιλέγοντας, ἀλλὰ μὴ μικρὸν τῆς φιλονεικίας ὑπενδόντας, P. 266 ψηφίσασθαι τὰ κατὰ γνώμην βασιλεῖ, καίτοι γε τοῦ δικαίου καὶ εὐλόγου οὐ μακρὰν ἀφεστηκότα. τὸ γὰρ ἡμέτερον ἐῶ, εἰ δή τις χάρις καὶ ἐμοῦ κεῖται παρ' ὑμῖν". Τοιαῦτα εἰρηκότος πρὸς αὐτοὺς, μόλις μὲν, νοῦν δὲ ὅμως ἔσχον, ὡς τοῖς οἰκείοις ἑάλωσαν πτεροῖς καὶ ἀναλῦσαι οὐκ ἔστι τὰ ἐψηφισμένα. καὶ πρὸς ἀλλήλους μὲν ἑώρων ὡς ἠπατημένοι, ὅμως δὲ καὶ ἄκοντες ἐπεψηφίζοντο τὸν Ἰωάννην πατριάρχην, πολλὰ τοῦ μεγάλου δομεστίκου πρότερον καὶ πρὸς ἕκαστον ἰδίᾳ καὶ πᾶσι κοινῇ διειλεγμένου καὶ πείθοντος, τοὺς μὲν, ὅτι ἦσαν εὔνοι πρότερον αὐτῷ, τοὺς δ', ὅτι καὶ αὐτοὶ ἐδέοντο αὐτοῦ τοῖς B πράγμασιν ἐφεστηκότος τὴν εἰς τὸ μέλλον οἰκείωσιν προμνωμένους αὐτοῖς. οὕτω μὲν δὴ ὁ Ἰωάννης σπουδῇ πολλῇ τοῦ μεγάλου δομεστίκου πατριάρχης ἐψηφίσθη, οὐδενὸς ἂν ἑτέρου πείσαντος, εἰ μὴ αὐτὸς παρῆν, καὶ ἐχειροτονήθη μετὰ μικρόν.

κβ'. Βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ ἡ κατὰ Βυζάντιον αὐτῷ διατριβὴ C εἶχεν ἱκανῶς, ἐξῄει πρὸς τὰς κατὰ Θρᾴκην πόλεις. ἔνθα διατρίβοντι ἠγγέλθη ὡς τὸν Ἑλλήσποντον διαβᾶσα στρατιὰ Περσῶν ἱππικὴ καὶ εἰς δύο διαιρεθεῖσα, οἱ μὲν αὐτῶν περὶ Κισ-

sedium penes imperatorem est, licetque ipsi parvae urbis episcopatu dignum iudicatum ad maiorem provehere, quid necesse est sine modo ita putidas solutuque faciles responsiones congerere: viderique temere imperatorem offendere, in quibus non solum non contradicere, sed nec paulum adversari, verum quae ei ut a iustitia et recta ratione non adeo abhorrentia probantur, decernere oportet? De me enim nihil dico, si quis honos mei vestrum tangit animum. Haec ubi profatus est, etsi vix, tamen suis se pennis captos intellexerunt decretaque revocari non posse; et inter se ut circumducti aspiciebant. Nihilo minus, quamvis inviti, Ioannem patriarcham renuntiabant, cum ante magnus domesticus, et cum singulis seorsum et cum omnibus communiter multum egisset, flexissetque hos, quia prius propenso erant in illum animo, illos, quod et ipsi eius, utpote summi rerum praesidis, ope indigerent et in futurum sibi eius amicitiam conciliarent. Hoc igitur modo Ioannes contentione magni domestici patriarcha decretus, (quod sine eo nullus potuisset) pauloque post consecratus est.

22. Imperator postquam Byzantii diu satis mansisse sibi visus est, Thraciae urbes obire instituit. Quod dum facit, nuntiatur, equitatum Persicum transito Hellesponto bipartito divisum, alios

A. C. 1330 σὸν καὶ Πολύβοτον καὶ Ἀκονίτην, πόλεις Θρᾳκικὰς, ἐπερχόμενοι δῃοῦσιν· ἡ δ' ἐχώρησε πρὸς Ῥαιδεστόν. συναθροίσας δὲ στρατιὰν ὅσην μάλιστα ἐνῆν ἐπὶ Ῥαιδεστὸν ὀξέως ἐβοήθει. καὶ συμβαλὼν τοῖς τὰ ταύτῃ χωρία ληϊζομένοις, ἐκράτησε D μάχῃ, καὶ τοὺς μὲν ἀπέκτεινεν αὐτῶν, τοὺς δὲ ἠνδραποδίσατο, διαδράντων τινῶν εὐαριθμήτων. ἡ δὲ κατὰ τὸ Πολύβοτον ἑτέρα μοῖρα τῶν Περσῶν πυθόμενοι ὡς βασιλεὺς τοὺς ἑτέρους ἀνδραποδισάμενος χωρεῖ καὶ κατ' αὐτῶν, τὴν λείαν τάχιστα καὶ ὅσοι ἦσαν αἰχμάλωτοι λαβόντες, ἐπεραιώθησαν πρὸς ἕω. βασιλεὺς δὲ ἐλθὼν ὑστέρησεν αὐτῶν. Συργιάννης δὲ ἑσπέρας στρατηγὸς ὑπὸ τοῦ μεγάλου δομεστίκου ἐπιτραπεὶς, ἡνίκα ὁ βασιλεὺς ἐνόσησε τὴν νόσον ἐκείνην τὴν σφοδρὰν, πρῶτα μὲν ἐδόκει εὔνους εἶναι καὶ χάριτας ὡμολόγει· ἔπειτα ὡς ἐπύθετο ὡς, ῥᾴσαντος ἀπὸ τῆς νόσου βασιλέως, ὥρμητο V. 214 μὲν ὁ μέγας δομέστικος αὐτὸν παραλύειν τῆς ἀρχῆς, ἐπέσχε δὲ ὁ βασιλεὺς, ψευδῶς οὕτως εἰρημένου, τῶν μὲν P. 267 προτέρων ἀγαθῶν, ὧν ἦν παρ' αὐτοῦ τετυχηκὼς, οὐδενὸς μεμνημένος ἦν. ὀργῇ δὲ φερόμενος πρὸς αὐτὸν διὰ τὰ εἰρημένα, ἑταιρείαν ἤρξατο συναθροίζειν καὶ ἑαυτῷ περιποιεῖν, οἰόμενος, ὡς ἐὰν δύναμιν ἑαυτῷ ἐκ φίλων μάλιστα πολλῶν καὶ οἰκετῶν συστήσηται ἀρκοῦσαν, οὐ δυνησομένου τοῦ μεγάλου δομεστίκου κακῶς αὐτὸν ὅταν βούληται ποιεῖν. τοῦτο μὲν οὖν ὡς μάλιστα ἐνῆν ἐσπουδάζετο αὐτῷ, ἐν ἀποῤῥήτῳ δὲ καὶ τῶν μάλιστα οἰκειοτάτων συνειδότων. καὶ διέλαθέ γε ἀγνοούμενος ἐπὶ καιρόν· ἔπειτα ὑπ' αὐτῶν τινος τῶν

circum urbes Cisson, Polybotum, Aconiten, urbes Thracias, agros depopulari: alios Rhaedestum invadere. Eo quanta poterat coacta manu opitulatum occurrit, collatoque pede, praedones illos vincit: paucisque fuga se eripientibus, ceteros partim interficit, partim capit. Pars altera apud Polybotum, audiens imperatorem captis sociis in se movere, statim cum praeda et captivis in orientem traiecerunt, atque ita imperator iis frustratus est. Syrgiannes porro dux occidenti a magno domestico praefectus, cum imperator aegrotaret morbo illo gravissimo, amicum prae se ferebat animum et agebat gratias. Quo iam sospite, ut didicit, domesticum sibi magistratum abrogare voluisse; sed imperatorem intercessisse (quod tamen falsum et commentitium erat) omnium beneficiorum, quibus fuerat ab ipso affectus, obliterata memoria, et ira impotenti subactus, sodalitium contrahere ac parare coepit; existimans, si ex amicis plurimis servisque domesticis sufficientem numerum conflasset, futurum, ut magnus domesticus, quando vellet, incommodare sibi non posset. Hoc igitur illi tanto studio erat, quanto maximo poterat: arcano tamen et familiarissimis tantum consciis. Ac latuit quidem

συνειδότων τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ ἐμηνύθη. καὶ κατέγνω μὲν πολ- A. C. 1330 λὴν αὐτοῦ ἀχαριστίαν καὶ ἀμνημοσύνην τῶν καλῶν, ὅμως δὲ σπουδάζων ἴσος εἶναι ἑαυτῷ καὶ ὅμοιος ἐπὶ τῷ ἄτρεπτος μέ- B νειν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς, οὔτε ἐβουλεύσατο αὐτῷ τι δυσχερὲς, οὔτε εἴργαστο. ἀλλὰ τά τε ἄλλα ἦν προσκεκρουκὼς αὐτῷ οὐδὲν, καὶ τῆς ἑσπέρας τὴν ἀρχὴν ἐφ' ἱκανὸν παρεῖχε χρόνον ἄρχειν. ὁ δ' ἔτι μᾶλλον βουλόμενος βεβαίους αὐτῷ τοὺς φίλους εἶναι, καὶ ὅρκοις κατελάμβανε καὶ αὐτὸς ἐκ τοῦ ὁμοίου παρεῖχεν. ἐγίνοντο δὲ οἱ ὅρκοι ἐπὶ τούτοις· Συργιάννην καὶ αὐτόν τινα φίλους εἶναι βεβαίους καὶ μηδένα ὑπ' οὐδεμιᾶς ἀνάγκης τὸν ἕτερον προδιδόναι· ἂν δ' ἐνί γέ τῳ τελευτήσῃ τρόπῳ ὁ βασιλεὺς, μὴ ἕκαστον ὅ,τι ἂν οἴηται δίκαιον καὶ λυσιτελὲς ποιεῖν, C ἀλλὰ κοινῇ βουλευσαμένους ὅ,τι ἂν δοκῇ Συργιάννῃ πράττειν καὶ μηδένα ἀντιλέγειν, ἀλλὰ πείθεσθαι αὐτῷ ὡς τὰ κοινῇ συμφέροντα βουλευσομένῳ. ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρότερον, ὕστερον δὲ οὐκ ὀλίγῳ χρόνῳ διατρίβοντι βασιλεῖ κατὰ τὴν Χαλκιδικὴν τὴν ἐν τῇ Θρᾴκῃ, συνῆσαν μὲν τῶν ἐν τέλει πολλοί· παρῆν δὲ καὶ Συργιάννης. Ἀρσένιος δὲ Τζαμπλάκων ὁ μέγας παπίας παρελθὼν ἐπὶ τοῦ βασιλέως, ἐδίωκε τὸν Συργιάννην ἀπιστίας, διϊσχυριζόμενος ὡς ἀπελέγξειν ἐπὶ τῆς δίκης. Συργιάννης δὲ εὐθὺς πρὶν βασιλέα φθέγξασθαί τι, καταψεύδεσθαί τε ἔφασκεν αὐτοῦ Τζαμπλάκωνα καὶ ἀποδείξεις παρέξειν τοῦ ψεύδους D

16. Χαλκιδικὴν. Ad oram MS. legebatur: ὃ νῦν καλεῖται Βολερὸν i. e. *quae nunc dicitur Volerum. ED. P.*

dum ad arma priores prosilimus, nemo vel nostrum inficias ire potest. Ceterum Lesbi insulae adipiscendae, et imperatorem, si impedire conaretur, depellendi fiducia elati (haud enim tantam classem comparaturum credebamus) bellum hoc ausi sumus. Nunc et pecuniis exhausti et insuper ipsi obsessi, bonas spes omnes perdidimus. Quia vero divino ut arbitror afflatu de his rebus disseruisti, te oro, ut quae utilia nobis in posterum et necessaria duxeris, ea consulas: quando praeterita corrigere non licet. Ad haec magnus domesticus: Si, inquit, vobiscum ipsi de re vestra consuluissetis, nihil ad pacem bello praeferendam obstitisset. Sed quia mihi in causa vestra iudicium omne permittitis, quae profutura opinor, non tacebo: vobis aut parere consilio meo, aut id repudiare integrum erit. Existimo autem explicationem consilii mei longa oratione haud egere. Nam quaeque prius a me dicta sunt, quibus bellum hocce praecipuum et solum complurium malorum vestrorum fontem fuisse probavi, quaeque adhuc dicturus sum, iisdem pacem complectendam esse, confirmari potest. Modum autem, quo id fructuosissime faciatis, exponam. Antequam eo necessitatis compellamini, ut etiam inviti ad imperatorem vos adiungere videamini, praesenti benevolentia praeteritam

A.C. 1334 σει δὲ ὢν ἐκεῖνος πρᾶος καὶ τοῖς ἀδικοῦσιν ἕτοιμος παρέχειν συγγνώμην, ἂν παραιτῶνται τὴν ὀργὴν, καὶ ὑμῖν συγγνώσεται ῥᾳδίως, καὶ ἐμοῦ πρὸς τοῦτο μάλιστα ἐνάγοντος. ἐπειδὰν δὲ τὴν βασιλέως ἐκμειλίξησθε ὀργὴν, τὸν παῖδα Σαρχάνη καὶ τῶν ἄλλων Περσῶν, οἳ ἐν ὁμήρων προσχήματι φρουροῦνται παρ' ὑμῖν, λαβόντες ὥσπερ δῶρα προσκομίσατε τῷ βασιλεῖ καὶ Μιτυλήνην καὶ Φώκαιαν παράδοτε. κἀκεῖνος ἀμειβόμενος ὑμᾶς τῆς
D εὐνοίας ἕνεκα τῆς πρὸς αὐτὸν, μετὰ τῆς συγγνώμης, ἣν παρέξεται, καὶ τά τε ἀναλωθέντα χρήματα εἰς τὸν πόλεμον τὸν καθ' ὑμῶν καὶ ἃ ἐζημιώσατε Λεσβίους, ἃ τὸ κοινὸν Γεννούας ἐκ τῶν ὑμετέρων κτημάτων κατὰ τὰς συνθήκας ὀφείλει ἀποτίνειν, χαριεῖται. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πολεμίους ἀναγεγραμμένους τῷ κοινῷ καὶ δίκας ὀφείλοντας τῆς ἀπιστίας, ἀπάθειαν κακῶν καταπράξεται ὑμῖν, τῇ βουλῇ συγγνώμην κελεύσας πα-
V. 240 ρασχεῖν, ὥστε ἀδεῶς πάλιν ἐμπολιτεύεσθαι αὐτοῖς ἀποστερηθέντας τῶν οἰκείων μηδενός. πρὸς τούτοις δὲ καὶ Φωκαίας ὥσπερ πρότερον καὶ αὖθις ἄρχειν ἐπιτρέψει, ὡς ὑπηκόου μὲν Ῥωμαίοις οὔσης, ὑμῖν δὲ παρέχοντος βασιλέως τὴν ἀρχὴν, ἄχρις
P. 300 ἂν αὐτὸς ἐθέλῃ. καὶ σπονδὰς ὑμῖν πρὸς Σαρχάνην θήσει, ὥστε καὶ αὖθις τὰς προσόδους, ἃς καὶ πρότερον εἴχετε, ἐκ τῆς χώρας τῆς αὐτοῦ καρποῦσθαι. καὶ κατὰ πάσας νήσους καὶ τὰς πόλεις, αἳ ὑπήκοοί εἰσι Ῥωμαίοις, ἀκώλυτον ὑμῖν τὴν ἐμπορίαν κελεύσει εἶναι. σκοπεῖτε οὖν ὁπόσα μὲν ὑμῖν ὁ πόλεμος ἐπήνεγκε κακὰ, ἴσως δὲ καὶ χείρονα ἐπάξει· ὁπόσων δὲ ἀγαθῶν ἡ εἰρήνη

iniuriam exaequate ac per legatos bellicarum istarum offensarum veniam flagitate. Qui cum sit mitis ingenio et in se peccantibus promptus ignoscere, si eius iram fuerint deprecati, etiam vobis, meo insuper accedente impulsu, libenter ignoscet. Ubi eum placaveritis, Sarchanis Persarumque aliorum filios, quos obsidum nomine custoditis, eidem in muneris loco offertote; Mitylenen praeterea et Phocaeam restituite. Ille vero vestrum hoc erga se studium compensans, una cum venia, qua vos impertiet, etiam sumptus a se in hoc bellum collocatos et Lesbiis per vos damna irrogata, quae respublica Genuensis ex foedere de facultatibus et bonis vestris resarcire debet, benigne remittet. Neque hoc tantum, sed et tamquam hostibus reipublicae declaratis ac proscriptis et perfidiae poenam commeritis, impunitatem impetrabit, senatum ad veniam tribuendam cohortatus: quo nulla re spoliatis, denuo in republica libere negotium suum agere liceat. Adde quod Phocaeae Romanorum propriae principatum et usumfructum sicut prius, quamdiu voluerit, vobis permittet. Quin et vestra causa cum Sarchane foedus feriet, ut ex eius provincia pristinos fructus percipiatis: perque omnes insulas ac civitates Romanorum mercaturae faciendae licentiam dabit. Dispicite igitur, quot infortuniis hoc

γενήσεται ἄξια, ἂν πείθησθε ἐμοί. ταῦτα δὲ ὑμῖν ἢ σήμε- A.C. 1334
ρον πράττειν ἢ εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐξέσται. ἐὰν γὰρ οὐκ ἀ-
ναγκαῖα λογιζόμενοι ὑπέρθησθε, οὐκέθ᾽ ὁμοίως εὑρήσετε βα-
σιλέα ῥᾴδιον πρὸς τὰς καταλλαγάς. ἐὰν γὰρ τὰ χρήματα
διαδοθῇ τοῖς τριηρίταις καὶ τοῖς ἄλλοις μισθοφόροις, οἳ μέλ- B
λουσι τοῦ χειμῶνος ὑμᾶς πολιορκεῖν, ἃ νυνὶ βασιλεὺς μὲν
ἐκέλευσε διαδιδόναι τοῖς ταμίαις, ἐγὼ δὲ ἐκώλυσα τουτωνὶ
τῶν λόγων ἕνεκα, δέδοικα μὴ οὐ προσδέξηται τὴν πρεσβείαν
μετὰ ταῦτα, λογιζόμενος ὥσπερ εἰκός, ὡς παραστήσεται ὑμᾶς
ἐν ἀνδραπόδων μοίρᾳ, ἄχρις ἂν ὁ χρόνος τῆς μισθοφορᾶς ἀ-
ναλωθῇ, καὶ τὰ χρήματα ἀπολήψεται πρὸς τοῖς νῦν καὶ τὰ
πρότερον ἀναλωμένα. ὡς οὖν ἀναγκαίων πέρι ἐσομένης τῆς
βουλῆς καὶ τριβὴν τοῦ χρόνου οὐκ ἐνδεχομένου, ταχέως τε
αὐτοὶ βουλεύεσθε καὶ ἡμῖν τὰ βεβουλευμένα γνώριμα ποιεῖτε".
Τοιαῦτα μὲν Λατίνοις ὁ μέγας δομέστικος ὑπετίθετο ποιεῖν.
Ντζιωὰν δὲ ὡς ἤκουσε περὶ τοῦ παρελθόντος ἠνιᾶτο χρόνου, C
ὅτι μὴ πρότερον μεγάλῳ δομεστίκῳ συνεγένετο· ἢ γὰρ ἂν αὐ-
τός τε πολλῶν ἀπήλλακτο κακῶν καὶ τοῖς ἄλλοις αἴτιος κατέ-
στη. ὅμως μέντοι ἔφασκε, τὰ μὲν γεγενημένα ἀναλῦσαι
οὐκ εἶναι δυνατόν. δεῖν δὲ οἴεσθαι εἰς Φώκαιαν ἐλθόντα
καὶ τοῖς ἄλλοις δήλην τὴν βουλὴν ποιεῖν, καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν
ἐλθόντα, ἃ πᾶσιν ἂν κοινῇ δόξειεν ἀπαγγέλλειν. καὶ ἐπεὶ
ἐπετέτραπτο, εἰς Φώκαιαν ἐλθὼν, Ντεάρδῳ τε καὶ τοῖς λοι-

23. Idem qui supra *Ντουνάρδος*. *ED. P.*

bellum vos mactaverit, ac forsitan deterioribus mactabit: et quot vicissim bona vobis pax suppeditatura sit, si me audiveritis. Quod autem suadeo, id vel hodie, vel cras exsequi poteritis. Etenim si quasi non necessarium distuleritis, imperatorem deinde ad reconciliationem non perinde promptum invenietis. Nam si stipendia remigibus et aliis mercenariis, qui vos per hiemem obsidebunt, numerata fuerint, quae iam quaestoribus imperavit, ego vero propter ea quae dixi, ne darent prohibui, timeo ne postea legationem non admittat, illud secum reputans ut est credibile, posse vos ad conditionem mancipiorum redigere, dum tempus merendi exeat, et cum modo, tum alias impensam pecuniam recipere. Itaque ut de necessariis deliberaturi, et tempore moras non ferente, quam primum concilium celebrate, et nobis quid statueritis significatote. Sic magnus domesticus Latinos admonuit. Ioannes tam sero se cum illo in collocutionem venisse doluit: multis enim profecto malis carere et aliis carendi auctorem esse potuisse. Verumtamen praeterita non revocari: oportere autem se postridie in urbem reversum, aliis quoque hoc indicare consilium et omnium sententias communiter exquirere. Annuente magno domestico, Phocaeam regressus, Odoardo et ceteris quid is consuleret exposuit. Quod cum et ipsis ut opti-

A. C. 1334 ποῖς ὅσα ὑπόθοιτο ὁ μέγας δομέστικος ἀπαγγείλας, ἐπειδὴ
κἀκείνοις ἄριστα καὶ λυσιτελοῦντα ἑαυτοῖς ἐδόκει τὰ βεβου-
λευμένα καὶ ἕτοιμοι ἦσαν πράττειν, αὖθις πρὸς τὸν μέγαν
D δομέστικον ἐλθὼν, Ντεάρδῳ μὲν καὶ τοῖς λοιποῖς ὅσοι κατὰ
Φώκαιαν πολιορκοῦνται, ἀρέσκειν ἔφασκε τὰ βεβουλευμένα
καὶ μάλιστα ἐθέλειν ὡς βασιλέα ἐλθόντας, ὑπὲρ τῶν ἡμαρ-
τημένων δεῖσθαι συγγνώμην παρασχεῖν. δεῖν δὲ καὶ Δομε-
νίκῳ τῷ κατὰ τὴν Μιτυλήνην πολιορκουμένῳ τὰ πρῶτα μά-
λιστα φερομένῳ παρ' αὐτοῖς, κοινὴν ποιήσασθαι τὴν γνώμην.
μηδὲ γὰρ ἂν δύνασθαι πράττειν μηδὲν, ἐκείνου μὴ συνεπι-
ψηφιζομένου. καὶ παρασχεθείσης αὐτῷ νεὼς, εἰς Μιτυλήνην
ἦλθε· συγγενόμενός τε Δομενίκῳ καὶ περὶ τῆς εἰρήνης δια-
λεχθεὶς, ἐπεὶ κἀκείνῳ ἀσμένως ἐγίνοντο οἱ λόγοι καὶ πολλὰς
χάριτας ὡμολόγει βασιλεῖ τῆς ἀνεξικακίας, ἀναστρέψας ἐκεῖ-
θεν, εἰς Φώκαιαν ἐπεραιώθη, ἄγων καὶ ἕτερόν τινα, ὃς ἔμελλεν
ἐκ προσώπου Δομενίκου βασιλέα προσκυνήσειν. ὅσοι δὲ τῶν
P. 301 ἐπιφανεστέρων ἦσαν ἐν Φωκαίᾳ πολιορκούμενοι, καὶ τὸν υἱὸν
Σαρχάνη καὶ τοὺς ἄλλους, ὅσοι ἦσαν σὺν αὐτῷ, ὥσπερ δῶ-
ρον ἐπαγόμενοι, ἥκουσιν εἰς βασιλέα. προσκυνήσαντάς τε καὶ
περὶ ὧν κατὰ τὸν πόλεμον ἐξήμαρτον τυχεῖν συγγνώμης δεη-
θέντας βασιλεὺς μὲν ἡμέρως προσεδέξατο καὶ προσηνῶς,
συγγνώμην τε παρέσχετο εὐθὺς καὶ ὅσα πρότερον ἐπηγγείλα-
το αὐτοῖς ὁ μέγας δομέστικος ἔργῳ ἐπληροῦντο, καὶ αὐτῶν
Μιτυλήνην παραδόντων βασιλεῖ, ἐκβληθέντων τῶν φρουρῶν·
V. 241 Σαρχάνῃ τε ὁ βασιλεὺς τὸν παῖδα ἀποδοὺς καὶ τοῖς ἄλλοις

mum atque utilissimum probaretur seseque obsecuturos ostenderent, ad magnum domesticum rediens narrat, Odoardo et obsessis omnibus placere sententiam, et omnino ad imperatorem accedere ab eoque admissorum veniam petere constituisse. Tamen cum Dominico nihilo minus qui Mitylenae obsideretur et inter eos principis locum dignitatemque obtineret, rem communicandam: nihil enim citra eius assensum confici posse. Itaque data sibi nave Mitylenen volavit, congressusque cum Dominico et apud eum de pace locutus, et suffragantem atque etiam imperatori de patientia gratias agentem nactus, Phocaeam revertit, alio secum adducto, qui pro Dominico imperatorem venerabundus salutaret. Quotquot autem nobilitate clari inter Phocaeenses obsidebantur, filium Sarchanis aliosque obsides, velut donum secum adducentes, ad imperatorem adeunt, eumque adorantes, veniam super bello male sumpto comprecantur. Eos ille placide ac leniter accepit, venia statim donavit et promissa magni domestici re complevit. Cumque educto praesidio Mitylenen reddidissent, Sarchani aliisque Persis filios, gratias

Πέρσαις, χάριτας αὐτῷ πολλὰς τῆς ἐλευθερίας τῶν παίδων A.C. 1334 ἕνεκα ὁμολογοῦσιν, αὐτὸς εἰς Βυζάντιον ἀπέπλευσε, Λέσβον B ὑπὸ Λατίνοις ἤδη γεγενημένην Ῥωμαίοις ἀνασώσας.

λβ΄. Ὀλίγου δὲ παρελθόντος χρόνου, ἠγγέλλετο ἐκ τῆς A.C. 1335 ἑσπέρας παρὰ τῶν ἐπιτροπευόντων ἐκεῖ, ὅτι οἱ περὶ Βαλάγριτα καὶ Κάνινα νεμόμενοι Ἀλβανοί, εὐχερεῖς ὄντες πρὸς C μεταβολὰς καὶ φύσει νεωτεροποιοί, ἃς πρὸς βασιλέα ἐποιήσαντο συνθήκας παραβαίνοντες, ταῖς ἐκεῖσε πόλεσιν ἐξ ἐφόδου ἐπιόντες, κακῶς διατιθέασι καὶ λεηλατοῦσιν. οἳ καὶ πρότερον τοιαῦτά τινα ἐτόλμων καὶ συνιστάμενοι πολλοὶ καὶ ἄποροι, τὰς πόλεις κακῶς ἐποίουν ἄχρις ἂν στρατιὰν ἐπ' ἐκείνους πέμψας βασιλεύς, ἀναγκάσειεν εἰρήνην ἄγειν καὶ τοὺς ἑσπερίους ἀδικεῖν μηδέν. ἐπειδὰν δὲ ἡ στρατιὰ ἐπ' οἶκον διαλυθείη καὶ τὸ θέρος ἐπιγένοιτο, οὐκέτι οἷοί τε ἦσαν ἠρεμεῖν, ἀλλὰ λῃστείαις καὶ φανεραῖς ἐπιδρομαῖς ἐπίεζον τὰς πόλεις τὰς ἐκεῖ. τότε δὲ πολλοί τε καὶ ὁμοίας περὶ τὸ ἀδικεῖν τὰς γνώμας ἔχοντες συστάντες, Βαλάγριτά τε καὶ Κάνινα ἐκακούργουν D πάνυ. καὶ φρούριόν τι Σκρεπάριον ὠνομασμένον καὶ τὴν Κλεισοῦραν, Τίμωρον δὲ φρούριόν τι καὶ αὐτὸ ἑσπέριον περὶ Βαλάγριτα ᾠκισμένον παρεστήσαντο ἤδη καὶ βεβαίως εἶχον πρός τε τὰς λῃστείας καὶ τὰς συχνὰς ἀπειρηκὸς ἐπιδρομάς. διὰ ταῦτα οὖν ἐδόκει βασιλεῖ αὐτοῖς ἐπιστρατεύειν. προσεπιγενομένη δὲ ὑπὸ τοῖς αὐτοῖς χρόνοις καὶ ἡ Ἰωάννου τοῦ Δούκα τῆς Ἀκαρνανίας ἄρχοντος τελευτὴ μᾶλλον ἐξώρμησε τὸν βα-

7. ἃς scripsi pro αἳ, idemque habet ed. V.

pro eorum libertate agentibus, restituit: et Lesbo recepta atque ad imperium Romanum denuo adiuncta, Byzantium navigavit.

32. Brevi post tempore a praefectis ex occidente adest nuntius, Albanos ad Balagrita et Canina habitantes, instabiles animis et natura rerum novarum cupidos, fracto foedere urbes illas ex itinere adorientes male multasse ac diripuisse. Qui et alias huiusmodi facinus ausi, magno numero homines egestate perditi coiverant civitatesque attriverant, donec imperator, misso contra eos exercitu, a vexandis occidentalibus desistere cogeret. Quo exercitu domum regresso, in ipsa iam aestate quiescere amplius non poterant: sed populationibus et incursionibus urbes occidentis palam infestabant. Tunc porro multi eadem male faciendi voluntate praediti, facta manu Balagrita et Canina, Sceparium sive Screparium et Clisuram, castella vehementer affligebant, Timorumque et ipsum prope Balagrita oppidum occidentis iam ad deditionem compulerant: et depraedandi incursandique finem nullum faciebant. In illos igitur movendum imperator censuit. Et quia sub idem tempus Ioannes ducas Acarnaniae princeps in fata concesserat, hoc magis ad occidentalem expeditionem exarsit,

A.C. 1335 σιλέα πρὸς τὴν ἑσπέραν, ἐλπίσαντα Ἀκαρνανίαν ὑποποιήσειν ἑαυτῷ. τοιαῦτα δὲ βουλευομένῳ καὶ συμμαχίαν ἐδόκει δεῖν ἐξ Ἰωνίας μεταπέμπεσθαι Περσικὴν ἕνεκα τῶν Ἀλβανῶν πε- P. 302 ζήν. ὄρη γὰρ δυσπρόσοδα νεμόμενοι καὶ μεγάλα καὶ πολλὰς ἔχοντα ἀποφυγὰς καὶ καταδύσεις, οὐ ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν ἱππέων βλάπτεσθαι ἐδύναντο, καὶ μάλιστα ἐν θέρει εἰς τὰ ἀκρότατα ἀνιόντες τῶν ὀρῶν, ὅπου καὶ πεζοῖς ἀντιτάξασθαι οὐκ εὐχερὲς διὰ τὴν ὀχυρότητα τοῦ τόπου καὶ τὸ ὑπὲρ κεφαλῆς τοὺς ἐπιόντας τοὺς ἀμυνομένους βάλλειν. καὶ πέμψας πρὸς Ἀμοὺρ, ᾐτεῖτο συμμαχίαν πεζήν. ὁ δὲ ἄσμενός τε προσεδέξατο τὴν πρεσβείαν βασιλέως, (ἦν γὰρ ἄγαν περὶ πλείστου τὸ κατὰ γνώμην τι βασιλέως πράττειν,) καὶ τὴν στρατιὰν εὐθὺς ἔπεμπεν εἰς Θεσσαλονίκην. ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς τὴν Ῥω- B μαίων ἄγων στρατιὰν ἀφίκετο ἐκεῖ, καὶ τὴν Περσικὴν παρα- A.C. 1336 λαβὼν διὰ Θετταλίας ἐπὶ Ἀλβανοὺς ἐχώρει. καὶ μέχρι Ἐπιδάμνου ἦλθε ληϊζόμενος αὐτούς. διεφθάρησάν τε ἐξ αὐτῶν πολλοί. πυθόμενοι γὰρ τὴν βασιλέως ἔφοδον καὶ νομίσαντες μόνην ἐκ Ῥωμαίων ἱππικὴν εἶναι στρατιὰν, πρὸς τὰ ὄρη κατέφυγον καὶ τὰς δυσχωρίας, οἰόμενοι διαφεύξεσθαι τὸν ὄλεθρον. ἐπελθόντες δὲ οἱ Πέρσαι ψιλοί τε ὄντες καὶ τοξόται, οἷς μά- V. 242 λιστά ἐστι ῥᾳδία ἡ πρὸς τὰς δυσχωρίας μάχη, ῥᾷστά τε ἐκράτησαν αὐτῶν οὐ μόνον διὰ τὸ ἀόπλους ὄντας πόῤῥωθεν βαλλομένους πίπτειν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ ἄηθες καταπλαγέντας τῶν

1. *ἐλπίσαντα* recte ed. V. pro *ἐλπίσαν*.

sperans se Acarnaniam ad fidem et imperium suum reducturum. Haec secum meditanti etiam auxilium Persicum, et pedestre quidem propter Albanos, ex Ionia visum est accersendum. Nam quia montes incolebant magnos accessuque difficiles, in quibus multa latibula atque perfugia, haud facile ab equitibus laedebantur, aestivis praesertim mensibus, cum iuga summa conscenderent, ubi vel peditatus ob loci nativa munimenta, et quod subeuntium capita saxis e superiore loco a propugnatoribus petuntur, non commode pugnare potest. Quare Amurium pedestre subsidium rogat. Is legatum audit humaniter (nihil siquidem ei optabilius, quam imperatori gratum facere) et militem protinus Thessalonicam mittit. Postquam et ipse imperator Romanos ducens eo venit, Persico supplemento assumpto, per Thessaliam contra Albanos contendit eosque vicissim depopulando Epidamnum accessit; nec pauci ex eis interempti sunt. Audito enim imperatoris adventu, rati tantummodo equitatum Romanum esse, ad montes et loca impedita confugerunt, ubi se ab exitio tutos fore confidebant. Verum supervenientes Persae levis armaturae et sagittarii, quibus pugnare in locis inviis promptissimum est, nullo eos negotio devicerunt: non solum quod cum inermes essent, procul icti concidebant: sed etiam

βαρβάρων. καὶ πλείστους τε ἀπέκτειναν αὐτῶν καὶ εἷλον A. C. 1336 αἰχμαλώτους. ὅσοι δὲ ἠδυνήθησαν διαφυγεῖν τέκνα καὶ γυ- C ναῖκας καὶ τὴν ἄλλην κτῆσιν ἐκλιπόντες, ὅπη γῆς ἐκρύπτοντο ἦσαν ἀφανεῖς. γυναῖκας δὲ καὶ παῖδας ἠνδραπόδισαν οἱ Πέρσαι, ὧν μέρος μέν τι οἱ ὁμόφυλοι ἐλύσαντο, ὅσοι μὴ προσκεκρουκότες ἦσαν βασιλεῖ, λύτρα παρασχόμενοι τοῖς Πέρσαις. ἔλυσε δὲ οὐκ ὀλίγους καὶ ὁ βασιλεὺς λύτροις, τῶν οἰκείων προσελθόντων καὶ δεηθέντων· ἔλυσε δ' ἂν καὶ πλείους ἢ σύμπαντας, εἰ πρότερον προσῆλθον, ἕως ἔτι οἱ Πέρσαι συνείποντο μετὰ τῆς ἄλλης στρατιᾶς. ἐπεὶ δὲ μετὰ τὴν ἐκείνων ἀναχώρησιν προσῆλθον, ἔλυσεν ὁ βασιλεὺς πέμψας ὅσους μάλιστα ἐνῆν· τοὺς πλείους δὲ εἰς ἕω ἤγαγον ἐπὶ D δουλείᾳ. Ῥωμαῖοι δὲ ἀνθρώπους μὲν οὐκ ἐξηνδραποδίζοντο. οὐδὲ γὰρ ἔξεστιν αὐτοῖς, εἰ μὴ ἀπὸ βαρβάρων εἶεν τῶν τῇ σωτῆρος Χριστοῦ ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίᾳ μὴ πεπιστευκότων. βοσκημάτων δὲ ἐκράτησαν σχεδὸν ἀριθμὸν ὑπερβαινόντων, ἐπίπλων τε καὶ ἄλλων τινῶν χρημάτων οὐκ ὀλίγων. ἐλέγετο δὲ, καὶ ἦν ἀληθὲς, ὡς ὕστερον ἐξ αὐτῶν τῶν κακῶς παθόντων βασιλεῖ προσελθόντων, μετὰ τὴν συμφορὰν ἐκείνην τὴν μεγάλην ἀριθμούντων τὰ αὐτῶν, ἐγένετο καταφανὲς ὡς κρατήσειαν οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ τὴν λείαν βοῶν μὲν τριάκοντα μυριάδων, πεντακισχιλίων δὲ ἵππων, προβάτων δὲ μυριάδων P. 303 εἴκοσι καὶ ἑκατόν. τοσαῦτα δὲ ὄντα τὸ πλῆθος ἄγειν μὲν οὐκ ἠδύνατο ἡ στρατιὰ, ἀλλὰ τοὺς ἔχοντας μόνον ἀπελάσαν-

quod barbarorum ignoratione perterriti erant. Ac plurimos partim occiderunt, partim ceperunt. Quibus fuga patuit, liberis, uxoribus ac fortunis relictis, nescio ubi terrarum se absconderunt. Persae uxores et filios in servitutem rapiebant: quorum partem contribules, quod imperatorem non offenderant, dato Persis pretio, asseruerunt. Nec non complures et ipse imperator, propinquis eorum venientibus et suppliciter rogantibus, sua pecunia redemit: redempturus plures ac fortassis omnes, si citius ad se ventum esset, dum adhuc nimirum Persae cum reliquo milite sequebantur. Sed quia post eorum discessum veniebant, misit et liberavit quotquot omnino licuit: maior pars servitum in orientem abducta. Romani neminem captivum traxerunt; id enim illis nefas; nisi e barbaris, qui Christi Servatoris oeconomiam non crediderunt. Pecoris autem numero quodam infinito, praeterea suppellectile aliisque rebus plurimis potiti sunt. Ferebatur porro, nec secus erat, postmodum ex ipsis spoliatis, qui se imperatori dedidissent et post calamitatem illam magnam sua recensuissent, cognitum esse, Romanos in praeda adeptos boum trecenta, equorum quinque, ovium duodecies centena millia. Tam immensos greges agere exercitus non poterat: sed dominos tantum abripientes, sine pastoribus eos vagari

A.C. 1336 τες, κατέλιπον φέρεσθαι ἀνόμευτα ὡς ἔτυχεν. αἵ τε πόλεις
ὅσαι πρότερον κακῶς πάσχουσαι ἦσαν ὑπὸ Ἀλβανῶν, ἐξερ-
χόμενοι ἦγον ὅσα ἕκαστος ἐβούλετο, κωλύοντος οὐδενὸς, αὐτοί
τε οἱ ἔχοντες μετὰ τὸ ὑπὸ βασιλέα γενέσθαι καὶ ἐπαγγείλα-
σθαι δουλείαν πολλῶν ἐγένοντο αὖθις κύριοι κατὰ νάπας καὶ
τὰς φάραγγας εὑρόντες διεσκεδασμένα, ὠνήσαντό τε καὶ ἀπὸ
τῆς στρατιᾶς πολλὰ, ὑπὲρ πεντακοσίων ἕνα παρέχοντες χρυ-
B σοῦν προβάτων, ὑπὲρ βοῶν δὲ ἑκατόν. ἔθους δὲ ὄντος
πρότερον τῇ στρατιᾷ ἐπειδὰν τινος κρατήσωσι λείας ἢ πλεί-
ονος ἢ ἐλάσσονος, τὴν πέμπτην μοῖραν παρέχειν ἀριστεῖον βα-
σιλεῖ, καὶ μετ' ἐκεῖνον τῷ μεγάλῳ δομεστίκῳ ἴσην οἷα δὴ
τῆς συμπάσης ἡγουμένῳ στρατιᾶς, τότε οὐδὲν ἐποίουν τῶν
εἰωθότων. οὐδέ τις ἠνώχλει αὐτοῖς περὶ τῆς πέμπτης, ἀλλ'
ὥσπερ ἐξ ἀενάων ποταμῶν ἐξῆν ἑκάστῳ ὅσων ἂν βούλοι-
το κύριος γενέσθαι. τοιαῦτα μὲν Ἀλβανοὶ πρότερον τοὺς
ἑσπερίους ἠδίκουν, τοιαύτην δὲ ἔδοσαν τὴν δίκην ὑπὲρ ὧν
ἠδίκουν ὕστερον. πόλεις δὲ αἱ πρότερον πάσχουσαι κακῶς
διπλῆς ἀπήλαυσαν εὐεργεσίας, ἐπηρείας τε τῆς παρὰ Ἀλ-
C βανῶν ἀπηλλαγμένοι καὶ τῆς βασιλέως ἀπολαύσαντες ἐπι-
δημίας καὶ προνοίας· ὃ μείζω καὶ λαμπροτέραν αὐτοῖς
τὴν ἡδονὴν ἐποίει καὶ ἑορτὴν ἦγον τὴν πασῶν χαριεστά-
την. ἀπὸ γὰρ τῶν Κομνηνοῦ τοῦ Μανουὴλ βασιλέως χρό-
νων ἄχρις Ἀνδρονίκου τῶν Παλαιολόγων τοῦ δευτέρου βα-
σιλέως ἕτερος βασιλεὺς οὐκ ἐπεδήμησεν αὐτοῖς οὐδὲ προ-

sinebant. At urbes ab Albanis indigna perpessae accurrentes, unaquaeque quantum libebat, nemine obstante, auferebat. Ipsi possessores, cum de cetero subiectionem spopondissent, non parum recuperarunt, per silvas et valles dispersa invenientes, et ab exercitu quoque multa mercati, pro quingentis ovibus unum, pro totidem vero bobus centum aureos numeraverunt. Consueverat antea exercitus aliqua praeda capta, quantacumque foret, quintam partem imperatori in fortitudinis praemium seu honorarium offerre, ac secundum illum aeque tantum magno domestico, velut duci summo totius exercitus. Hanc consuetudinem tunc penitus omisit: neque fuit, qui de quinta parte non reddita conquereretur: sed quasi e perennibus fluviis cuivis quantum sibi pro peculio vellet, tollere integrum erat. Has Albani occidentalibus iniurias irrogarunt, et hancce postea mercedem pro male factis retulerunt. Urbes vero prius direptae duplicem fructum perceperunt: et rapinis Albanorum liberatae: et quod illis uberiorem liquidioremque voluptatem afferebat, imperatoris adventu procurationeque perfruitae. Quocirca et festum diem omnium in vita iucundissimum agebant. Nam a temporibus Manuelis Comneni imperatoris usque ad hunc Andronicum Palaeolo-

νοίας ἠξίωσε τοσαύτης. διὸ καὶ τὴν ἐπιδημίαν αὐτοῦ οὐχ A. C. 1336
ὡς τῶν ἐπιγείων τινὸς, τῶν κρειττόνων δὲ ἦγον. τοὺς μὲν
οὖν Πέρσας μετὰ τὸ καταδουλώσασθαι Ἀλβανοὺς ἀπέπεμπεν
ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν οἰκείαν, οἳ καὶ διὰ Θετταλίας καὶ Βοτ- V. 243
τιαίας εἰς Θεσσαλονίκην καταντήσαντες, ἐκεῖθεν ταῖς ναυσὶν D
ἐπεραιώθησαν πρὸς Ἰωνίαν. αὐτὸς δὲ διενοεῖτο ὡς εἰς Ἀκαρ-
νανίαν ἐμβαλῶν. ἔτι δὲ κατὰ τὰ Βαλάγριτα διατρίβοντι λό-
γος Ἀκαρνᾶσι πολὺς ἐγίνετο περὶ αὐτοῦ. φήμη γὰρ διῄει ὡς
αὐτοῖς ἐπιστρατεύσει. οἱ μὲν οὖν μὴ δέχεσθαι ταῖς πόλεσιν
ἠξίουν, μηδὲ τῆς παλαιᾶς εὐνοίας τῆς πρὸς τοὺς Ἀγγέλους
ἀποστάντας, πολὺν ἤδη χρόνον ἄρξαντας αὐτῶν, ὑπὸ βασιλεῖ
ὑποχειρίους γίνεσθαι, ἀλλὰ τῇ δεσπότου Ἰωάννου γυναικὶ τῇ
βασιλίσσῃ Ἄννῃ, ἣ πρωτοβεστιαρίου θυγάτηρ ἦν Ἀνδρονίκου
τοῦ Παλαιολόγου, ὃν ἱστορήκαμεν τοῦ πρὸς ἀλλήλους τελευ-
ταίου τῶν βασιλέων πολέμου μάλιστα αἰτιώτατον γεγενημέ-
νον, καὶ Νικηφόρῳ τῷ ἐκείνου παιδὶ τὴν πίστιν τηρεῖν βε-
βαίαν. οἱ δὲ ἀντέλεγον, καὶ δεῖν ἐβουλεύοντο δέχεσθαι βα- P. 304
σιλέα καὶ μὴ πόλεμον κινεῖν. προσχωρήσαντας γὰρ νῦν τῷ
βασιλεῖ, τήν τε χώραν διατηρήσειν καὶ σφᾶς αὐτοὺς τῶν ἐκ
τοῦ πολέμου ἀπειράτους κακῶν, καὶ βασιλίσσῃ καὶ Νικηφόρῳ
τῷ ἐκείνης παιδὶ παρὰ βασιλέως τὰ συμφέροντα αἰτήσειν· ἐὰν
δὲ καταστῶσι πρὸς τὸν πόλεμον, πρῶτον μὲν οὐ δυνήσεσθαι
πρὸς βασιλέα ἀντισχήσειν, οὐ μόνον διὰ τὸ πολλὴν ἄγειν

gorum secundum alius ad eos imperator non venit, neque tam sollicite illis prospexit. Unde etiam non e terris aliquem mortalem, sed tamquam divum quempiam e caelis ad se venisse interpretati sunt. Persas, compressis Albanis, imperator dimisit: qui per Thessaliam et Botiaeam Thessalonicam devenientes, inde navibus in Ioniam transmiserunt. Ipsum autem cura de irruptione in Acarnaniam versabat: quo adhuc apud Balagrita morante, de infesto eius adventu fama iam divulgata, multus inter Acarnanas sermo fuit. Erant igitur, qui neque in urbes admittendum, neque a vetusta erga Angelos, qui longo iam aevo ipsis imperitassent, benevolentia desciscendum atque imperatori deinceps parendum, sed potius reginae Annae, coniugi Ioannis despotae, filiae protovestiarii (quem postremum inter imperatores bellum potissimum excitasse docuimus) et Nicephoro eius filio constanter fidem servandum esse censebant. Alii contra imperatorem omnino recipi ac belli sementem tolli volebant. Cui si nunc se tradidissent, et regionem et semetipsos bellicarum miseriarum immunes conservaturos, reginaeque ac Nicephoro eius gnato conducibilia ab imperatore petituros: sin ad arma veniatur, primum quidem illi resistere non posse, non modo quia exercitum frequentem adducat: verum etiam quoniam qui illi cum copiis occurrat, qui

A.C. 1336 στρατιάν, ἀλλ' ὅτι καὶ ὁ ἀντιστρατηγήσων αὐτῷ καὶ πρὸς τὸν πόλεμον ἀντικαταστησόμενος οὐκ ἔστι, Νικηφόρου τοῦ δεσπότου παιδὸς οὔπω ἔτη ἑπτὰ γεγενημένου. εἰ δὲ καὶ ἀντιστῆναι
B δυνήσονται πρὸς χρόνον, οὐδὲν λυσιτελήσειν πλέον, ἢ ὅσον τῆς τε χώρας ἀναστάτου γινομένης καὶ τῆς στρατιᾶς διεφθαρμένης, τελευταῖον βασιλεῖ καὶ αὐτοὺς ὑπ' ἀνάγκης προσχωρεῖν οὐκ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς ὥσπερ νῦν, ἀλλὰ χείροσι πολλῷ, ὀργῇ φερομένου βασιλέως πρὸς αὐτοὺς διὰ τὸν πόλεμον. τοιαῦτα δὲ αὐτοῖς ἐπῄει λέγειν, οὐ μόνον οἰομένοις ἑαυτοῖς τε καὶ τοῖς ἄλλοις τὴν βουλὴν λυσιτελεῖν, ἀλλὰ καὶ τὰ βασιλέως πράττουσιν ἀφανῶς, κρύφα διὰ γραμμάτων πρὸς αὐτοὺς διειλεγμένου καθ' ὅσον χρόνον ἐληΐζετο καὶ ἐπόρθει Ἀλβανούς. οὕτω δ' ἑκατέροις αὐτοῖς βουλευομένοις ἀλλήλοις ἐναντία ἐδόκει δεῖν καὶ βασιλίσσῃ τὴν βουλὴν ἀνατιθέναι ὡς
C ἅττα ἂν ἕλοιτο αὐτὴ, διαπραξομένων καὶ αὐτῶν. ἣ δὲ πρῶτα μὲν ὡμολόγει χάριτας αὐτοῖς πολλὰς, ὡς οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτῆς καὶ τοῦ παιδὸς πρόνοιαν ποιουμένοις. συνεβούλευέ τε μὴ πρὸς βασιλέα πόλεμον κινεῖν ὡς οὐκ ἀπαλλάξοντας καλῶς, οἷα δὴ αὐτῆς μὲν οὔσης γυναικὸς, τοῦ παιδὸς δὲ νηπίου, αὐτῶν δὲ διὰ τὴν ἀναρχίαν στασιασόντων πρὸς ἀλλήλους καὶ διαφθαρησομένων· ἀλλὰ πρεσβείαν πρὸς βασιλέα πέμπειν, τοὺς συνετωτάτους ἑαυτῶν καὶ μάλιστα εἰδότας πράγμασι χρῆσθαι ἀπολεξαμένους, καὶ πρῶτα μὲν
D αἰτεῖν τὴν μεγάλου δομεστικου θυγατέρα Νικηφόρῳ τῷ ἐκεί-

17. ποιουμένοις em. ED. P. pro ποιουμένους.

que contra stet, nemo sit, Nicephoro despotae filio annum septimum nondum nato. Quod si etiam aliquamdiu se queant defendere, nihilo plus profecturos, quam ut regione devastata et conciso exercitu, tandem et ipsi non iisdem quibus nunc, sed longe intolerabilioribus conditionibus, imperatore, quia bellum maluerint, iratissimo, deditionem facere cogantur. Haec illis quae dicerent, occurrerunt, sperantibus non sibi solum et aliis, sed et imperatoris studiosis, ad quos clanculum arcanas litteras missitarat, quo tempore Albaniae populationem vastitatemque inferebat, consilium prospere eventurum. Cum sic studia in contraria scinderentur, placuit ad reginam quoque referre, ut quo ipsa propenderet, eo omnes sequerentur. Quae primum gratiis actis, quod non sibimet dumtaxat, sed ipsi quoque et eius filio providerent, arma dissuasit, quibus non essent bene defuncturi: quando ipsa sit mulier, filius infans, illi propter interregnum factionibus distracti ac perituri. Verum de ipsis prudentissimos gerendaeque reipublicae scientissimos deligendos, qui ad imperatorem legati petant primum, ut magni domestici filiam Nicephoro filio suo despondeat: post, si fieri queat, ut eos suis vi-

νης παιδὶ κατεγγυᾷν·· ἔπειτα, εἰ μὲν οἷόν τε ᾖ, αὐτονόμους A. C. 1336 ἐᾷν, τὴν ἰδίαν ἀρχὴν ᾗ βούλονται διοικεῖν αὐτοί· στρατιὰν δὲ παρέχειν ὅση πάρεστι πολεμησείουσαν οἷς ἂν κελεύοι βασιλεύς, καὶ αὐτὸν ὁμοίως ἄν τις αὐτοῖς ἐπίῃ, συμμαχίαν πέμπειν. ἂν δὲ μὴ βούλοιτο ἐπὶ τούτοις βασιλεύς, ἀλλ' ὑφ' ἑαυτῷ παντάπασι τὴν ἡμετέραν ποιεῖσθαι ἀρχὴν φιλονεικοίη, ὅσαπερ ἂν δοκοίη ἐμοί τε καὶ υἱῷ καὶ ὑμῖν λυσιτελεῖν αἰτησαμένους, τῆς ἀρχῆς καὶ τῶν πόλεων παραχωρεῖν καὶ μὴ διὰ φιλονεικίαν ἑαυτούς τε καὶ τὴν χώραν τοῖς ἐκ τοῦ πολέμου κακοῖς ἐσχάτοις περιβάλλειν.

λγ'. Τοιαῦτα μὲν βασίλισσα παρῄνει Ἀκαρνᾶσιν. ἐπεὶ P. 305 δὲ πλείους ἦσαν οἱ βουλόμενοι τὰ ἴσα, (ὀλίγοι γὰρ ἦσαν V. 244 οἷς πρὸς βασιλέα πολεμητέα ἐδόκει εἶναι,) ἐπεψηφίζετο ἡ B βουλή, καὶ πρεσβείαν ἀπελέξαντο ἑαυτῶν τοὺς μάλιστα συνετωτάτους, οἷς ἐπετέτραπτο πρὸς βασιλέα ἀπελθοῦσιν ἅττα ἂν μάλιστα συμφέρειν πᾶσι κοινῇ καὶ ᾖ δυνατὰ πράττειν. οἳ καὶ εἰς Βαλάγριτα ἐλθόντες προσεκύνησάν τε βασιλέα καὶ διειλέχθησαν περὶ ὧν ἧκον. βασιλεὺς δὲ τὸ μὲν Νικηφόρῳ τῷ δεσπότου παιδὶ τὴν μεγάλου δομεστίκου θυγατέρα πρὸς γάμον συνάπτειν, καὶ αὐτῷ εἶναι κατὰ γνώμην εἶπε, καὶ τὸν γάμον ἐπιτρέπειν· καὶ περιόντος γὰρ ἔτι δεσπότου τοῦ Νικηφόρου πατρὸς πρεσβείαν τούτου ἕνεκα πεπομφότος πρὸς αὐτὸν ἐπιτετραφέναι. βασιλίσσης τε τῆς ἐκείνου μητρὸς καὶ θυγατέρων πρόνοιαν τὴν προσήκουσαν ποιήσεσθαι, C ἀποστάσης τῆς ἀρχῆς, ὥστε διάγειν ὅποι ἂν αὐτῷ βέλτιον

2. βούλωνται coni. ED. P. 3. πρόσεστι legebatur.

ventes legibus regnum administrare pro arbitrio patiatur. Copias praesentes tradituros, quibus quo vellet uteretur: et ipse vicissim si illi egerent, auxilium suppeditaret. Sin regnum sibi omnimodis subiicere contenderet, petitis quae in suam et filii et illorum rem sint, ei cedendum: ne et se et regionem gravi bello involvant.

33. Tale consilium regina Acarnanibus dabat. Et quoniam paucis bellum praeoptantibus, maior pars cum ea sentiebat, statum fuit, lectique ex ipsis qui legatione fungerentur, intelligentissimi, quibus quaecumque omnibus communiter maxime conducerent et fieri possent, commissa sunt. Legati Balagrita ingressi et imperatorem venerati, legationem exposuerunt. Is cum Nicephoro despotae filio magni domestici gnatam coniungi, sibi quoque non displicere respondit, et nuptias permissurum: quod etiam superstite Nicephori parente, et id per legatos rogante concesserit. Reginam vero matrem cum filiabus, ubi se principatu abdicaverint, pro dignitate curaturum, ut ubi collibuerit, vitam traducat: ipsos legatos

A.C. 1336 δοκῇ. αὐτούς τε εὐεργετήσειν τιμαῖς τε καὶ προσόδοις ἐτη-
σίοις ὧν ἂν ἕκαστος ἄξιος κριθῇ. αὐτονόμους δὲ αὐτοὺς ἔ-
χοντας Ἀκαρνανίας τὴν ἀρχὴν, οὐκ ἂν παρόψεσθαι, ἀλλ'
ἐπιχειρήσειν παντὶ τῷ τρόπῳ καταδουλοῦν καὶ ὑπάγειν ἑαυ-
τῷ. καὶ βασιλέας γὰρ τοὺς αὐτοῦ προγόνους πολλὴν φρον-
τίδα πεποιῆσθαι τοῦ Ἀκαρνανίαν ὑφ' ἑαυτοὺς ποιεῖσθαι, ἀ-
δίκως ἀποτετμημένην τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, τῶν πρώτως
αὐτὴν ἀποστησάντων αὐθαδείᾳ καὶ ἀγνωμοσύνῃ τῇ πρὸς βα-
D σιλέα εἰς ἰδίαν ἑαυτοῖς ἀρχὴν περιποιησαμένων καὶ κρατυ-
ναμένων ἐπὶ χρόνον ἤδη συχνόν τινα διὰ τὸ βασιλέας εἰς
ἐθνῶν τινων πολέμους ἑτέρους ἠσχολῆσθαι. νυνὶ δὲ αὐτὸν
ἀμελήσαντα τῶν ἄλλων, ἐνθάδε ἥκειν. εἰ μὲν οὖν ἐθέλωσιν
ἄνευ πόνων καὶ κινδύνων τὰς πόλεις αὐτῷ παραδιδόναι, αὐ-
τόν τε πραγμάτων ἀπαλλάξειν καὶ σφίσιν αὐτοῖς αἰτίους γε-
νήσεσθαι μεγάλων ἀγαθῶν· ἐὰν δὲ μὴ, ὡς πολεμήσοντας αὐ-
τῷ παρασκευάζεσθαι ἀπελθόντας. βασιλεὺς μὲν οὖν τοιαῦ-
τα εἶπεν· οἱ πρέσβεις δὲ ὁρῶντες, ὡς εἰ μὴ πείθοιντο τοῖς
βασιλέως λόγοις, οὐδενὸς ἑτέρου λειπομένου ἢ διαφθειρομέ-
νην ὑπὸ τοῦ πολέμου τὴν γῆν αὐτῶν ὁρᾶν, παρεσκευασμένης
ἐσβαλεῖν οὔσης τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς, σφᾶς τε αὐτοὺς καὶ
P. 306 τὰς πόλεις συνέβησαν παραδιδόναι· καὶ μετ' οὐ πολὺ βασι-
λέως ἐκεῖ γενομένου, αἵ τε πόλεις πᾶσαι προσεχώρησαν ἑκοῦ-
σαι καὶ ἡ στρατιὰ ἅμα τοῖς δυνατοῖς τῶν Ἀκαρνάνων. βα-

19. Ita corr. ED. P. pro παρεσκευασμένος.

ac principes honoribus et annuis reditibus, unumquemque suae personae convenienter affecturum. Ut autem nullius imperio subiecti, Acarnaniae principatum retineant, id se minime passurum, sed omni ope enisurum, ut eum ditioni suae subiuget atque subdat. Nam et maiores suos imperatores admodum cordi habuisse, uti Acarnaniam iniuste a Romano abscissam imperio eodem revocarent: quae quorumdam superbia et scelere adversus imperatorem principio ab eius fide avocata, deinde in eorum dominatum, iam longinquo tempore, dum imperatores bello cum aliis aliquot gentibus occupantur, corroboratum, conversa sit. Nunc aliis posthabitis, huc se profectum. Si igitur citra labores periculaque urbes sibi tradere velint, et se molestiis liberatum iri, et eos ingentia sibimet bona conciliaturos fore. Sin minus, abirent et viderent, quomodo fortunas suas tuerentur. Haec imperator. Legati cernentes, nisi parerent, nihil superesse aliud, quam ut regionem suam hostiliter devastatam aspicerent, parato ad irruptionem Romano exercitu, seque urbesque tradituros annuerunt: ac brevi civitates omnes unaque militares copiae et Acarnanum principes in praesentis adhuc potestatem libentes concesserunt. Imperator egregiam in illos mansuetu-

σιλεύς τε ἐπιδεικνύμενος πρὸς αὐτοὺς πολλὴν τὴν πρᾳότητα A. C. 1336 καὶ φιλοτιμίαν, οὐ μόνον τοὺς τῶν πόλεων δήμους κοιναῖς εὐεργεσίαις ἐθεράπευσεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς δυναμένους παρ' αὐταῖς τιμαῖς τε καὶ προσόδοις ἐτησίοις καὶ ἄλλαις ἠμείψατο εὐεργεσίαις. Νικηφόρῳ τε τῷ δεσπότου παιδὶ τὴν μεγάλου δομεστίκου κατηγγύησε θυγατέρα, πάντα τε διαθέμενος ὡς ἂν αὐτῷ ἔχειν ἄριστα ἐδόκει, τὰς πόλεις πάσας τῆς Ἀκαρνανίας περιῄει οὐ μόνον ἱστορίας ἕνεκα, οὔπω πρότερον ἑωρακὼς, V. 245 ἀλλὰ καὶ προνοίας ἀξιώσων τῆς δεούσης. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι B πάντες ἠγάπων ὑπὸ βασιλέα τεταγμένοι. οἷς δὲ καὶ πρότερον ἐδόκει μᾶλλον ὁ πόλεμος αἱρετέος, οὐκ ἠνείχοντο εἰ μὴ νεωτερίζοιεν· οἰόμενοι δὲ αὐτοῖς δύναμιν πρὸς τὸν πόλεμον παρέξειν τὸ Νικηφόρον τὸν δεσπότου παῖδα πρότερον ἐκθέσθαι, ὡς ἂν αὐτοί τε ὑπὲρ τοῦ παιδὸς δοκοῖεν πολεμεῖν, καὶ τοὺς ἄλλους πείθοιεν συναίρεσθαι, ὅταν καταστῶσιν εἰς τὸν πόλεμον, τὸν τοῦ παιδὸς ἔπεισαν παιδαγωγὸν Ῥιτζάρδον ἅμα καί τισιν ἑτέροις, Νικηφόρον τὸν δοῦκαν ὑπεκθέσθαι, καὶ παραλαβόντες νυκτὸς πλοίου τε τὸν Ἰόνιον περαιουμένου ἐπιβάντες, εἰς τὴν Τάραντος κρατοῦσαν πριγκί- C πισσαν διαφεύγουσι. πυθόμενος δὲ τὸν δρασμὸν ὁ βασιλεὺς καὶ μήτε τῶν συνεσκευακότων τὴν ἐπιβουλὴν εἰδὼς, ἀνακαλεῖσθαί τε τὸν παῖδα ὢν οὐ δυνατὸς διὰ τὸ πολὺ Ἀκαρνανίας Τάραντα διεστηκέναι, ἐπ' ὀλίγον ταῖς πόλεσιν ἐκείναις ἐνδιατρίψας καὶ πάσαις ἡγεμόνας ἐπιστήσας ἀφ' ἑ-

13. τὸν Νικηφόρον et 14. δοκεῖεν legebatur.

dinem declarans, non modo populos novis congiariis delinivit, verum etiam summates honoribus aliisque rebus remuneratus est, Nicephoroque magni domestici filiam despondit, et omnibus arbitratu et opinione sua rectissime ordinatis, urbes Acarnaniae singulas non lustrandi tantum gratia, quod eas* ante non vidisset, sed etiam ut pro necessitate illarum rebus consuleret, obivit. Ac ceteri quidem omnes imperatoris iugum aequis animis accipiebant. Quibus autem antea bellum potius arriserat, a rebus novandis non se abstinere poterant: existimantesque bello se valituros, si Nicephorum puerum prius emisissent, ut et ipsi pro eo pugnare viderentur et alios ad armorum societatem permoverent, Richardum pueri paedagogum et alios quosdam eo perpulerunt, ut Nicephorum ducam clandestina fuga subducerent: quem noctu in navim Ionium pelagus traiecturam imponunt, et ad principem seu dominam Tarentinam transfugiunt. Qua fuga audita, imperator, artificum insidiis necdum cognitis, et propter Tarenti longam ab Acarnania distantiam puerum revocare haud potis, paulum urbibus illis immoratus, et in singulas praesidibus institutis eorumque omnium

A.C. 1336 κάστῃ, τόν τε πρωτοστράτορα Συναδηνὸν ἐπὶ πᾶσιν ἀποδείξας στρατηγὸν καὶ τἄλλα πάντα ὡς ἂν αὐτῷ ἐδόκει διοικησάμενος, ἄρας ἐκεῖθεν ἦλθεν εἰς Θεσσαλονίκην, χαίρων ἅμα καὶ θεῷ τῆς εὐεργεσίας χάριτας ὁμολογῶν, ὅτι ὃ πολλοῖς ἀνα- D λώμασι καὶ πόνοις ἐκ τῶν Ἀλεξίου τοῦ Ἀγγέλου χρόνων τῆς Ῥωμαίων ἀποτμηθὲν ἡγεμονίας οἱ τούτου πρόγονοι βασιλεῖς ἀνασώσασθαι οὐκ ἴσχυσαν, τούτῳ νῦν ἄνευ πολέμων καὶ κινδύνων παρέσχε κατορθῶσαι. Μιχαήλ τε γὰρ ὁ πρῶτος ἐκ Παλαιολόγων ἄρξας πολλὴν ἐνεδείξατο σπουδὴν Ἀκαρνανίας ἕνεκα καὶ Θετταλίας, καὶ στρατιὰν ἀπώλεσε πολλήν τε καὶ ἀγαθὴν πολλάκις καὶ θαυμασίους στρατηγοὺς Ἀκαρνᾶσι καὶ Θετταλοῖς πολεμῶν· καὶ μετ' αὐτὸν Ἀνδρόνικος ὁ υἱός. τούτῳ δὲ ὀλίγα πραγματευσαμένῳ καὶ οὐδὲν ὑποστάντι διὰ τὸν πόλεμον δεινὸν, οὐ μόνον Ἀκαρνανίαν, ἀλλὰ καὶ Θετταλίαν ἐξεγένετο παραστήσασθαι καὶ τῇ λοιπῇ συνάψαι ἡγεμονίᾳ τῇ Ῥωμαίων ἐπ' ἔτεσι πολλοῖς ἀποτμηθέντα. ἐκεῖθεν δὲ οὐ P. 307 πολὺ ὕστερον ἧκεν εἰς Ἀδριανούπολιν, διατρίβοντί τε ἐκεῖ ὁ τῶν Μυσῶν βασιλεὺς Ἀλέξανδρος ἔπεμψε πρεσβείαν ὧν πρὸς αὐτὸν ἐν Ῥωσοκάστρῳ περὶ τοῦ κήδους διειλέχθη λόγων ἀναμιμνήσκων, νυνί τε εἰ κατὰ γνώμην αὐτῷ εἴη τὴν ἐπιγαμίαν ποιεῖσθαι εἰδέναι ἀξιῶν. βασιλεῖ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἦν καθ' ἡδονήν. μᾶλλον γὰρ ἐβούλετο τὴν θυγατέρα οἴκοι διατρίβειν, ἢ Ἀλεξάνδρου τῷ υἱεῖ εἰς κοινωνίαν ἐκδιδόναι γάμου, τὴν παρὰ τοῖς βαρβάροις διατριβὴν εἰδὼς οὐκ ἐσομένην πρὸς

19. ἀμιμνήσκων legebatur.

duce protostratore Synadeno declarato, et aliis demum omnibus pro arbitrio administratis, Thessalonicam discessit: gaudens simul ac Deo gratulans, quoniam quod a Romano imperio, idque sub Alexio Angelo semel abstractum, multis sumptibus et defatigationibus maiores sui imperatores recuperare nequiverant, id nunc sine bellicis offensionibus prospero successu perficere sibi annuisset. Nam et Michael, qui ex Palaeologis primus imperavit, Acarnaniae et Thessaliae causa enixe laboravit, qui et magnos saepe et strenuos exercitus eximiosque duces cum Acarnanibus et Thessalis depraeliando perdidit: et post illum Andronicus filius. Huic autem parva molitione et nihil belli causa durum perferenti, non solum Acarnaniam, sed Thessaliam quoque subigere, et iam pridem seiunctas provincias cum reliquo imperio Romano denuo consociare contigit. Paulo post Adrianopolin se contulit, ubi Moesorum rex Alexander, verborum, quae Rhosocastri ad eum super affinitate habuisset, memoriam ei per legatos redintegravit: certiorque fieri voluit, ecquid hoc matrimonium ei cordi esset. Legatio haec imperatori parum iucunda fuit: filiam quippe suam domi retinere, quam Alexandri filio in communionem thori tradere maluisset: cum sciret, puellae,

ἡδονὴν τοῖς ἤθεσι καὶ νόμοις Ἑλληνικοῖς ἐντεθραμμένῃ καὶ A. C. 1336
βασιλικοῖς· τῷ κοινῷ δὲ Ῥωμαίων τὸν γάμον οἰόμενος τῆς θυγατρὸς λυσιτελεῖν, ὑπέσχετο ποιήσειν. οἱ μὲν οὖν Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως πρέσβεις πρὸς τὴν οἰκείαν ἐπανῆκον B
χαίροντες, ὅτι βασιλέα πεῖσαι ἠδυνήθησαν περὶ τοῦ κήδους. αὐτὸς δὲ βασιλεὺς ἐκ τῆς Ἀδριανοῦ πρὸς τὸ Βυζάντιον ἧκεν, ὡς τῆς θυγατρὸς ἐξαρτυσόμενος τοὺς γάμους.

λδ'. Ὄντος δὲ ἤδη περὶ ἐκβολὰς τοῦ θέρους, ἠγγέλλετο A. C. 1337
ἐκ Τριγλείας τῆς πρὸς Ἑλλήσποντον, ὡς στρατιὰ Περσῶν πε- V. 246
ζὴ ἐκ τῶν κατὰ τὴν ἕω πόλεων λογάδες, ὧν Ὀρχάνης ἐστὶ C
σατράπης, ἓξ καὶ τριάκοντα ναυσὶ πρὸς τὰ περὶ Βυζάντιον χωρία εἰσὶ παρεσκευασμένοι περαιοῦσθαι ἢ ταύτῃ καθ' ἣν ἠγγέλλετο τὴν νύκτα ἢ ἐς τὴν ὑστεραίαν. εἶναι δὲ οὕτω παρεσκευασμένους, ὡς οὐ ταχέως ἐπανήξοντας οὐδὲ λαθραίαν τὴν ἁρπαγὴν ποιησομένους, ἀλλ' ἀναίδην καὶ μετὰ πολλοῦ D
τοῦ περιόντος ἅπαντα ληϊσομένους. παρασκευάσασθαι μὲν οὖν ἀντίῤῥοπον δύναμιν πρὸς τὴν Περσικὴν οὐκ ἐνῆν, οὐκ ἐνδιδόντος τοῦ χρόνου διὰ τὴν ταχεῖαν τῶν βαρβάρων ἔφοδον· ὅμως δὲ τὴν τότε παρατυχοῦσαν ἐν Βυζαντίῳ στρατιὰν εὐαρίθμητόν τινα οὖσαν τὸν μέγαν δομέστικον ἐκέλευεν ὁ βασιλεὺς παραλαβόντα, πρὸς τὰ περὶ Βυζάντιον χωρεῖν παράλια χωρία, τὴν ἔφοδον τῶν βαρβάρων περιμένοντα. αὐτὸς δὲ ὡς ἅμα ἐκ θαλάσσης ἐπιθησόμενος, ἐφώπλιζε τριήρεις. ὁ μέγας μὲν οὖν δομέστικος πρός τινι χωρίῳ Ἐννακόσια προσαγορευομένῳ ἐγκαθίδρυσε τὴν στρατιάν· κατασκό-

1. ἐντεθραμμένῃ corr. ED. P. pro ἐντεθραμμένοις.

moribus ac legibus Graecis et imperatoriis educatae, convictum barbarorum delectabilem non futurum. Tamen eas nuptias Romanae reipublicae commodaturas arbitratus, virginem suam despondit. Legati, quod imperatori affinitatis coniunctionem persuadere potuissent, laeti recedunt: ipse Byzantium nuptias adornaturus rediit.

34. Praecipiti iam aestate a Triglia iuxta Hellespontum perferuntur nuntii, pedites Persas ex orientis urbibus delectos, Orchane duce, sex et triginta navibus ad loca Byzantio vicina aut ea ipsa, aut certe postera nocte traiicere paratos esse. Sic autem instructos, ut non mox reversuri, neque furtim ad rapinas incubituri; sed impudenter et avare nimis omnia direpturi videantur. Quia igitur festinatus barbarorum adventus et temporis angustiae aequalem exercitum colligere non sinebant, nihilo minus qui tunc erat Byzantii exiguus, eum mandavit magno domestico ut acciperet et ad maritima urbis loca venientium impetum exciperet: ipse simul e mari invasuros, triremes armabat. Itaque domesticus, loco cui nomen Ennacosia

A. C. 1337 πους τε καταστήσας ἐφ' ὅσα μάλιστα χωρία ἀπόβασιν ὑπώπτευε τῶν Περσῶν, διενυκτέρευεν ἐκεῖ. περὶ δὲ ὄρθρον ἐκ
P. 308 τῶν κατασκόπων τινὲς ἀπήγγελλον, ὡς οἱ βάρβαροι τοῖς ἐκεῖ αἰγιαλοῖς τὴν ἀπόβασιν ἐποιήσαντο, καὶ τεκμήριον ἀληθὲς τῆς ἀγγελίας ἐποιοῦντο τὸ τραυματίαι γεγενῆσθαι παρ' αὐτῶν. οἱ βάρβαροι δὲ οὐκ ἐφ' ἑνὶ χωρίῳ προσέσχον πάντες, ἀλλ' οὐ μακρὰν ἀλλήλων διεστηκότες, δύο ναυλοχίας ἐποιήσαντο· οἱ μὲν οὖν ἐκ τῆς μιᾶς μερίδος πρὸς ἕτερα ἐτράποντο χωρία, οἱ δὲ τῆς ἑτέρας ὥσπερ σκοπούς τινας ὀλίγους ἑαυτῶν προπέμψαντες, οἱ λοιποὶ συντεταγμένοι ᾔεσαν, ὡς διὰ τῶν χωρίων ἐκείνων ἐλευσόμενοι, οἷς ὁ μέγας δομέστικος ἐνήδρευεν. ὡς δὲ οἱ προτεταγμένοι ἐκεῖνοι ἐγένοντο πλησίον τῆς Ῥωμαίων στρατιᾶς, πλὴν ὀλίγων πάντες ἔπεσον, ἀπροσδοκήτοις
B ἐμπεσόντων· ὅσοι δὲ διεσώθησαν, εἰς τὴν αὐτῶν ἐλθόντες στρατιὰν, ἀπήγγελλον ὡς διαφθαροῖεν, στρατιᾷ περιτυχόντες ὀλίγῃ μὲν, ὡς ᾠήθημεν, (καθαρῶς οὐκ ἔχοντες διὰ τὴν νύκτα διαγνῶναι,) ἀγαθῇ δὲ καὶ τὰ πολέμια κρατίστῃ. ὃ δὴ καὶ οἱ τῆς Περσικῆς ἄρχοντες πυθόμενοι στρατιᾶς, παρεσκευάσαντο ὡς ἐπὶ μάχην. ἐπιγενομένης δὲ ἤδη καὶ ἡμέρας, συνεπλέκοντο οἵ τε Ῥωμαῖοι καὶ οἱ βάρβαροι ἀλλήλοις καὶ ἀντέσχον μὲν ἐπὶ πολὺ, τῶν παρὰ Πέρσαις ἐπιφανῶν ὄντες καὶ γνωρίμων πάντες· ὅμως νικηθέντες κατὰ κράτος, πλὴν ἑπτὰ οἱ μὲν ἀπέθανον παρὰ τὴν μάχην, οἱ δ' ἑάλωσαν. τῇ
C αὐτῆς δὲ ὥρας καὶ ὁ βασιλεὺς δυσὶ τριήρεσι παρέπλει, ἃς

23. οἱ δὲ ἕλωσαν legebatur.

cohortibus suis collocatis et speculatoribus constitutis, ubi potissimum Persas descensuros suspicabatur, ibi pernoctat. Sub diluculum quidam speculatores narrant, barbaros illic in littus exisse; fidemque narrationi accepta ab illis vulnera astruebant. Ceterum barbari non omnes ad unum locum appellentes, duas navium stationes haud longo intervallo faciebant: et alii quidem ex una parte alio se diffundebant: alii ex altera, velut speculatores quosdam paucos de suis praemittentes, agmine composito incedebant, quasi locos a magno domestico insessos transituri. Ut primum Romanis appropinquarunt, demptis aliquot, omnes, quod in hostem improvisi incidissent, letho occubuerunt. Qui evaserant, ad suos retrogressi, memorabant, quemadmodum commilitones cecidissent, cum in quasdam copiolas, ut videbatur (nam per noctem clare internoscere non potuisse) sed animosas et bello invictas incidissent. Re intellecta, Persarum duces ad conflictum accinguntur, luceque orta, manus conseruntur. Persae diu se defenderunt. Verum vi victi, praeter septem omnes vel in pugna ceciderunt, vel vivi in potestatem venerunt. Eadem hora etiam imperator duabus triremibus, quas noctu impleverat (re-

ἦν τῆς νυκτὸς πεπληρωκώς· ἕτεραι γὰρ οὐκ ἔτυχον οὖσαι A. C. 1337
πλώϊμοι. πυθόμενος δὲ ὡς οἱ μὲν τῶν βαρβάρων ἡττήθεῖεν
παρὰ μεγάλου δομεστίκου καὶ τῆς στρατιᾶς, ἐπὶ δὲ τοὺς ἑ-
τέρους ἤδη παρασκευάζονται χωρεῖν, ἀποβὰς τῆς τριήρεως, V. 247
ἐπεὶ τῶν βασιλικῶν οὐ παρῆσαν ἵπποι, τοῦ μεγάλου δομεστί-
κου ἵππῳ ἐπιβὰς, ἄγων καὶ τὴν στρατιὰν ἐχώρει κατὰ τῶν
Περσῶν σπουδῇ πολλῇ καὶ προθυμίᾳ. καὶ γενόμενος καθ' ἃ
οἱ Πέρσαι ἐληΐζοντο χωρία, συνέβαλλέ τε καὶ ἐνίκα κατὰ
κράτος. πλὴν γὰρ ὀλίγων καὶ αὐτοὶ οἱ μὲν ἔπεσον κατὰ τὴν
μάχην, οἱ δ' ἑάλωσαν. ὅσοι δὲ τὸ διαφθαρῆναι ἠδυνήθησαν
διαφυγεῖν, παρὰ τὰς ναῦς τὰς ἑαυτῶν ἐλθόντες, μίαν μὲν ἐ-
πλήρουν, δυσὶ δὲ ἑτέραις, τῇ μὲν ὀκτὼ, δέκα δὲ τῇ ἑτέρᾳ D
ἐπιβάντες, ἱστία τε ἄραντες καὶ πνεύματος εὐτυχηκότες ἐπι-
φόρου, παρὰ δόξαν διέφυγον τὸ ἀπολέσθαι, οὕτως ἄνωθεν
τοῦ θεοῦ καὶ τὴν σωτηρίαν καὶ τὴν ἧτταν τοῖς βαρβάροις
πρυτανεύοντος. αἱ γὰρ μετὰ βασιλέως ἐλθοῦσαι δύο τριή-
ρεις, ἐπεὶ τὰς Περσικὰς εἶδον ἀραμένας πρὸς τὸ πέλαγος
ἱστία ἐπὶ φυγῇ, τῇ εἰρεσίᾳ τὴν δίωξιν ἀπαγορεύσαντες διὰ
τὸ μηκόθεν τὰς Περσικὰς ὁρᾶν ἐπιφόρῳ πνεύματι χρωμένας,
αἴρειν ὥρμηντο ἱστία καὶ αὐτοί. ἅμα δὲ αἱρόντων, τῶν μὲν
ἐῤῥάγησαν οἱ κάλῳ οἷς ἀνῆγον τὴν κεραίαν· τῶν ἑτέρων
δὲ ἡ κεραία καταχθεῖσα κατέπεσεν ἐπὶ τοῦ καταστρώματος.
καὶ οὕτως ἀπέσχοντο τὸ διώκειν ἀπειπόντες. αἱ λοιπαὶ δὲ
πέντε τρεῖς καὶ τριάκοντα οὖσαι νῆες Περσικαὶ κατελείφθη- P. 309

liquae enim tum navigationi non erant idoneae) adnavigabat: compertoque, barbarorum aliis a magno domestico fusis, eum in ceteros iam iter moliri, triremi exscendens, quoniam imperatorii equi non aderant, in equum domestici interea ascendit et cum suis ingenti studio ardoreque contra Persas vadit. Ubi ad locum venit, in quo illi direptionibus ac praedis agundis vacabant, conflixit vicitque viriliter. Nam et ipsos extra paucos aut interemit aut captivos duxit. Qui necem effugere potuerunt, ad naves recurrentes, unam quidem compleverunt, duabus aliis, uni octo, alteri decem imponentes, vela sustulerunt, ac ventos secundos adepti, exitium praeter opinionem suam evaserunt: sic Deo caelitus barbaris et ut vincerentur, et ut servarentur, ambo, inquam, haec dispensante. Nam quae cum imperatore venerunt triremes binae, ut Persicas naves viderunt pedem fecisse et fugisse, remigatione fugientes assequi posse diffisi (quod procul eas flamine prospero ferri viderent) festinarunt et ipsae cum antennis vela tollere. Dum tollerent, horum funes, quibus antennam attrahebant rumpebantur: illorum antenna, vento deiecta in tabulatum decidebat; atque ita re desperata, persecutione abstiterunt. Quae restabant quinae et tricenae Persarum

A.C. 1337 σαν ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ κεναί. βασιλεὺς δὲ μετὰ τῆς στρατιᾶς καὶ αἱ τριήρεις ηὐλίσαντο αὐτοῦ τὴν νύκτα σκυλεύοντες τοὺς νεκροὺς τῶν πολεμίων. τῆς αὐτῆς δὲ νυκτὸς περὶ μέσην ἕτεροι βάρβαροι ἐννέα ναυσὶ, μηδὲν εἰδότες τῶν γεγενημένων, κατέπλεον ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς αἰγιαλοὺς ὡς συμμίξοντες τοῖς ἄλλοις. ἀπροσδοκήτως δὲ ταῖς δυσὶ τριήρεσι περιπεσόντες τῶν Ῥωμαίων κατεπλάγησαν μὲν τῷ ἀδοκήτῳ· πλὴν διὰ τὴν ὀλιγότητα θαῤῥήσαντες αὐτῶν, συνεπλέκοντο πρὸς μάχην. καὶ παρ' ὀλίγον μὲν ἦλθον τὰς τριήρεις διαφθεῖραι. ἐπέβησαν
B γὰρ οἱ βάρβαροι καὶ τῆς μιᾶς. πλὴν πρὸς ἀλκὴν τραπόμενοι οἱ τριηρῖται ἐνίκησάν τε καὶ πασῶν ἐκράτησαν Περσικῶν νεῶν, μιᾶς διαδρᾶναι δυνηθείσης. ἦσαν δὲ καὶ οὗτοι ὥσπερ καὶ οἱ πρότεροι λογάδες τῶν παρὰ Πέρσαις ὀνομαστοτάτων. ὅθεν καὶ οἱ στρατιῶται τοὺς ἁλόντας αὐτῶν πολλῶν ἔλυσαν χρημάτων ἐκ τῶν οἰκείων μεταπεμπομένους. οἱ μὲν δὴ βάρβαροι οὕτως ἀπώλοντο κακοὶ κακῶς. βασιλεὺς δὲ ἐπεὶ τὰ πρὸς τοὺς γάμους τῆς θυγατρὸς πάντα παρεσκευασμένα ἦν, ἄρας ἐκ Βυζαντίου, ἧκεν εἰς Ἀδριανούπολιν, ἐκεῖ τοὺς γάμους ἐκτελέσων. ἧκε δὲ καὶ ὁ τῶν Μυσῶν βασιλεὺς Ἀλέξανδρος ἄγων καὶ τὸν υἱὸν Ἀσάνην Μιχαὴλ, βα-
C σιλέα καὶ αὐτὸν κεχειροτονημένον ὑπ' αὐτοῦ. καὶ εὐλογίαι μὲν καὶ ὅσα ἱερῶς νενόμισται ἐπὶ τοῖς γάμοις ἔνδον ἐτελοῦντο τῆς πόλεως Ἀδριανοῦ· εὐωχίαι δὲ καὶ πότοι καὶ ὅσα πρὸς τέρψιν ἐξεύρηντο τῆς ἑορτῆς, παρὰ τοὺς τῆς Κομνηνῆς προσ-

naves, vacuae in littore manserunt. Imperator et sui, cum triremibus illic noctem agentes, cadavera hostium spoliabant. Circa medium eiusdem noctis alii barbari, rei gestae ignari, novem navibus ad eamdem oram delati sunt, ut se prioribus coniungerent. Improviso autem Romanis triremibus occurrentes, eo casu obstupuerunt. Tamen ex earum paucitate sumpta audacia, pugnam tentarunt: parumque abfuit, quin illas perderent: nam in alteram iam insiluerant. Verumtamen classiarii a viribus suis petentes auxilium, eos devicerunt omniumque Persicarum navium, una solum effugiente, potiti sunt. Atque hi quoque, ut priores, delecti erant et domi suae nominatissimi. Quare et milites Romani, si qui a propinquis peterentur, grandi pecunia eos vendebant. Hunc in modum barbari male mali perierunt. Imperator, rebus omnibus ad filiae nuptias praeparatis et instructis, Byzantio Adrianopolin ad eas ibidem peragendas profectus est. Eodem rex Moesorum Alexander cum filio Michaele Asane, rege iam a se nominato, venit. Et apprecationes quidem seu benedictiones et quaecumque super nuptiis sacrae leges praecipiunt, in urbe fiebant. Convivia vero et compotationes et quae ad laetitiam festorum connubialium inventa sunt, in pratis

αγορευομένους λειμῶνας οὐ πολὺ τῆς πόλεως διεστηκότας A. C. 1337
παρὰ τὴν Τοῦντζαν ὠνομασμένον ποταμόν. ὀκτὼ δὲ ἡμέραις
Ῥωμαίων τε καὶ Μυσῶν τοὺς τῶν σφετέρων βασιλέων γάμους
συνεορτασάντων, τῇ ἐννάτῃ ἅμα ἕῳ βασιλεὺς Ἀλέξανδρος καὶ
Μυσοὶ τὴν βασιλέως θυγατέρα, βασιλίδα δὲ αὐτῶν Μαρίαν
τὴν Παλαιολογίναν παραλαβόντες, ἀνεχώρησαν εἰς τὴν Μυσίαν· εἵποντο δὲ αὐτῇ καὶ Ῥωμαίων ἐκ τῶν ἐπιφανῶν πολλοὶ
ἄχρι Τρινόβου. ἐκεῖ δὲ ὑπολελειμμένων τῶν παρὰ βασιλέως D
τεταγμένων ἀεὶ τῇ θυγατρὶ συνεῖναι, οἱ λοιποὶ ἀνεχώρησαν
ἐπ' οἴκου. μετὰ δὲ χρόνον οὐκ ὀλίγον οἱ παρὰ Ἀκαρνᾶσι A. C. 1338
μὴ βουλόμενοι δουλεύειν βασιλεῖ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους πρότερον ἐξορμῶντες πρὸς τὸν πόλεμον, καιρὸν ἑαυτοῖς πρὸς νεωτερισμὸν εἶναι τὴν βασιλέως ἀποδημίαν οἰηθέντες καὶ ἑτέρους προσεταιρισάμενοι πολλούς, Ἄρταν μὲν, ἣ τῆς Ἀκαρνανίας ὡς παρὰ κεφάλαιον τῶν πόλεών ἐστι, Νικόλαος ὁ Βασιλίτζης κατέσχεν, ἅμα Καβασίλᾳ ἀποστήσας βασιλέως, καὶ V. 248
τὸν πρωτοστράτορα αὐτόθι διατρίβοντα εἰς δεσμωτήριον ἤγαγον ὑπὸ φρουρᾷ· Ἀλέξιος δὲ Καβασίλας τὴν Ῥωγώ. τεσσαράκοντα δὲ τῆς αὐτῆς συνωμοσίας ἕτεροι τὸ Θωμόκαστρον ὀνομαζόμενον παράλιον ὃν κατὰ τὴν θάλασσαν τὴν
πρὸς Ἀδρίαν, τῶν ἄλλων ἁπάντων οὐκ ἀποστάντων βασι- P. 310
λέως, ἀλλὰ τὴν εὔνοιαν ἀκμάζουσαν τηρούντων. ἦσαν δὲ οὐκ ὀλίγαι πόλεις, τό,τε Μεσοπόταμον ὀνομαζόμενον, καὶ ὁ Σοποτὸς καὶ ἡ Χειμάῤῥα· πρὸς τούτοις τε τὸ Ἀργυρόκα-

16. *Καβάσιλας* et 19. *συνομοσίας* legebatur.

